citè excipiuntur. & l. penultima. ff. ad exhiben. ibi, respondi non oportere ius ciuile calumniari, neque verba eius captari, sed quamcitè id diceretur, animaduertere. Taliter autem debent leges, & dicta temperari, vt non possint à sapiente reprehendi. l. Saluius. ff. de legat. præstan. quam ad hoc sæpè allegabat Bald. secundum Socinum in consil. 84. colū. tertia. numer. quinto. lib. primo. inquit etiam Alberi. post Oldradum in. l. qui duos. §. primo. per illum text. ff. de manumiss. testamen. quòd interdum vis est inferenda literæ, vt sanum, & iuri cōsonum intellectum capiamus: verba etiam legis, & statuti quantumcunque præcisa, recipiūt interpretationem legalem, & temperamentum æquitatis. Barto. Bald. & Paul. in. l. stipulatus tum damam. ff. de verbo. obligat. vbi est videndus Iaſ. multa ad hoc cumulans, quæ non transcribo: verba enim legis quantumcunque latissima non debent accipi vt duritiam contineant, sed benignè, vt notat Angel. per textum ibi in. l. illud quoq; ff. de petitio. hæredit. & vt dicebat Lancelot. Decius in. l. cætera. §. item hoc prohibetur. in fine. ff. de legat. primo. scilicet, quòd quando cortex verborum legalis dispositionis, vel statuti sonat in aliquam absurditatem, recedendum est à verbis, & mens amplectenda. Igitur etiam si in lege haberetur prohibitio expressa interpretādi, esset nihilominus declaratio admittenda ratione vitandæ absurditatis. Soci. in dicto consil. 84. numer. quarto. versic. tertio principaliter moueor. Hanc etiam sententiam tenuit Ioan. Andr. in regu. pro possessore. num. 2. de regu. iur. in mercurial. Bar. etiam in repe. l. omnes populi. nume. 65. Bald. num. 22. Ioan. Baptist. nume. 277. versic. aliquando dicit. Cardina. consil. 72. nume. 26. ff. de iusti. & iure. imò ista glossa, quæ fit per legem seu ex vi rationis, non potest tolli per statutum, seu legem. Bartol. loco suprà proximè citato. & Bald. in. l. fin. ff. de origin. iur. Curti. Senior consil. 9. nume. 25. Segura in repeti. l. 1. §. si vir vxori. nume. 170. ff. de acquiren. posse. Montal. in procœmi. fori. colum. 2. Paul. de Castro in. l. 1. nume. 18. ff. si cert. peta. Bald. in. l. iubemus. §. illud etiam. num. 2. C. ad Trebel. interpretatio enim literalis est necessaria: alioquin frustra interpretes, ac viros acutissimi ingenij natura produxisset: quod fatuum est dicere. l. secunda. §. his legibus latis. ff. de origi. iur. tex. in authen. quib. mod. natu. effi. legi. in princi. iuncta glosſ. verb. corrigimus. colla. 5. Bald. in cap. pōst translationem. colum. 1. num. 1. de renuntia. Adducit quàm plurima Iaſ. in. l. quanuis. nume. 2. ff. de in ius voc. Franc. de Ripa in l. 1. nume. 15. ff. si cert. peta. & in. l. 1. nu. 172. ff. de vulga. & pupil. Resolutiuè igitur dicēdum est, Conditores legum posse suas leges declarare, corrigere, & mutare, vt probant iura prioris partè adducta. Azo. in summa. C. de legibus. Præterea etiam consuetudo interpretatur leges. l. de interpretatione. & l. minimè. ff. de legib. quod ita verum est, vt & si communis opinio sit in contrarium: nihilominus tamen declaratio inducta per consuetudinē sit seruanda. Decius in capit. at si clerici. col. 13. de iudi. Gregor. Lopez in. l. 53. gl. 1. ad fin. titu. 6. parti. 1. (Consuetudinis effectus ponit Præpositus in ca. consuetudo. col. 4. nu. 10. distin. 1.) Item etiam & iudex iura interpretari potest in causa, de qua cognoscit, siue dubitetur de verbis legis, siue de casu non comprehensō in primis legibus. l. scire. & l. non possunt. ff. de legib. Felin. in cā. ecclesia. S. Mariæ. vbi alios allegat num. 50. de constitu. Licet etiam & doctoris eius vero interpretatio etsi probabilis, non tamen est necessaria. Denique leges recipiunt declarationē ex cōmuni doctorum intellectu, qui in actu practico sequendus est. tex. & ibi gl. verb. sanctorum. in clem. vni. de summa trini. vbi latissimè quando sit sequenda communis opinio. & de eius valore scripsi, ideo non repetam. Adde Stephanum Frederic. de interpretatione iuris, vltima parte, pagina. 196. versic. nam ab antiqua. Segura in. l. cum patronus. nume. 50. ff. de legat. 1. secundo. & in. l. imperator. numer. 102. ff. ad Trebel. & vtrobique in additione plenè dixi. Tandem recipiunt interpretationem per punctum rationis. Bald. in capi. 1. de constitu. Iaſ. in dicta l. quanuis. nume. sexto. Zasius consil. 9. num. 36, libr. primo. Segura in repetitione. l. prima. §. si vir. nume. 119. ff. de acquiren. possess. & in l. imperator. nume. 38. ff. ad Trebel. text. in capit. ad audientiam. vbi Panormi. notabi. 1. de cleri. non residen. capit. cùm dilecta. de confirma. vtil. vel inutil. l. his solis. C. de reuocadonatio. l. scire oportet. §. aliud autem. ff. de excusa. tutor. & in prin. distinct. 11. vbi Præpositus nume. quarto. col. 1. & in capi. consuetudo. nu. secundo. ead. distin. Postremò declarationem iura recipiunt, quando verba sunt ambigua propter varios intellectus. Ioan. Andr. in reg. pro possessore. nu. 9. de reg. iur. libr. 6. Non obstant, quo minus hoc procedat, adducta pro priori parte: illa enim procedūt, quando interpretatio esset generalis, necessaria, & in scriptis tanq; perpetua redigenda: vel esset talis interpretatio friuola, quæ induceret additionem,



tionem, vel diminutionem legis: quod minimè fieri debet. vt habetur Deutero. 5. vbi glo. interlinearis dicit, vt addatis aliquid, vel minuatis. & Deuteronom. 4. super illa verba, non addetis ad verbum: dicit glosſ. interlinearis. Non prohibet veritatem veritati addere, sed falsitatem omnino remouet. & glosſ. ordinaria inquit. Considerandum tamen, q; hic prohibetur additio deprauans intellectum legis: non autem additio declarans, aut illucidans, secundum quod scribitur Eccles. 24. qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Præterea etiam mens legis potiùs quam verba est consideranda. c. si propter tua debita. de rescri. Segura in dicta repe. l. impetator. num. 39. & extenditur ad casum nō expressum, quod, si tempore statuti conditores rogati fuissent, verisimiliter statuissent. gl. in. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Alex. consil. 24. nu. 34. lib. 2. Segura, vbi etiam latissimè dixi in. d. repe. l. imperator. nu. 39. Iura etiam habentia plures intellectus, secundum magis dubitabilem considerari debent. l. quod labeo. ff. de carbo. edi. c. cùm in iure. de offi. deleg. Panor. in. c. super quæstionem. §. si verò. nu. 7. eo. titulo. Cōcludendum igitur posse interpretationem per alia iura iuribus annecti secundùm Bar. & alios in. d. l. omnes populi. nu. 65. Præpositi. in capi. erit autem. nu. 5. distin. 4.

## Tertia quæstio procœmialis.

TErtiò dubitari nec minùs subtiliter potest, Sitne ad ius ciuile, an ad canonicum recurrendum, existente aperta decisione de iure canonico, atq; etiam diuerso alio modo de ciuili, nihil autem de iure regni statutum est: In qua. q. videtur dicendum, q; ad ciuile, cùm sit ius seculare laicorum, sitq; in suo foro seruandum. c. 1. noui oper. nuntia. c. 2. de arbitr. lib. 6. Sitq; suum vnicuiq; ius tribuendū. c. fin. de excep. lib. 6. quodq; leges canonibus abuersæ sint in suo foro seruandæ. Luc. de Pēna in. l. mulieres. col. 7. C. de incolis li. 10. nec Papa intendat tollere, nec possit leges, nisi quoad suū forum. gl. in. c. constitutiones. distin. 10. gl. etiam in clem. dispendiosam. verb. vsuris. de iudi. Ioan. Igneus in tracta. an rex Franciæ recognoscat Imperatorem. nu. 102. Item etiā quia res de facili reuertitur ad causam primam, à qua fuit deriuata. l. si vnus, §. pactus ne peteret. ff. de pact. sed leges regni habent originem à dictis iureconsultorum, & imperatorum. Gregor. Lopez verb. *tomamos*, in procœm. 1. parti. quod satis apertum est: deficiente igitur iure municipali, & regio, ad ius ciuile, non ad canonicum pro decisione causæ in iudicio seculari controuersæ recurrendum est. Confirmatur. Nam deficiente iure canonico, pro decisione dubij est eundum ad ius ciuile, non autem ad municipale. Præpos. in capit. consuetudo. colum. 3. numer. 7. versic. adde etiam. distin. 1. Petrus de Rauenna. in alphabeto aureo. foli. 163. col. 4. versi. mala consuetudo. Rochus Cur. in repeti. capitul. finalectio. 4. numer. 6. fol. paruo. 50. de consuetu. Adde quæ not. Panormita. in capitulo ex literis numero quinto columna tertia de constit. Hi tamen non obstantibus, asserendum fore credimus, deficiente iure regio, recurrendum esse ad ius canonicum: & è conuerso, deficiente iure canonico, ad ius regium. Nam quod est, & ratione suæ causæ firmius, & illustrius reputatur, præferendum est. l. fin. C. de his qui veni. ætat. impetra. c. penul. de sententi. excommu. Sed ius canonicum respectu iuris ciuilis illustrius est, & firmius: nec minus & ius regium, quod in toto regno commune est: quia etiam compilata à Iustiniano non dicuntur apud nos iura, sed dicta sapientum, quæ deficiente lege, sequi possumus, & quatenus ratione iuuantur, & confirmant ius regium, in iudicijs possunt allegari: quod ita in allegationibus tam ecclesiasticis, quam secularibus quotidie seruatur. Præpos. in capit. si in adiutorium. col. 2. numer. 4. distin. 10. & l. 1. in decisionibus Tauri. Ad ius igitur canonicum, vel regium, alterutro in suo foro deficiente, est recurrendum. Item in leges Castellæ, & Hispaniæ sunt ius commune, & non municipale, quia vniuersale ius regni commune dicitur & appellatione iuris in regno Castellæ venit ius istius regni. Panor. in. capi. cùm à nobis. notab. 1. de testib. Ioan. Lupus de Pala. rubri. in. l. 1. Tauri. num. 9. Sicut appellatione iuris, per excellentiam intelligitur de Romano. §. ius autem. Inst. de iure natura. Itaq; si rex mētionem de iure fecerit, appellatione illa iuris, venit ius regium: vnde si Philippus noster, & Angliæ Rex de iure loquatur, venit intelligēdum ius sui regni, quod regulat omnia inferiora, id est, de eo iure, quod ab ore Regis emanat, quia in suo regno monarcha est, totumq; continens, & ab eius sententia appellari non potest, quia præfectus est multorum prælatorum sui regni. Bald. in. c. cùm venissent. col. 2. de eo qui mitti. in possess. causa rei seruā. Ioan. Lupus in repe. rubri. de donatio. inter vir. & vxor. fol. 1. col. 4. nu. 19. Quod autē ius regni sit ius cōmune, tenet doctor Iacobus de Segura in repe. l. colliæredi. §. cùm filiæ. nu. 19. ff.

Universidad de Deusto
Biblioteca



de vulgar.& pupilla.l.5.tit.4.infrá isto.lib.1. & eo.lib.titu.12.l.4.&.l.12.& ibi Doctor del Castillo verb. *Por ellas*, in ordinationibus Tauri. Item quòd deficiente iure regio sit in subsidium ius canonicum, & non ad ciuile recurrendum, tenet Gundisaluus olim auditor Rotæ in repet.c.constitutus. fol.7. vers. ego autem.de in integr.restitu.Ioan.Lupus in.d. repet.rubri.fol.2.num.15.Doctor Castell.in.l.1. Tauri, verb. *Primeramente*. & Cifuentes in.l.3. quęstione.1.in eisdem Taurinis decisionibus. Ioã.Bernar.episcopus Calagurritanus in practi.cano.criminal.c.60.&.c.136. Facit text. secundum vnum intellectum in.c. ad nostram. de probatio. Nec aduersatur huic sententiæ, qi iudex ecclesiasticus ob iuris canonici defectum imponat legales pœnas: licet enim episcopis per statuta sua imponere easdem pœnas, quas populorum statuta laicis imponunt delictum committentibus: dum tamen tales pœnæ iuri canonico non aduersentur. tractat hoc latè Ancharra. cons.18.nu.1.& fin. & Cardinal. Turrecrema. in capit. dignum. nu.1.3.q. 9. dicit leges humanas fore in causis ecclesiasticis etiam criminalibus recipiendas, argumento capit. si in adiutorium. distin.10.&.c. sumitur.6.q.4. Quod tamen verum est, & procedit dummodo leges non obuient canonibus. c.1. distin.10.c. inter hæc.33.q.2. Vnde infertur pœnam secũdùm laicorum statuta clericis ab episcopo impositam valere dummodó talis constitutio canonibus non sit contraria. quod etiam est de mente Ancharra. in dict. consil. 18.col.fin.nu.7.& Panor.in.c.licet. col.2.nu. 2.de offi.ordin.vbi dicit posse episcopum ad morum reformationem statuere, dummodò contra canones non sit. & ibi additiona. plura remissiuè citat. Iudex igitur ecclesiasticus poterit legem secularem dispositioni iuris canonici non aduersantem approbare. Quod etiam tradit Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu.49. qui latè loquitur de constitutio. Dicit etiam & pulchrè Panor.in.c.de causis. col. fina. nume.17. de offi. deleg. quòd quando pœna non inuenitur de iure canonico, recurrendum est ad ius commune statutarium, municipale, vel consuetudinarium. Igitur ad ius regium, quòd commune est. Non etiam obstat glossa in.c. consuetudo. verb. cùm deficit lex. 1. distinctio. in qua Rauen. Curti. & Præpos. suam intentionem fundare nituntur. illa em̃ glossa nõ probat id, ad quod ab eis allegatur. Asserit nam q; glossa præferẽdas leges in defectum canonum generali, vel particulari cõsuetudini: non autem dicit leges Imperiales compilationis Iustinianæ præferendas legibus regni non recognoscentis superiorẽ, veluti sunt leges Regis Hispaniæ, qui nullum tẽporalem recognoscit superiorem, secundùm glossi. in capit. Adrianus. 63. distinct. in verb. per singulas: quam dicunt memorabilem, & singularem Anto. Corset. in tracta. de potesta te regia. quæst. 22. numero. 19. &. quæst. 101. nu mero. 66. & Ioan. Lupus in tracta. de benefici. vacant. in curia. §. 8. & Segura in. l. Imperator. numero. 5. vbi & nos in additione latè scripsimus. ff. ad trebel.

Nec obstant aliæ rationes superiùs adductæ. Papa enim non tollit ius regium, nec Imperator ius canonicum: altero tamen deficiente, iuuatur ab altero in suo foro.

Nec obstabit si quis dixerit, deficiente iure canonico, vel regio, ad ciuile esse recurrendũ, eò quòd illa habuerint ab hoc origioem: illud enim habet locum, quando ius, à quo aliud sumitur manet in virtute iuris, non aliàs. Hispani tamen duplex habent ius solùm, canonicum, scilicet, & regium: ciuile enim nõ habet vim iuris, sed rationis. Ad ius igitur, & non ad particulares rationes est recurrendum, maximè cùm ius Hispaniæ regium sit æquum, & iuri canonico cõsonum. Et in similibus fit transitus de vno simili ad aliud sibi simile. c. inter cæteras. de rescrip. Ius etiam canonicum præeminet Iuri ciuili, & ideo est ei præferendum secundùm Bartholom. Cassan. in Catalogo gloriæ mundi. 10. parte. considera. 17.

## Quarta quæstio proœmialis.

QVartò dubitari põt, Vtro iure sint causæ ciuiles, & temporales decidendæ in terris subiectis ecclesiæ, quæ tamen intra fines huius regni residẽt, canonico, an regio? Cui dubio respondetur, quòd regio. vt tenet Bal. in. l. priuilegia. nu. 3. C. de sacrosanct. eccles. l. 5. incipiente, *Porque la justicia*. titul. 4. infrà isto lib. 1. Est etiam appellandum ad regẽ â prælatis, & episcopis temporalẽ iurisdictionem habentibus: quod probat Doct. Couarru. in practic. quæstio. c. 4. nu. 2. & est text. in l. 19. in libr. pragmati. Feli. in. c. solitè. nu. 4. de maio. & obidi.

## Quinta quæstio proœmialis.

QVintò quæritur, Quando in eodem articulo diuersæ leges huius, vel alius compilationis nostri regni diuerse sentiunt, cui sit in eius decisione standum? Cui dubio distinctio



ctio erit adhibenda, scilicet. Aut alia lex est generalis, alia particularis, & tunc particularis est sequenda. generi enim per speciem derogatur capitul. generi. de regul. iuris. lib. 6. tollitur enim contrarietas, vt notant Doctor. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. & in. l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. Vltimæ etiam dispositioni est standum, quando alia lex alij eiusdem libri contrariatur: posteriora enim ptioribus derogant. capitu. 1. de consti. lib. 6. l. pacta, vbi Ias. C. de pact. nisi contrarietas distinctione aliqua concordari possit, quia iura iuribus expedit concordare capitul. cùm expediat. de elect. libr. 6. l. vnica. C. de inoffi. dotib. Anchara. in capitu. 1. quæst. 24. de constitu. Philipp. Corne. cons. 89. colum. 3. nume. 13. lib. 1. Aut alia distinctè, alia indistinctè loquitur: & tunc secunda indistinctè loquens non tollit distinctionem prioris. Bal. in. l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

## Sexta quæstio proœmialis.

SExtò dubitatur, Quomodo sit in legibus huius regni procedendum? De isto dubio est. l. 4. titu. 4. lib. 1. infrà. & magis aperte. l. 1. Tauri, vers. *Ordenamos, y mandamos*. Notandũ tamen leges, quas petitiones curiarum appellamus, esse cæteris pragmaticis, & legibus ordinamenti, fori, & partitarum præferẽdas, quatenus posteriores sunt, per ea, quæ in superioribus diximus.

## Septima quæstio proœmialis.

SEptimò quæri potest, Quam in causarum decisionibus potestatem contineant leges fori & styli, cùm necfuerint authorizatæ, nec in vim legum, sed tanquam consuetudines promulgatæ? In quo dubio concluiuè asserendum existimo tales leges habere legum virtutem: siquidem in vsu & obseruantia fuisse constat in casibus in iudicio agitatis. Quod tamen verum est, dummodò irrationabiles, vel iuri huius regni contrariæ non sint. text. in. l. penul. titu. 4. lib. 1. infrà. & l. 1. Tauri. Alleganti itaq; pro se legem fori iucunbit onus probandi talem in vsu extitisse legem, vt latiùs probaui in additio. ad Segur. in repe. l. cohæredi. §. cùm filiæ. nu. 19. ff. de vulg. post Roderi. Xuar. in repe. l. fori in prin. fol. 3. col. 2. & Zasi. cons. 5. nu. 109. lib. 1. & Marcum de Mantua in repe. l. iuris ignorantia. nu. 10. C. qui admitti. Deci. consi. 540. nume. 12. Si tamen lex fori esset notoria, ex communi vsu recepta, eam allegare sufficeret, nec teneretur probare. Notorium enim releuat ab onere probandi, non tamen ab onere proponendi. gloss. in clem. appellanti verb. alias causas. de appell. singul. secundùm Ioan. Bernar. in tracta. fallen. regul. 497. Tenet in expresso Deci. consil. 402. nu. 10. lib. 3. qui pulchrè loquitur. & cõsil. 447. colum. fi. nume. 12. & consi. 559. num. 9. & consil. 605. numer. 26. comprobatur ex congestis à Docto. Segur. in repeti. l. 3. §. fin. numer. 18. ff. de liber. & post. Notorium autem, exempli gratia, est, si quis dicat res patrimoniales posse à propinquo retrahi pro tanto: vel etiam, bona acquisita inter coniuges constante matrimonio esse communia: vel aliud simile exemplum. Articuletur autem in interrogatorio causæ in hunc modum. Itẽ si sciunt &c. legem fori, in qua habetur defuncto ab intestato propinquo ad truncũ bona venire, vel filium posse in tertio & quarto bonorum meliorari, esse vsu receptam in iudicijsq; contradictorijs obtentam quoties similem casum in facti contingentia viderunt: & ita prædictam legem practicari sciunt: nec vnquam contrarium fieri seu practicari viderũt nec audierunt: & ita est publicum & notorium &c. Adde Deci. consil. 483. numer. 25. & consil. 215. numer. 2. Quibus autem actibus contrarijs tollatur ista consuetudo, si iam esset præscripta, distinguit Alberi. in rub. C. quæ sit longa consuetu. cuius distinctio placet Andreæ Tiraq. in tracta. de primogeni. q. 90. numer. 11. & 12.

## Octaua quæstio proœmialis.

OCtauò ex prędictis oritur dubiũ, Vtrùm lex ex consuetudine tolli possit? Et videtur q̃ non per dictam. l. 4. tit. 4. lib. 1. infrà ibi, *è contra las leyes que en este nuestro libro se contienen*. & per. l. 4. titu. 1. lib. 5. infrà. & per dictam. l. 1. Tauri. Contrariatur tamen, q̃ consuetudo legitimè præscripta derogat legi præcedenti. iuxta tex. in. c. fin. de consuet. & quæ insigniter adducit Ioan. Andr. in reg. nemo potest. num. 3. de re. iu. lib. 6. vbi concludit, q̃ clerici possunt testari etiam de bonis quocũq; titulo acquisitis intuitu ecclesiæ. Quam consuetudinem & si iuri humano contrariam, validam tamen ostendit Doct. Couarru. in cap. cùm in officijs. nu. 9. de testamen. quod & ipse in arte testandi latè probaui. in gl. 23. Ad quod est regia. l. 27. in curijs Pinciæ anni. 1523. quæ approbat, & præcipit seruari antiquam Hispaniæ consuetudinem, quæ circa conficienda testamenta laicorum versatur, scilicet, valere consuetudinem, quæ venit post legem contra ius

Universidad de Deusto
Biblioteca



tra ius scriptum, quod etiam tenet Lucas de Penna in l.vnica.C.de collat.donator. col.2. libr.10.vbi singulariter in puncto distinguit. Zasius in l.de quibus.ff.de legib. Doctor Didac.del Castil.in.l.1.Tauri in verbo.*contra ratio.* faciunt etiam quæ ipse scribit de potestate consuetudinis in eisdem decisionibus Tau rinis in l.3.verb.*siete testigos.* versi. Sed quæro an consuetudo.& quæ notat Petrus Rauen. in tracta.de consuetu.sectio.3.nu.11. Non obstant leges præcitatæ in capite quæstionis: illę enim solum reprobant consuetudinem præteritā, non tamen futuram post has leges inductam. Vtrum autem consuetudo semel à lege reprobata, possit amplius introduci, vide Petrum Rauen. vbi suprà, & quæstionem infrà 13.

## Nona quæstio proœmialis.

NOnò dubitari potest, Vtrùm doctoribꝰ solis, an & licentiatis & baccalaureis sit interpretandi iura concessa facultas? Cui dubio respondetur, quòd soli Doctori est permissa, eò quòd doctorali tantùm dignitati, & non alijs sit annexa secundùm Rip. in.l. ex facto.col.2.nume.8.ff. de vulgar. & pupill. Ad quod citat Inno.in.c.2. de magist. & Bologn. in repe.authen.habita.fol. 4. C. ne filius pro patre.quod intellige vt per Castell.in.l.1.verbo. *interpretar* in legibus Tauri.fol.15.col.1. & ibi Ioan.Lupus.nu.6.Supradictam etiam quę stionem tenet Hierony. Grat.respōs.116. col. secunda.nume.9.lib.2.

## Decima quæstio.

QVæro decimò, Vtrū leges humanæ obligent subditum in conscientiæ foro, ita vt subijciant transgressorem mortali peccato? In qua quæstione concludendum leges Imperatorum & Regum transgressorem ad peccatum etiam in foro conscientiæ obligare, quando talis lex est fundata super certo, & non super præsumptione. Quæ conclusio colligitur ex diuo Thom.1.2.quæst. 96.arti.4. & 2.2.quæst.60.artic.5.ad primum. Archiepisc. Florentin.1.parte.titu.18.cap.vni.§.secundo. Baptista Trouamala.verb.lex.quæstio.17. & Syluester.quæst.8.in eodem verb. Alphons. Castrens.libr.primo. de potestate legis pœnal.capit.4.Ioan.Methym.in libr.de restitu. quæst.36.versi.quo præmisso videtur conclusio.&c.text.in.l.16.titul.1. parti.1. ibi, *y meter se yan en la carrera de la muerte.* & ibi notat Gregor.Lopez. Adde glo.2.in.l.6.titu.6.lib.2.infra.Paludan.in.4.sententia.distin.25. quæst. 4.artic.1.conc.1.Nauar. in manuali Confessorum cap.23.num.39.Andr.ab Exea in capit.1. de constit.num.184.vbi dixi in conclu.3.

Secundò confirmatur: quia vbi ius ciuile expressè non reprobatur ab ecclesia, nec continet in se peccatum, debet obseruari in foro animæ, vt probat Barba.in capi.filius.colū.2. numer.8.de testam. dicens istam opinionem communē. Quod etiam confirmatur ex Paul. ad Roma.13.Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.c.qui resistit.11.q.3.& glos. in.c.final.verbo sententijs.de constitu.libr.6. Bald. in capit.in omni.de testib.Barba.consi.43.numer.20.colum.12.libr.1.Adrian.Papa. quæst. 6.quodlibetica. Quod tamen intellige intentione legislatoris non cessante, vt probat Curti.Iunior consil.12.numer.10. dumque modò talis lex sit iusta.cap.erit autem.4.distinctio. S.Thom.2.2.quæst.60.art.5. Dumque etiam legislator habuerit potestatem: aliàs enim nō ligat.cap.fina.de constit.lib.6.l.fina.ff.de iurisdict.omni.iudi.text.secundùm Cępol.nume.10.post Bald.ibi in.l.sciendum.ff.de ædil. edi. Si enim princeps in materia spirituali & super rebus spiritualibus statuat, inualidum erit statutum.c.fina. de reb.eccle.c. nouit. de iudi. Vnde infertur præceptum rectoris vniuersitatis alicuius, vt intersint Doctores vel scholastici alicui congregationi, in qua de re graui tractatur, obligare transgressorē ad peccatum. Si tamen sub pœna præstiti iuramenti scholares interesse congregatiōi, missarumve celebrationi, vel alijs iubeantur, talis pœna non est durè intelligenda: non enim presumē dum est, attenta pia mandantis intentione, in his, quæ magni ponderis non sunt, velle sibi vt pareant sub periurij pœna, sed ad memoriā iuramentum reuocare, ne suis subditis cōtemptui sit, ob idque præceptis parēre renuant. Ita explicat Ioan. Driedo. in Christiana libertate. pagina.172.& Couarru.in repet.c. quanuis pactum.1.parte relectio. §.7. ad finem. de pactis.libro.6. Quod maximè est notandum, ne passim quis temerè periurij reus damneť, etiam si superioris præceptum prætermittat.

Præceptum rectoris vniuersitatis cuius obliget eius transgressio ad peccatū.

Lex itidem super præsumptione fundata non obligat, velutiilla, scilicet, quæ hæredem non conficientem inuentarium vltra vires hęreditatis teneri creditoribus hæreditarijs asserit.tex.in.l.fin.§.sin verò postquàm.C.de iure deliberan.l.10.titulo.6.par.6.quæ non obtinet locum in conscientiæ foro secundùm Bart.in rubri.ff.de acquiren.hæredi. nume.3. quam etiam sententiam probat Feli.in ca.audiuimus.

Lex fundata super præsumptione, nec mera pœna legis obligat i animæ iudicio.



diuimus.nu.1. de simoni. & Baptis. Trouamala, verb. hæreditas.§.12. estq; communis sentētia doct. secundum Iason. in rubri. nu.23. ff. de acqui. hær. Dixi latè ad Segur. in repe. l.1.§. si vir. num.125. ff. de acquir. poss. Intelligetamē, etiam si ad peccatum obliget, non tamen ad restitutionem pœnæ in foro conscientiæ teneri: quia lex conscientiam non ligat, quos natura non obligat, secundùm Baldum in.l. 1.C. de vectiga. & com. & Feli. in citato. capit. audiuimus. colū.1. Cum enim sit mera pœna, nihil ex suis bonis abest fisco: quare naturaliter ei quis nō tenebitur. gl. cōmuniter recepta in.c.fraternitas.12.q.2.singul. secundùm Feli. in.d.c.audiuimus. Quæ opinio cū dicta gl. cōmunis est teste Ludo. Gomez in.§.ex malefic ijs.num.14. de actio. & nos latè probauimus ad Segur. in.l.filius dum in ciuitate.nume.15. ff. de verbo. obliga. Vnde infertur reuendentem triticum contra pragmaticam peccare, non tamen in conscientiæ foro ad restitutionem pœnæ in eo contentæ teneri. text. in.l. 180. & in fine operis anni.1548. in curijs Pinciæ.fol.40.& fol.51. De hoc in prosecutione operis latiùs dicemus. Nota tamen istud ad.l. 8.cum sequenti.titu.7.lib.5.infrà.

L.8.titol.7. lib.5.infra.

Lignacedes contra statuti præceptū vtrum peccet ac tenea tur ea in foro animæ restituere.

Ex quo etiam infero & notabiliter peccare etiam illum, qui alienam cædit syluam lignaq; indeextrahit: ea animi rum ratione: quia legi obuiat & statuto iustè id ad reipub. vtilitatem prohibenti: commodū enim affert reipubli. lignorum montium que copia. At qui prohibitioni de lignis cædendis obuiat, vniuersali pręponit particulare commodū. quod prohibet Auth. res quæ. C. commu. de lega. & capi. ratio nulla. de præbend. l. tertia. titul. 28. parti. 3. Populus itidem, dominusve alicuius loci prohibere potest ne quis sine licentia possit locum ingredi: in re enim propria quilibet legem potest iustam inducere. l. in re mandata. C. mandati. l. diuus. ibi, non est rationabile nolentibus dominis vos in alienis agris aucupari. ff. de seruit. rustic. prædio. Nulliigitur, cum alia ab alijs oppidis diuisas habeant syluas, contra statutum id prohibens alieni montis ligna cædere vel extrahere licebit. Quælibet etiam vniuersitas statuta circa rerum suarum administrationem condere potest. l. fina. vbi notat Bald. C. de iurisdict. omni. iudi. Bart. in.l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Deci. consi. 197. lib. 1. Adde quæ notat Roderi. Xuarez allegati. 6. Quòd autem peccet, tenet Domin. Soto. lib. 1. de iust. & iur. quæst. 6. arti. 4. & lib. 4. quæst. 6. artic. 4. p. 342. col. 2. Nauar. in manual. confesso. pagin. 454. num. 36. Alphon. de Castro de potestate legis pœ. libr. primo. cap. 10. §. primo. Adde etiam quæ tradit notanter Couarru. in repe. regu. peccatum. 2. par. §. 8. de regu. iur. lib. 6. Dato igitur q. peccet, dubium est, vtrùm ad restitutionē, vel æstimationem damni illati teneatur? Per prædicta videtur quòd sic, ad suam etenim syluam ligna pertinent. argum. l. si quis duas. §. si quis partem. ff. commu. prædi. ibi, diuisit fundum regionibus. Si itaque sylua, de qua ligna surripit, aliena est, non dubium est quin furtum committat: igitur, & si lex in tali casu imponat pœnam (quæ tamen pœna in foro animæ nō debetur) tenebitur ad interesse rei sub latæ ratione furti commissi damnique illati in arboribus fructibusque pomarij, vel syluę, vel cuiusuis alius fundi cuiuscunque domini tam particularis quàm vniuersalis. Ita tenet Alphons. de Castro copiosè & eleganter vbi suprà. Hoc tamen limitarem, si ex statuti forma vel partium conuentione expressè intelligeremus ad pœnam tantùm legis vel statuti teneri ligna scindentes ac asportantes: tunc etenim, vt opinor, illa lex concessoria est ex partium conuentione, non prohibitoria. Quā tamen limitationem intellige, dummodò quis rapit, in vsus suos rem raptam habeat: & si tillius loci, in quo est syluа vel mons: si enim ad vendendum surriperet eò quòd vtilitas rei cō munis cessat, succeditque cupiditas, tenebitur in foro animæ ad restitutionem susceptæ æstimationis ex venditione. Quod iuri existimo consonū, & ita sæpiùs rogatus consului. Quid de eo qui habet ius piscandi in certa parte fluminis præscriptione quæsitum, cum habeat ius prohibendi. vt in capitul. quæ sint regalia. verbo: piscationum. vide per Afflict. fol. 184. colum. 2. idem erit respondendum.

## Vndecima quæstio.

In causis ecclesiasticis deficiēti iure canonico an ad dicta sanctorūve ad iura recurrendum.

VNdecimò offert se nobis nec minùs notabile dubium, Vtrùm in causarum ecclesiasticarum decisionibus, deficiente iure canonico, sit ius ciuile dictis sanctorum præferendum? Quam quæstionem ad vtranque partem latissimè & singulariter tractat Lucas de Penna in.l. medicos. col. 2. C. de professor. & medi. libro decimo. Ego tamen ita distinguerem. Aut enim est causa spiritualis ad fidem spectans, & tunc si dictum sancti sit vel noui vel veteris testamenti authoritate fundatum, imperiali decisioni præferrem, cum gloss. in capit. de libellis. 20. distinct. in verb. illorum singul.

Universidad de Deusto
Biblioteca



singu. secundũ Iaſ. in. §. quædã. nu. 66. Inſti. de actio. Aut eſt dictum ſancti ſimpliciter ſpectans ad cauſam temporalem: & tunc lege regia ſi ſit, erit cauſa decidenda in foro canonico, dummodò talis lex ſit æquitati conſona.

## Duodecima quæſtio.

Lex vel ſtatutum quando deſuetudine tollatur.

ESt & duodecimò pulchra & quotidiana quæſtio, Vtrùm lex, vel ſtatutum deſuetudine tollatur? De qua etiam quæſtione pulchrè Lucas de Penna in. l. euidenter. col. 2. C. de excuſ. mune. libro. 10. & in leg. 3. colum. 1. C. de pala. largi. libro. 12. Petrus de Rauen. in tract. de conſuetud. ſectio. 4. nume. 58. fo. 145. Doct. Caſtell. in. l. 1. verb. *noſe guarda*. in deciſio. Tauri. gl. in proœm. inſti. in verb. deſuetudine. Huic ipſe dubio ſic ſatisfacerẽ. Aut lex abijt in deſuetudinem per contrarium vſum, itaque nunquam fuit recepta, vel ſemel recepta non fuit vſitata, quo caſu ceſſat virtus illius legis, & obtinet vicem conſuetudo prior. glo. in cap. frangere. de treug. & pace, ordinaria ſecundum Iaſ. in. l. rem non nouam. col. 2. nume. 5. C. de iudi. quæ dicit ſtatutum non receptum in obſeruantia, nec moribus vtentiũ approbatum, nullas habere vires: nec ei obuianti dicetur tranſgreſſor. Citat Montal. in l. 10. titu. 11. part. 3. in glo. magna ad fin. ſingul. ſecundùm Alexan. conſil. 6. Viſo themate & dubijs. nu. 2. & conſil. 132. Viſa facti narratione. col. 2. num. 1. vbi hanc communiorem dicit opinionem: vbi etiam ſubdit in dict. conſil. 132. ex curſu decennij citra regis vel ſuperioris notitiam talem conſuetudinem præſcribi, dicitque iſtam in terris imperij communem opinionem. Aut caſus illius legis nunquam euenit, quòd de raro contingentibus eſſet: & tunc & ſi non vſitata, ſemper tamen viget, & eſt in ſui viridi obſeruantia. l. arriani. C. de hæreti. Montal. in dict. glo. magna. l. 10. titul. 11. par. 3. Itaque & ſi contrarius vſus ſtatuto iuris deroget, non tamen deſuetudo. Si autem talis omnino idem quod ius diuinum diſponeret, nec deſuetudine, nec contrario vſu tolleretur: ſiquidem eſt eadem cumiure diuino, quod immutabile eſt cap. fina. de conſuetu. Panor. & communis in capit. 1. de treuga & pace. Præpoſit. & Alex. in. §. leges. 4. diſtinct. col. 2. & 3. poſt Domini. ibi Grego. Lopezin. l. 16. titu. 1. parti. 1. verb. *El pueblo*. Petrus Rauen. de conſuetu. ſectio. 1. nume. 47.

Conſuetudo etiã contra ius diuinum excuſat a pœna téporali nõ tamen a gehennali.

immunes, non tamen à gehennali, vt inquit glo. in cap. denique. verbo, conſuetudine. diſtin. 4. & glo. in. c. 2. de tempor. ordina. gloſſ. etiam in. c. cùm venerabilis. de conſuetu. Præpoſi. in dict. c. denique. nu. 30. 4. diſtinct. Roman. ſingul. 19. An conſuetudo. Franciſ. Cremenſ. ſing. 149. Mos puerorum. tradit Feli. in cap. ea quæ. nu. 1. col. 1. de ſimoni. & in. c. ex tenore. nume. 12. de reſcript. Iaſ. in. l. ſingularia. col. pen. num. 49. ff. ſi cert. peta. Hippolyt. in practi. cauſa. crimin. §. quoniam. nu. 97. & in conſi. 7. nu. 26. Alex. conſil. 8. Et aduerte. col. fin. nu. 8. lib. 6. & conſi. 233. col. 2. nu. 13. libr. 6. Et vtrobique refert Alex. prædictam gloſſam poſt Anchar. & dicit rectorem oppidi cuiuſdam aufugiſſe, eo quòd accuſatus fuerat: facta que in eum inquiſitione, repertum fuerat priuatos eũ habere carceres, pluresque vinculis oppreſſos haberi iuſſiſſe: liberatum tamen & abſolutũ à crimine, inquit fuiſſe, eo q̃ probauit prædeceſſores ſuos idẽ facere conſueuiſſe.

## Quæſtio decimatertia.

Conſuetudo ſemel a lege reprobata, an de nouo introduci poſſit.

DVbitatur præterea & decimotertiò, vtrũ cõſuetudo ſemel per legem dãnata, poſſit reintroduci? Cui reſpõdet gl. in clemen. ſtatutum. verb. conſuetudine. de electi. dicens illam reprobationem conſuetudinis de præterita, non de futura intelligi. Quod latè probat Andr. Tiraq. in tracta. de vtroque retra. lib. 1. in prin. nu. 17. Aduertendum etiam illam gl. ſecundùm iſtam theoricam deberein hũc modum legi hæc litera, tollere noluit: alia enim litera inquit, tollere voluit, ſecundùm quam allegantes eam ad alium ſenſum intelliges: nẽ pe quòd vbicunque lex reprobat conſuetudinem, non ſolùm præteritam, ſed & futuram videtur reprobare conſuetudinem. Quam opinionem ab omnibus reprobata prædicta gloſſa dicit teneri Iaſ. in. l. cunctos populos. colum. 16. nume. 73. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Imol. in cap. cùm ab omni. nu. 3. de vita & honeſta. cleri. Illam gloſſam dixit ſingularem Iaſo. in. l. de quibus. nu. 55. ff. de legib. Ioan. Lupus in repe. c. per veſtras. notabi. 5. fo. 105. col. 3. de dona. inter vir. & vxor. vbi plures prædictam glo. in priori opinione, quam nos etiam tenemus, approbantes retulit. Diſtinguendũ tamen eſt in iſta quæſtione cum Petr. de Rauen. in tracta. de conſuetud. ſectio. 3. nume. 11. Anto. Gomez in. l. 51. nume. 26. ad fin. in leg. Taur. & Couarru. in libr. 3. Varia. reſolu. capi. 13. nume. 4. affatim de hoc articulo diſputante & reſoluente per quatuor concluſiones.

Gloſſ. in clement. ſtatutum. corrigitur, ac declaratur.

Decima



## Decimaquarta quæſtio.

Legis definitio.

QVæro etiam vlteriùs & decimo quarto, Quid ſit lex? In quo dubio omiſſis plaribus definitionibus, quas adducere poteram, lex eſt ſecundùm iure conſultum Martianum in. l. 2. ff. de legib. inſtitutio, & donum Dei. Secundò, vel aliter, Lex eſt ſanctio ſancta iubens honeſta, prohibens contraria, ibidem. Vel aliter &. 3. Lex eſt recta voluntas eius, qui vicem populi gerit, voce aut ſcripto promulgata, cũ intentione obligandi ſubditos ad parẽdum ſibi. Quæ definitio eſt integra & optima ſecundùm inſignem patrem Alphon. caſtrẽ. lib. 1. de poteſtate legis pœna. c. 1. vbi eam per partes exponit. Lex itidem authore Apoſtol. 7. ad Rom. eſt mandatum iuſtum & bonum. Quam definitionem refert glo. in. §. lex. inſti. de iure natu. & Petrus Vnzola in arte notariatus rubr. de diuiſ. pactorũ. nu. 6. Quinto etiam, Lex eſt oratio grauis & recta facienda imperans, non facienda prohibens. Vel ſextò, Lex eſt caſtigatio vel doctrina ſcripta hominum vitam à malo reprimẽs, quæq; fieri oportet inſtruens. l. 3. titu. 1. part. 1. l. 1. titu. 6. lib. 1. fori legum. Præterea & ſeptimò, Lex eſt diuinarum humanarumq; rerum notitia. Itẽ etiam & recti iuſsio, Donum Dei, Dogma deniq; hominum ſapientum relata per Polydorum Virgilium, De inuentoribus rerum lib. 2. c. 1. Quid autem ſit lex, ſeu atùſve conſul. quid prætorum edicta, vel reſponſa prudẽtum, declarat Alexan. ab Alexan. lib. 6. genial. dierum. c. 23.

## Quæſtio decimaquinta.

Legum inſtitutio neceſſaria fuit.

VLtimò quæro, vtrum attulerit vtilitatem hominibus conſtitutio legum? Iiſcendum q̃ ſic. Probat S. Tho. 1. 2. q. 91. art. 3. & q. 95. art. 1. Archiepiſ. Florenti. 1. parte. titu. 17. c. viii. §. 2. Confirmatur ex beato Yſidoro lib. etymologiarum, dicente, Facte ſunt leges, vt earum metu humana coerceretur audacia; tutaq; ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenetur nocendi facultas. Hoc tamen humano generi neceſſariſſimum eſt, vtilisigitur fuit humanarum legum cõſtitutio. Inquit etiam Philoſophus. 2. Ethic. voluntatẽ cuiuslibet legiſlatoris id inſpicere, ſcilicet, vt homines reddat bonos. Ita dixit Domi. Soto li. 1. de iuſt. & iur. q. 5. art. 1.

Ferdinandus & Eliſabeth Hiſpaniarũ Principes laudantur.

Quare indubitabiliter eſt dicendum ſanctiſsimam & apprimè vtilem reipub. harũ ordinamenti legum conſtitutionem fuiſſe quas inuictiſsimi, excellentiſsimi, ſanctiſsimiq; Hiſpaniarum principes Ferdinandus & Eliſabeth æterna memoria digni, vt ſupra iam diximus, condidêre. Sub quorum tutela Hiſpana reſpub. floruit, ac reliquas omnes felicitate præterijt: nec ei fames vnquam ſub eorum imperio, aliùdue infortunium euenit, quibus ob regũ peccata, Deo permittente, ſæpius reſpub. vexari ſolent, vt habetur lib. 2. Regum. c. final.

## Titulo.

Universidad de Deusto
Biblioteca



# Titulo. I. De la sanc-ta Fe[a] catholica[b].

Fidei definitio.

SAncta Fe. Quæ est spe randarum substãtia rerum, argumentum nõ apparentium. Paulus Apostolus ad Hebræos. 11. Fecit capi. in domo. de pœniten. distinc. 3. 1. glos. in rubri. de summa trinita. Antonius de Butrio in capit. primo. quæstio. 2. extra de summa trinita. l. 31. titul. quarto. partita. 1. Magister sententia. libr. 3. distinct. 23. ea. 2. Archiepiscopus Florenti. 4. part. titul. 2. capit. secundo. §. primo. Alphonsus de Castro in libr. septimo, de hæresibus, verb. fides. Nec quisquam sine ista fide ad veram beatitudinem peruenire potest, teste Augustin. de trinitate libr. 13. capit. 20. & Athanasio in symbolo. Quicunque vult. Hæc est fides catholica, quam nisi quisque firmiter fideliterque crediderit, saluus esse non poterit. Magister in. 3. sententia. distinct. 25. capit. 3. l. 31. titul. quarto. parti. prima. Paul. ad Hebræos. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. De hac fide præsens rubrica loquitur, quæ (vt inquit Leo) sola genus humanum viuificat: sola sanctificat. Firmiter igitur tenenda est. capit. primo. de summa trinita. Qui autem in ea fide dubitat, infidelis est. capit. primo. de hæreti. Qui text. de eo intelligatur, qui de veritate fidei aliquid, quod tamen scit esse de fide, dubitat: is enim grauissimè errat, siquidem certissima pro incertis habet. Nam eo ipso, quòd scit illud esse de fide, ac dubitat, hæreticus pertinax est. Si tamen quis ignorantia probabili, vel animi infirmitate dubitaret, nõ discedens à fide catholica, sed veritati cognitæ assentiri paratus, cùm pertinacia careat, hæreticus non est. Ita docent Ioannes Andr. Ancharra. Henricus, Cardinal. Panormita. Ioannes de Anania, & Felinus in dict. capit. primo. Præpositus in capit. nec licuit. numer. quarto. colum. prima. distinctione. 17. Ioannes Lupus in allegat. hæresis. §. quinto. Ludouicus Carre. in tracta. de hæretic. numer. octauo. Occam libr. 3. dialogorum capitu. 10. Gabriel in quarto sententiarum. distinct. 13. quæstione secunda. Summa Rosella, verb. hæreticus. versi. quæro nunquid dubius. Syluester verbo, hæresis. prima quæstione tertia. Pertinacia etenim quem hæreticum facit: qua cessante, cessat & hæresis. glos. verbo, pertinaciter. in Clementi. vnica. de summa trinitate. & ibi Guillel. de monte Laud. colum. secunda. & 8. Cardinal. quæstione secunda. numer. sexto. & in. 5. igitur numer. primo. & in. 5. porrò. quæstione. quarta. numer. quinto. in dicta Clemen. vnica. glo. in cap. hæc est fides. verb. emendari. 24. quæst. prima. Alphons. Castren. aduersus omnes hæreses libr. primo. capit. nono. Et Augustin. contra Manichæos dicit. Qui in ecclesia Christi morbidum aliquid, prauumque quid sapiunt, si correcti vt sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, & suum quod pestiferum, & mortiferum dogma emendare nolunt, sed defensare pertinaciter perstiterint, hæretici sunt. Hactenus Augustin. Si igitur animo perstiendi non defendant, hæretici dicendi minimè sunt. l. 1. infrà isto titul. ibi, *con animo pertinaz*. Dubitari tamen potest, vtrũ exterior fides sit necessaria. Ad quod dicendum quòd sic: fides enim exterior ob quatuor necessaria est. Primum, vt Deus honorificetur. Secundum, vt fides defendatur. Tertium, vt proximus ædificet. Quartum, vt infidelis conuertatur. Archiep. Florenti. 4. parte. titul. 8. capi. 3. §. 2. versi. est autem necessaria talis confessio.

Saluari quis non potest absque fide.

Fides exterior ob quatuor rationes est necessaria.

b ¶ *Catholica*. Id est, vniuersalis, à, *catholicòn*, græcè, quod latinè vniuersale sonat. Guilliel. & Ioã. vank. in clem. vni. col. 1. de summa trinit. Vnde infertur intellectus ad prędictam clemen. quatenus dicit, catholicè. & ad cap. fides. ibi, in catholica didicimus. Verbum enim catholicè, id est vniuersaliter, exponendum est, hoc est, nullo certo loco, nulla regione, aut patria, nulla gente, natione, aut populo, nullo denique tempore concluſa, aut circunscripta, sed generaliter extendens palmites suos in orbem vniuersum, in tempora quælibet, præterita, præsentia, & futura secundùm seriem successionis nascentium, & descendẽtium continuata sub vno duce inuisibili Deo in vnitate fidei, & religionis. Vnde in Actis Apostolorum ca. 10. Non est acceptio personarum apud Deum: sed in omni gente, & loco qui timet Dominum, acceptus est illi. Tradit Cyprian. in tracta. de simplicitate prælati. & Albert. Pigi. libr. 1. hierarchiæ eccles. c. 1. Quare autem fides nostra catholica dicatur, exponit Archiepisc. 4. parti. titul. 6. cap. 2. §. secundo.

Catholica, id est, vniuersalis.

Hæresis sine pertinacia non est.

a ¶ *Enseña*



¶ *Lex Prima.*

a ¶ *Enseña y predica*. Concordat cap. 1. de sum. trinita. & l. 1. C. eod. titu. l. 1. titu. 1. lib. 1. foro leg. & proœmi. tit. 3. part. 1. Fides etiam vna est, & catholica, iuxta illud Aposto. ad Ephes. 4. Vnus Deus, vna fides. Declarat Archiep. Florẽ. 4. par. titu. 8. ca. 2. §. 4. Vide infrà super illud, *vn solo y verdadero Dios*.

Fides vna.

¶ *Ley. I. Como deue creer todo fiel Christiano en la sancta Fe Catholica.*

ADDICION.

¶ *Esta ley se contiene en la ley 1. titu. 1. libr. 1. Recopil.*

b ¶ *Yglesia*. Ecclesiam dicit militantem, quę collectio est fidelium, & sancta. iuxta psal. 25. in ecclesijs benedicam te domine. & ibi in princ. recipit in malam partem, odiui ecclesiam malignantium tamẽ pro prima acceptione, est tex. in cap. ex multis. 1. quæst. 3. cap. ecclesia. de consecra. distin. 1. vbi Cardina. Ioan. Turrecrem. col. 1. versi. ad primum. gl. in cap. querelam. verb. ecclesiam. de excess. prælat. quæ magistra est, ponitq; plures acceptiões istius dictionis, ecclesia, Signo. de homo de. in repeti. l. nemo. col. 2. nu. 1. C. de sacrosanct. eccle. latiùs Remig. in tracta. de immunitate ecclesi. 3. ampliatio. nu. 1. cum sequen. Archiep. Florenti. 3. parte. titu. 12. cap. primo. §. primo. Guillel. Duran. in lib. 1. rationalis diuinorum. rubri. de ecclesia & eius partibus. glo. in clem. 1. verb. mesquitis. de Iudæis. l. 15. cum sequenti. titu. 10. parti. 1. Quæ etiam est vna, vt latè declarat Præpositi. in cap. omnes. num. 3. distinct. 22. Est & sancta. capi. Alma mater. de sentẽ. excõmu. libr. 6. Et ecclesiæ nomine, venit corpus Christi. cap. vbi sana. ibi, non dilaniarent corpus Christi, quod est ecclesia. 26. quæst. 2. Vnde notãter infero gaudere immunitate ecclesiæ ad corp⁹ Dei fugientem, quemadmodum gaudet fugiens ad ecclesiam. Archidia. in. c. quæsitum. 13. quæst. 2. & ibi Cardina. Turrecrema. nu. 2. Hostien. Anto. & Ioan. Andr. in cap. sanè. de celebra. missa. Ioan. Tierri. in tract. de fuga. nu. 8. Ioan. Lupus in repe. rubri. §. 38. col. 2. nu. 5. glo. 1. in. l. 15. titu. 20. lib. 3. fo ro legum. Cateli. Cottain memorialib⁹ iuris, verbo. rationis identitas. Quæ opinio est communis, teste Anto. Corset. in singul. verb. Cardina. Remigi. de immuni. eccle. 18. ampliatione. num. 3. & est magis catholica, & laudanda. Nihil enim in ecclesia æst hoc sacramento maius. Clem. vnica. de reliq. & venera. sanct. c. nihil. de consecra. distin. 2. Arcùm propter honorem Dei deferatur ecclesię, a fortiori deferendum est Deo, qui est causa causarum. authen. multò magis. C. de sacrosanct. eccle.

Ecclesia quæ dicatur.

Fugiens ad corp⁹ Christi secundum vnam cõmunem opi; gliat det immunitate eccle. siæ. do

Semper enim illud est tale magis, ob quod vnum quodque tale est, veluti magis, id est dilectum atque amatum, ob quod amamus atque diligimus. ita Aristo. lib. 1. resolutionum posteriorum. capit. 2. ad fin. dixi in glo. 2. in. l. 3. infrà hoc titul. Soci. in tract. de citatio. arti. 17. collũ. pen. quicquid dixerit Barba. in tracta. de præstãtia Cardin. 1. parte. quæst. 9. num. 9. Vnde etiam infero, quòd clericus, qui ad tricennariã clausurã in ecclesia tenetur, nõ dicitur clausurã fregisse, si excãt eucharistiam comitãdo.

ENseña, y predica[a] la sancta madre Iglesia[b], q̃ fir memẽte crea, y simplemente cõfiesse todo fiel Christiano[c] re

c ¶ *Fiel Christiano*. Scilicet, non fictus. Iuxta illud Esa. 7. & Ierem. 5. Domine, oculi tui respiciunt fidẽ. & Osee. 2. Sponsabo te mihi in fide. Quæ si præcordijs nostris præcipua non hæret, quod remanet, non operabitur bonum, etiam si exterius bonum videatur. S. Gregor. lib. 2. moralium. capi. 33. Quid enim nomen sine fide prodest, & sine operibus? certè nihil: mortua enim est. Christianus ab ipso Christo dicitur, legemque Christi fideliter seruat: aliàs Christianus nequaquam dici debet. Nomina nanq; rebus, de quibus prædicantur, correspondeant oportet. l. cum multæ. ibi, Iancinus nomine priùs emendato ita rem corrigit, & non ante nuptias donationem vocari, sed propter nuptias donationem. C. de donatio. ante nupt. §. tutores. ibi, quasi tuitores. Insti. de tutel. l. 1. ff. de tutor. cap. cleros. 21. distinct. c. cùm secundum Apostolum. de præb. c. si cupis. vbi glos. 1. 16. quæst. 1. tex. cum glo. 1. in cap. clericus. 12. quæst. 1. cap. pudenda. 24. quæst. 1. text. cum glos. verb. habemus. in authen. de defensor. ciui. in prin. colũ. 3. §. est & aliud. Instit. de donat. c. ex literis. de conuer. infide. c. forus. de verb. signi. Quod facit contra hypocritas, qui aliud exteriùs confitentur, aliud in cor de gerunt: apparent enim hominibus humiles, intus tamen superbiunt: extrà honesti, intus immũdi: extrà compositi, intus dissoluti: extra mites, intus furiosi. Dicitur autem hypocrisis ab *Hypocrinein*, quod est simulare. Vnde hypocritæ simulatores sunt, qui, vt ait Chrysost. aliud sunt, & aliud ostentant. Ecclesiast. 1. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum. Deuteron. 22. Non induces vestem lana linoq; contextam. c. cùm causam. 1. de electi. id est, ne aliud intrà sis, quàm foris ostentas. Aluarus Pelagi. de planctu ecclesiæ. lib. 2. arti. 78. Matthæi. etiam. 6. Nec immeritò huic horrendæ

Christianus dicitur qui absq; fictione legẽ Christi sequitur & tenet.

Nomina debent correspondere rebus de quibus prædicantur.

Hipocritæ taxantur, ac multa notãda cõtra eos notantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



pestil tantum imponimus crimen: sunt enim omnium hæreticorum nocentissimi, qui se, cum tamen nil minùs sint, bonos simulant. Quare ab his falsis, pphetis, vt & ipse Seruator pmonuit apud Matthæ. c. 7. præcauendum attentiùs est. Paul. etià. 1. ad Corinth. 11. inquit. Nã eius modi pseudo apostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Leo sermone. 5. de ieiunio decimi mensis, inquit, humiliter irrepunt, blãde capiũt, molliter ligant, latenter occidunt, &c. Cicero etiam lib. 1. officio. inquit, Nulla capitalior pestis, quàm illorum, qui cùm maximè fallunt, id agunt, vt boni viri esse videantur. & secundùm Horatium, Decipimur specie recti, quia mala sunt vicina bonis. vtq; Basili. epist. 76. censet, Si quis malum sub prætextu boni facit, duplicata pœna dignus est. Diuus etiam Bernar. super canti. sermone. 69. inquit, Omnibus vna intentio hæreticis semper fuit, captare gloriam de singularitate scientiæ: quod vt cõmodè faciant, nõ sufficit hæreticos esse, nisi & hypocritæ sint, vt sit supra modũ peccans peccatum: hi sunt qui veniũt in vestimentis ouium ad nudandas oues, ad spoliãdos arietes: intus autem sunt lupi rapaces. Hi sunt oues habitu, vulpes actu, & crudelitate lupi: mali sunt, & videri boni volunt, ne soli sint mali: mali videri timent, ne parum sint mali: retinem minùs semper malitia palam nocuit: nec vnquam bonus nisi boni simulatione deceptus fuit. Nec enim est apud eos virtutes colere, sed vitia colorare quasi quodam virtutum minio. Hactenus ille. Simulata præterea æquitas duplex iniquitas est, vt ex predictis clarè constat. Bene igitur inquit tex. fiel Christiano, id est, non falsus.

†Solo. vtrũ in Deo sint plures ideę. ad de Sanct: Tho. quodli. 14. art. 1.

generado por el Sacramẽto sctõ del baptismo ser vn solo, † y verdadero Dios[a], eterno, immenso, è incõmutable, omnipotẽte, ineffable: Padre è Hijo, y Spiritu sancto tres personas, y vna essencia, substancia, o natura. El Padre innascible: el Hijo del solo padre engendrado: y el Spiritu sancto spirado de muy alta simplicidad, procediente ygualmẽte del Padre y del Hijo, en essencia yguales, en omni

é ministros de la sancta yglesia d̃ todo tributo†, segũ derecho, Y por esto ordenamos, y mandamos, q̃ en los pedidos, d̃ que nos entendemos ser uir, o en otros pedidos de qualquier otra calidad los clerigos sean libres de cõ tribuyr, y pechar con los concejos por que en los pechos

† Tributo. Etiã si sit clericus primæ tonsuræ, nõ coniugatus. l. 23. titu. 4. libr. 4 infra & l. 13. infra hoc titu. quod intelligi si habuerit beneficiũ ecclesiasticum alias est tanquã laicus & soluit gabellam & tributũ homo est pechar. l. 2. titu. 4. libr. 1. nouæ Recopil. adde cõcil. Triden. Sessi. 23. c. 6. ad hãc. l. adde Otalora de nobil. 2. part. c. 1. num. 8. versic. de clericis aut.

Primum igitur priuilegi:m clericis ratione ordinis concessum, vt ex præsenti text. liquidò constat, est, eos, scilicet, à solutione cuiuscunque tributi, siue illud sit ratione personæ, siue rerum suarum immunes esse. Text. in præsenti, ibi, *de todo tributo*. Qui enlm totum dixit, aliud etiam cuiusque speciei exclusisse visus est. c. solitæ. de maioritat. & obedien. Dictio enim, omnis, vniuersalis est distributiua. §. restituta. iuncta glos. verb. omnes. inst. de fideicommissar. hæreditat. Suadetur prætereà. Quia iuri diuino consonum est, vt habetur Genes. 47. vbi constat Ioseph omnem AEgypti terram vsque ad fines eius præter sacerdotalem terram subiecisse: qua tamen postea dominus iterum ad colendum concessa, soluit regi quintam omnium fructuum agrorum suorum: sacerdotalis tamen tera immunis ab isto tributo remãsit. Esdræ etiam libr. 1. c. 7. constat prohibitum fuisse sacerdotibus tributum imponi. Cuius mentionem facit text. in. c. quanquam. censib. libro. 6. & ibi gl. Esdr. 3. c. 8. text. etiam in. c. non minus. de immunitat. ecclesi. l. placet. C. de sacrosanct. ecclesi. authent. item nulla. C. de episcop. & cleric. cap. generaliter. §. placet. 16. quæst. 1. text. in constitution. Frederici secundi Imperatoris, sub titulo vnico. de statutis & consuetudinibus contra libertatem ecclesiasticam editis. §. item nulla. & ibi Præposi. Alexandrinus. bonus text. in capit. 1. de immunitat. ecclesi. libro. 6. text. in concil. Lateranensi. sessio. 9. sub Papa Leone decimo, qui pœnam excommunicatignis exigentibus tributum à clericis imponit, ac ne quis de imponendo consulat, sub eadem pœna prohibet. Archiepiscop. Florentin. 2. parte. titulo. 1. capit. 3. & in. 3. parte. titulo. 24. c. 25. Syluest. in sum. verb. oxcommunicatio. 9. §. 21. Caietan. verb. excommunicatio. capi. 39. Petrus Antibolus in tractat. de muneribus. 3. parte. §. 4. numero. 32. Francisc. Curtius. iunior. cons. 61. numero. 2. vbi citãt ad hoc plures Doctores idem tenentes. Facit. l. 50. titulo. 6. part. 1. Quod extenditur vt procedat tam in bonis quęsitis, quàm quærendis. tex. in dict. c. 1. de immunita. ecclesi. libro. 6. &. c. quanquam. de censib. eo. libro.

Vnde si pater tributari⁹ donet filio prædium, vel domum, pro consequẽdo sacerdotio, vel alimentis in aliqua vniuersitate, vt Salmantina, Pinciana, Complutensi, vel alia quauis huiusmodi, ipso facto efficitur liber, nec amplius tributo rei filio donatæ tenebitur, l. cùm facultates. C. de his qui numer. liberor. se excus. libr. 10. l. 212. styli. vt enim infrà dicemus, per mutationem personæ, rei qualitas mutata est. Ad quod facit dictum Ioã. Andr. in additio. iucip. tractauit ad Specul. in titu. de cẽsibus. §. nunc dicendum. qui per text. in. l. licitatio. §. fin. determinat, ꝙ si miles alienet in rusticũ certa prædia, de quibus nunquàm miles collectã soluit, hæc immunitas non transit in rusticũ: eò ꝙ istud priuilegiũ est concessum personæ, quę rẽ minimè concomitatur. l. ætatem. §. fi. de censib. l. 3. §. 1. ff. de muner. & hono. reg. priuilegiũ personæ. de reg. iur. lib. 6. Nec est talis donatio fraudulẽta existimãda, bona em̃ fide facta p̃sumẽda est: qui cõtrà dicit, probare tenet̃. Tex. singul. in. l. nõ ex eo. ibi Nec opinio eius ex hoc læditur, vt malæ fidei emptor existimetur: alijs itaq; hoc indicijs, si vis, probare debes. C. de euictio. gl. in prin. inst. de vsucapio. verb. qui bona fide. gl. in. c. sanctorũ. de præscrip. gl. in. c. si diligenti. verb. bona fides. & in. c. quoniam omne. verb. bona fide. eodem titulo. de præscrip. l. merito. ff. pro socio. capi. fina. de præsump. vbi probatur delictum non esse præsumendum. Corne. cõs. 242. nu. 12. vers. nec obstat. libr. 3. Meritò igitur ratione noui domini prædicta bona à patre filio donata priuilegiũ immunitatis habebunt. Per mutationem etenim personæ, mutatur qualitas inhærens rei ratione personæ. l. Paulus per procuratorem. & ibi Bart. nume. 3. ff. de acquir. hære. l. licitatio. §. fin. ff. de publican. & vectigal. Segura in. l. 3. §. fina. numero. 119. ff. de liber. & posthu. Ias. cons. 20. lib. 1. Andr. Tiraq. de vtroque retra. lib. 1. §. 1. gl. 13. numer. 12. c. vnico. de iure patrona. lib. 6. Bona etiam ante sacerdotium possessa, ade-



sa, adepto sacerdotio, clericali priuilegio gaudent. Ita Dominĉ. de sancto Geminiano. cons. 113. vers. Secunda conclusio. citat ad hoc casum in. c. 1. de immunita. eccles. li. 6. & tex. cum ibi notatis in. c. sicut. de verb. signifi. eod. lib. Si tamen onus rei esset annexum, ita vt ratione rei solueret dominus tributum, tunc etiam si in personam priuilegiatã transeat, cum suo tamen onere trãsit. text. hic, ibi, *en que sea el tributo appropriado a la heredad: qualquier que la tal heredad*. Bart. in. l. is cum quo. num. 2. ff. d̃ aqua pluui. arcen. & in. l. 11. titul. 3. lib. 1. nouæ Recopil. & in. l. si diuina. numer. 1. C. de exactor. tributor. lib. 10. Ias. in consi. 20. lib. 1. Gregor. Lopez in. l. 55. verb. *clerigos*. titu. 6. parti. 1. l. dolia. §. 1. ff. de contrahe. emptio. l. inuitus. §. plerunque. ff. de regu. iur. optimus tex. in clemen. vnica. de supplen. negli. prælator.

Hoc tamen intelligo de vera donatiõe facta clerico, non de facta in fraudem fisci. l. penu. & ibi Alberi. C. de rescinden. vendi. l. 59. titulo. 5. parti. 5. l. 212. styli. l. 6. titul. 9. libr. 5. infrà. quæ in hoc casu procedunt, aliàs non valerent, quia essent contra libertatem ecclesiæ. vt singulariter probat Montal. in. l. 1. verb. *siempre guardadas*. titu. 5. lib. 1. for. legum. Cui est addẽdus Bar. in. l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de lega. 1. Ioan. de Platea. in. l. 2. C. de præd. & reb. nauicula. lib. 11. & in. l. fina. C. de exactor. tributo. lib. 12. Gregor. Lopez. in. l. 55. in verb. *el Rey*. titu. 6. parti. 1. dicentes statutum generale prohibens, ne quis possit sua prædia in ecclesiam alienare, afficiensue prædia tributo in odium ecclesię, ac personarum ecclesiasticarum, esse inualidum. Tenet etiam Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. num. 76. & ibi Philipp. Deci. col. 20. nume. 52. de constitu. qui plures huic dicto assentientes adducunt cõtra cautelam Bart. in. l. rescripto. §. fin. numer. 5. ff. de muner. & honor. dicentis posse dari cõsilium, quo mediante, ad collectas ecclesię teneantur, ita, scilicet, vt fiat statutum, quo omnia prædia tributaria reddantur, ad hoc, vt si in ecclesiam tranferã tur, cum onere suo transeant. Vbi refert Bart. Eugubienses, & Perusinos, ecclesias nimium ditari videntes id fecisse. Communis tamen opinio est cõtra Bart. secundùm Iasonem in. l. placet. 2. lectura. nume. 21. C. de sacrosanct. eccle. quæ verior est, & sustentabilior, teste Feli. in dicto. c. ecclesia sanctę Mariæ. nume. 76. Opinionem etiã Bart. dicit falsam Bal. in. l. neminem. nume. 3. C. de sacrosanct. ecclesi. & in. l. fin. C. sine censu, vel reliq. nume. 7. col. 2. & consil. 28. libr. 2. dicens contrariam magis tutam. & in authent. item nulla. numer. 4. colum. 2. C. de episcop. & cleric. Ludouic. Roma. in. l. si publicanus. §. 1. nume. 7. ff. de publican. Ioan. de Imol. in. cap. fin. numer. 16. & ibi Panor. nume. 13. de vita, & honestat. cleri. Pro qua etiam sententia est. l. 2. infrà isto titul. quod enim hac via prohibetur, illac non est concedendum, maxime cùm constet in odium clericorum, ac ecclesiarum fuisse factum. Si tamen sine dolo generaliter factum esset, ne obuentiones, & iura regalia deficiant: statutum, scilicet, sit, vt omnia prędia tributo afficiantur, vt in quencunq; transeant cum tali onere, nullius conditionis, seu status exceptis personis, sitq; statutum Principis, credo esse validum. Quod reor esse de mente Doctorum opinionem Bar. sequentium. pro qua est. l. 7. titu. 9. lib. 5. infrà. quæ ponit certum tributũ, ad quod prædia censentur affecta, ex mente Bald. in. dict. l. neminem. col. fin. ac fortè est de mente. l. 53. titu. 6. parti. 1. vers. *empero*, ibi, *gana el Rey su derecho en ellas*. & hoc casu est intelligenda.

Est tamen dubium, Vtrùm emens tributarium fundum, teneatur ad tributi temporis præteriti, quo nõ fuit in eius dominio fundus, solutionem? Videtur quòd teneatur, cùm illa res sit affecta tributo, ac succedat ipse in ea cum onere soluendi creditori. l. Imperatores. ff. de publican. & vectigal. Distingue tamen vt per Bart. in. l. fina. col. 2. numer. 1. C. de fide instru. & iure hast. fiscal. libr. 10. Adde Ioan. Baptist. Cacialup. in tract. de pensio. q. 1. vbi agit de dubio, Vtrùm pensio iam decursa, nec tamen soluta à prædecessore, sit à successore soluenda.

Quæritur vlteriùs, Quæ pœna sit imponenda fraudantibus pedagium, seu gabellas de reb⁹, quæ vehuntur, de eis gabellario vel collectori non facientes mentionem, seu in relatione rei vectæ, vel venditæ mentientes? Responde, quod incidentis in commissum. l. commissa. ff. de publican. & uectigal. ibi, dominium que rei vectigalis acquiritur. quod latiùs declarat Bertachi. in tract. de gabellis. 9. parte principa. de fraudibus gabellarum. Fraus autem contra defraudantem probatur coniecturis secundùm Alexan. consi. 188. col. 2. lib. 7. Aymon Craue. consi. 115. col. 1. libr. 1. Hippoly. singul. 698. incipi. Aduertant & diligenter. &c. Quod adeò verum est, vt defraudans iustam gabellam, seu tributum fisco debitum, ad restitutionem in foro conscientiæ teneatur. Socin. in tract. fallen. regul. 164. asserit secundùm communem esse illicitum Gabellas defraudare. Segur. in tracta. de bon. lucrat. constan. matrimonio. num. 233. ad quem ibi plures remissiones inserui. Alphon. de Castro in tracta. de potesta. legis pœnal. c. 10. libr. 2. latè probat non exemptos teneri ad solutionẽ Gabellæ, & tributi Regi Castellæ, ac denegantes mortaliter peccare: quia iusta iura Regis sunt. Probat Soto de iustitia & iur. lib. 3. q. 6. artic. 7. ponẽs plura tributorum genera, quæ sunt apud iurisprudentes. Quod est maximè notandum: plures em̃

Universidad de Deusto
Biblioteca



sunt, qui hanc legem, eo quòd non est in principali; quòd debeatur certum quid, sed debitum Regi, pœnalem existiment. Illud tamen, quod adijcitur quòd res, scilicet, incidat in commissum: vel, si nō soluerit, seu fraudauerit Gabellam, teneatur addu plum, est pœna non soluentium, quæ non debetur in foro conscientiæ, vt infrà latiùs explicabimus.

Est tamen elegans quæstio, Vtrùm clericus con iugatus cum vnica, & virgine, teneatur soluere tributum? Respondeq, quòd tenetur quemadmodum populares sui conditionis non exempti: solùmem canonis, & fori priuilegio gaudet. c. vnico. d cleri. coniuga. lib. 6. Casus exceptus denotat ius commune esse in cōtrarium: & inclusione vnius casus, inducitur exclusio aliorum. argu. c. nonne. de præsump. l. cùm prætor. ff. de iudic. l. 13. infrà. eo. titu. l. 23. titul. 4. libro. 4. infrà. facit. l. 10. titu. 2. libro. 7. infrà.

Est & alia singularis quæstio, Vtrùm fratres, & sorores tertiæ regulæ sancti Francisci teneantur ad solutionem tributorum? Dic, quòd sic: hi enim et si religiosi sint, non tamen regulam habere dicuntur, sed modum viuendi, secundùm glo. insignem, & notandam in clem. 1. verb. obedientiam. de religios. domib. & in clem. cùm ex eo. verbo, tertio. d sent. excommu. tenet Petrus de Ancha. in. c. quia nonulli. col. 1. versi. quartò nota. nu. 3. de immunitā. eccle. lib. 6. Quæ, quanquam sint, qui contrariā teneant, vera est, & approbata opinio in. l. 19. titu. 4. libro. 4. infrà.

Quid autem, obsecro, iuris, Si clericus scripturę simulatæ sibi factæ donationis in fraudem fisci, iuriumq, regalium consentiat? Dic, q tenebitur ad restitutionem fisco, vel eius nomine collectori: si quidem talis donationis finalis causa ea est, ne scilicet, Rex in talī re donata aliquod ius habeat: tenetur itaq; quemadmodum & principalis dominus. Solutione tamē alterius alter à restitutione liberatur, vt alibi latiùs probabimus.

Est & aliud priuilegium clericis, q nimirū sint â solutione Gabellę pro rebus à sedi tractis immunes. Ita Panor. in. c. 1. col. fi. de cēsib. & in. c. nō minus. de immunita. eccle. nu. 21. & in. c. ex literis. de vita & honest. cleri. Ioā. Lupus Decanus Segobiēsis in libro de libertate ecclesiastica. 1. parte. q. 2. Firmian⁹ in tracta. de Gabellis. 7. princip. q. nu. 9. Meiùs quàm alibi per Philipp. Deci. in cons. 496 col. 1. Quod tamen intellige, si clericus non sit negotiator, nec per viam id negotiationis faciat: alioquin tenebitur ad solutionē Gabellę. tex. in dict. clem. præsenti. de censib. & in. c. quāquam. eo. titu. lib. 6. Frederi. consi. 11. col. fin. Felin. in. c. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 105. & ibi Deci. nu. 57. d consti. Facit. l. 3. in quaterno Gabellarum. Adde Frotum lib. 1. de vero & perfecto cleri. capi. 54. nume. 7. & Marcus Anto. Natta consilij. 139. nume. 4. lib. 1. Confirmatur ex petitione. 103. in curijs Segobiæ. anni. 1532. Cuius verba hæc sunt, *Que los que dizen son exemptos, lo fuessen solamente de aquello que comprassen. y vendiessen de su patrimonio, o para necessidad de sus personas, y casas. Pero que de todo lo demas agora fuesse suyo, o prestado, pagassen alcauala, y no fuessen exēptos dello.* Grego. Lopez in. l. 50. tit. 6. parti. 1. verb, Pharaō. vbi restringit tex. in. l. 4. ti. 4. lib. 6. infrà. Nā aliàs clericus Gabellā soluere minimè tenet. Cardinalis in clementina præsenti columna. tertia numero nono. de censib. & Gregorius Lopez in. l. 49. titulo sextò. partita prima. verbo. *Las franquezas.* Andre. Tiraquel. in tracta. de vtroque retract. libro primò. §. 32. gloss. 1. numero. 80. folio. 279. Quod iuri diuino, & humano consonum est. argum. capitulo fina. de rebus eccle. & capitulo ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. Cuius si contrarium iudices audeant, insigni afficient ordinem clericalem iniuria. Nec minùs afficit opinio, quæ clericos ratione rerum patrimonialium, & vectigalium, siue pensitationum, quæ super illis debentur, subijcit secularibus iudicibus: quod Eranciæ vsu iam receptissimum est, secundùm Guillel. & Bal. in authen. clericus. C. de episcopis & clericis idem Bal. in capitul. cùm venissent columna tertia. versicul. oppono. de eo qui mitti. in posse. caus. rei seruan. Ioan. Faber in. §. vltimo columna secunda versicul. quid in necessario. nnmero octauò. Institit. de satisdatio. & iu authen. statuimus. C. de episcopis & clericis. Stephan. Aufrer. in clementina prima. fallentia. 4. regulæ. 2. de offi. ordi. vbi nuncupatim ita in senatu Parisiensi fuisse iudicatum, asserit. Guillelm. Benedi. in repe. capitul. Raynutius. verbo, & vxorem nomine. numero. 322. de testam. Atque etiam Rex Franciæ clericos in casibus, in quibus se priuilegiatos dicunt, ciuiliter punit, nunquam tamen criminaliter. Ita tenet Barrholom. Cassane. in consuetu. Burgun. rub. 1. §. 5. nu. 49. fol. 49. Talem tamen consuetudinē corruptelā potiùs ipse dicerem: siquidem priuilegium fori à iure diuino, non positiuo eis est concessum, secundùm glo. in c. si imperator. 96. distin. Loazes de matrimo. reg. Angliæ. folio. 18. nume. 11. c. in sancta. 2. quæstione. 7.

Clerici præterea fuut immunes à contributionibus, quæ fiunt in auxiliū, & fauorem confraternitatum. lex est in hoc casu expressa in quaterno *De la hermandad.* quod ita verū est, vt nulla nec directa, nec indirecta via contribuere teneātur: etiā si fiat generica contributio, in carne, videlicet, vino, alijsq; rebus, quæ ad omnium communem vtilitatem venduntur, quod vexationis gen⁹ vulgò Sisa,



Sisa, nuncupatur. Quod ita sentit. l. 29. ibi, *En tanto que aquello no se echen en perjuyzio de los dichos clerigos y fidalgos &c. y sin que ellos contribuyan en ellos.* in quaterno *De la hermandad.* Quibus tamen non obstantibus, contrarium Salamanticæ, anno 1556. factum est: generaliter enim in omnibus rebus illa vexatio, quam Sisam diximus, imposita est: etiam si sententiam excommunicationis id in præiudicium clericorum constituentes incurrant.

Præterea etiam clerici minimè possunt à laicis astringi, seu compelli, vt bona, quæ licitè sibi acquisierunt, vendant, alienentve quocunq; modo, aut extra potestatem suam reponāt. c. 1. §. volētes. de immunita. eccle. libr. 6. Adde Petrum Antibolum de muneribus. 3. parte. §. 4. nu. 50. text. bonus in. l. 8. infrà ibi, *Ni fagan tomar, ni tomen &c.*

Item etiam statutum laicorum contra ius cōmune clericorum, seu ex quo libertas ecclesiæ diminui potest, inualidum est. c. eos qui. de immuni. ecclesi. lib. 6. Adde Feli. Barba. & Deci. in. c. ecclesia. de consti. Hippoly. singul. 29. Ioan. Sainson in cōstitutio. Turonensibus. fol. 289. col. 2. in fi. articuli prim. l. 7. infra eodem. quæ singularis est, & notanda.

Ex quo infertur statutum, quo vt clerici, vel ecclesiæ res immobiles sibi datas vendere teneātur, præcipitur: siue ne quis res huiusmodi eis vendat prohibetur, esse contra libertatem ecclesiasticam, & per consequens inualidum. Quare etiam cōstat non tenere, nec procedere petitum in curijs Valli soletiani 1523. in. l. 45. & in curijs Segouiæ, anni 1532. l. 61. & in curijs Madritit ijs, anni 1534. in petitione. 9. & 18. & 21.

Clericatus itidē ordo mutat forum iam ante cōtractum gl. 2. in. l. nemo potest. ff. de lega. 1. Quam theoricam intelligit Bal. in. c. 1. nu. 3. de milite vassallo, qui arma bellica deponit in foro contractus, vel vltimæ voluntatis. Sed in foro delicti remittit se ad notata per Ioan. Andre. in nouella. in. c. 1. de obliga. ad ratiocī. Et ibi Anchar. Panor. & alij. Nicol. Boeri. in consuetu. Bituricensi. titul. *De ostumes concernans les iuges, & leur iurisdictions.* §. 1. col. 4. fol. 14. vbi plures in hac quæstione concordantias ponit. Iaf. etiam in. l. cùm quædam puella. nu. 10. ff. de iurisdict. om. iudi. asserit, quòd si laicus delictum commiserit, facta autem contra eum inquisitione, vel secuta condemnatione efficiatur clericus, vel religiosus, nihilominus iurisdictio secularis, non obstante tali mutatione, non impeditur, quin minus facta degradatione à iudice ecclesiastico tradatur seculari: quam indubitabilem asserit conclusionem.

Vxor etiam clerici gaudet priuilegio ipsum, sequitur q; forum, & conditionem mariti. glos. in. c. eos. 32. dist. expressior glo. in. c. clericum. 11. quæstione. 1. Domini. in. c. 1. §. fina. col. penul. versicu. quid de vxore. de cleric. coniug. lib. 6. Panor. col. 2. & ibi Imol. in. c. 2. de foro comp. Petrus Belluga in speculo principum. titu. de propositione grauaminum. §. videdum. col. 2. & Guillelm. Duran. in Specul. titul. de clericis coniuga. §. 1. col. 2. & And. Tiraquel. in tracta. de lege mariti. fol. 132. num. 52. lege. 15. Quod etiam procedit non solùm quod ad forum, quod est mariti de iure communi, sed & speciali priuilegio, ratione artis, vel alterius priuilegij personalis competit. tex. in. l. eos. C. de fabri cens. lib. 11. singul. secundùm Socin. consi. 12. colū. antepen. versi. & non solùm clericus. lib. 1. & idem in rubr. de foro competen. col. 5. versi. 66. in fine. similis in. l. ne ad diuersa. C. de silent. libr. 12. Quod latiori sermone comprobatur ex Tiraquel. in loco præallegato. Quod priuilegium etiam marito mortuo, durante viduitate, locum habere non dubites: quia censetur, esse in eodem matrimonio. Quod etiam videtur esse ex mente leg. mulieres. C. de dignitat. libro. 12. Mulieres, inquit, honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, & forum ex eorum persona statuimus, & domicilia mutamus. Si autem minoris ordinis virum postea sortitæ fuerint, priori dignitate priuatæ, posterioris mariti sequētur cōditionem. bonus text. in authē. de nuptijs. §. non tamē permittimus mulieribus venientibus ad secundas nuptias, adhuc velle priorum maritorum dignitatibus, aut priuilegijs vti, sed ad quale post priorem venerunt matrimonium, illius amplectantur fortunam: quæ enim priorum oblita est, non rursus ex prioribus adiuuabitur. collatione. 4. Ergo ea stante, & perseuerante in priori matrimonio præsumpto, durante viduitate, gaudere debet exemptionibus, & priuilegijs marito prædefuncto concessis. Probatur ex. l. filij. §. vidua mulier amissi mariti domicilium retinet exemplo clarissimæ personæ per maritū factæ: sed vtrunq;, alijs interuenientibus nuptijs, permutatur. ff. ad municipalem. vbi glo. verb, domicilium. citat concordantias. Barto. etiam ibi assignat rationem, dicēs, Quia videtur stare in priori matrimonio, donec est vidua: suppletur, & honestè viuit, secundùm Additiona. Bartol. ibi per tex. in. §. vltim. in authen. de restitu. & ea, quæ parit in vndecimo mense. collatione. 4. Confirmatur ex, l. mulieres. C. de incolis. libr. 10. Per quam dixit glo. fina. in. c. ex parte. de for. comp. viduam Regis quōdā vxorem deberi etiam eo mortuo Reginā nuncupari. Inde etiam. l. 7. tit. 2. part. 4. banc quæstionem explicat his verbis, *E aun despues que fuere muerto su marido, la llamaran assi, si no casare con otro de menor guisa: ca las honras, e dignidades delos maridos han las mugeres por razon dellos.* Ad idē est. l. 13. incipien. *Ordenamos, que la exemption otorgada per*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*priuilegio à los nueſtros officiales de la nueſtra caſa, ſe guarde a los tales en ſu vida. Y deſpues de ſu vida ſe guarde a las mugeres dellos, no caſando, y manteniendo caſtidad &c.* titul. 4. libr. 4. infrà. Ex quibus facilè inſertur ad vxores doctorũ, quæ etiã poſt mortẽ mariti priuilegijs tam fori, quàm alijs, marito Doctori prædefuncto conceſsis, gaudere debent.

Ex quibus infertur, vxorem Doctoris, vel clerici, quæ homicidium commiſit viuo marito, vel etiam mortuo, debere conueniri coram ſcholaſtico, vel Epiſcopo, non autem coram iudice ſeculari. Quod in facti contingentia fuiſſe Salamanticæ practicatũ audiui. Probat & vlteriùs. Quia vxor clerici coniugati incedentis in habitu, & tonſura clericali, gaudet priuilegio fori in criminalib⁹. Panor. in c. 2. de foro compe. Socin. in c. 1. colum. 10. eod. titu. Montal. in l. 32. verbo, *La tercera.* titul. 2. partita. 3. & eſt communis ſecundùm Gregor. Lopez. verbo, *De caſamiento.* in d. ſ. l. 32. qui credit in praxi contrariam opinionẽ ſeruari, quæ eſt Ioannis Andreæ in c. vnico. de cleric. coniuga. libro. 6. Tu tamen à communi non receſſeris. Subinfertur etiam, quòd ſicut vir ratione duodecim filiorum eſt, & erat immunis in vita à contributionibus in iure expreſsis: ita erit & vxor eius, eo defuncto, ratione prædicta. Tum etiã, quia ipſa eſt vnũ corpus cum viro. Geneſ. 2. ca. debitum. de bigam. Tum etiam, quia mulier eſt cauſa perficiens, & in eſſe deducens huiuſmodi priuilegium ratiõe duodecim filiorum: reſpectu igitur huius principalis eſt. Sine terra enim ſemen non haberet ſubiectũ, nec aliquid operaretur, vt manifeſtum eſt. Ergo & ſi patiens ſit, non agens: cauſa tamen potior, vel ſaltem æqualis eſt cenſenda ad huiuſmodi priuilegium conſeruandum: cùm diuerſa ratio rectè cogitanti non detur, nec eſt aſſignanda diuerſa deciſio l. his ſolis. C. de reuocand. donatio. De quo & ipſe conſultus ita reſpondi.

Eſt & aliud clericis priuilegiũ, videlicet, canonis. ſi qs ſuadente. 17. q. 4. quo etiã ſi ſint cõiugati, gaudent. tex. in. c. vnico, de cleri. cõiug. lib. 6. Ipſo etiam iure eſſe excõmunicatum percutiẽtem vxorem clerici, ſicut & percutientem ipſum clericũ.

Contrarium tamen in hoc eſt tenendum, vt docet Imol. in. c. 2. de foro competen. Domini. poſt Joan. Andre. in allega. c. vnico. de cleric. coniuga. libro. 6. Quia ſecũdùm Domini. ibi, huius dicti rationem aſſignantis, priuilegium iſtud totiordini eccleſiaſtico conceſſum eſt: proinde meritò, cùm materia ſit pœnalis, ad perſonam non eccleſiaſticam non extendetur: licèt, vt in ſuperioribus clarè probatum eſt, clerici vxor forum mariti ſequatur, ſitq; âiudice ſeculari exempta. Non enim eſt eadem ratio in materia exorbitanti & pœnali offendere vxorem poſiti in dignitate, & offendere in dignitate poſitũ. Non igitur prædicta extenſio eſt admittenda. c. quod Dei. de ſtatu monachorũ. Quam etiam ſententiam ſequuntur Iacob. â Canibus in tract. de iniur. & damno dato. 2. parte. q. 13. & Andre. Tiraquel. inter noſtræ tempeſtatis ſcriptores optimus Iuriſperitus in tracta. de leg. connubiali. l, 15. nu. 59.

Presbyteri præterea egregię perſonæ dicuntur, vt docet Panor. in. c. ſi qui teſtium. nume. 5. col. 2. de teſtib. & ibi Felin. nume. 6. Iaſ. in. l. ad perſonas egregias. ff. de iureiuran. Vnde infero debere iudicem iuramentum eorum in ſuis domibus recipere. per dictam. l. ad perſonas. & ibi glo. & l. 35. titu. 16. partita. 3.

Clericus tamen donare concubinæ minimè poteſt, ſicut miles ſecularis: ſi verò donet, irrita erit talis donatio. Quod probatur: quia clericus miles eſt. c. degradatio. ibi, actualis verò, ſiue ſolẽnis cæleſtis militiæ militis, id eſt, clerici degradatio. de pœn. lib. 6. Donatio tamen huiuſmodi à milite facta, eſt irrita. l. 2. ibi, Milites tamen meos à focarijs ſuis hac ratione fictis adulationibus ſpoliari nolo. C. de dona. inter vir. & vxor. Tradit Andr. Alcia. in tract. de præſumptio. regu. 3. præſumpt. 26. nu. 3. verſi. declara primò. Ergo & donatio facta à clerico erit irrita tenet Deci. conſil. 132. libro. 1. citans alios. & Chouer. in concordata. pagi. 242. verſi. vltimò videndum eſt. Capel. Tholoſa. deciſio. 141. Quod intantũ procedit, vt neque iuramento poſſit talis donatio à clerico, vel milite coucubinæ facta, firmari. ſecundum Ripam in. l. miles. nu. 12. ff. de re iudi. Quanquam Ludo. Roma. conſil. 43. voluerit donationem factam à milite iuramẽto poſſe firmari. Et Ioan. Lup. in repe. rub. de dona. inter vir. & vxo. §. 37. col. 3. nu. 10. & Bermondus Chouer in concordata. pagi. 243. verſi. prædicta cõcluſio. Pro noſtra tamẽ ſententia contra Roma. & ſequaces, eſt tex. in. c. ſi diligenti. de for. cõp. & in. c. cõtingit. & ibi glo. fin. de ſent. excò. quibus probatur clericum nõ poſſe priuilegium ſibi fauore publico totius collegij principaliter cõceſſum renũtiare. Eſt etiam adidẽ Præpoſi. Alex. in. c. 1. §. ſimiliter. col. ſi. qb. mod. feud. amitta. Panor. in. c. tua. de ſent. excom. nu. 1. dicens, q̃ percutiens clericũ, ipſo clerico cõſentiẽte, incidit in excõmunicationis ſentẽtiã: quia licèt reſpectu clerici percuſsi violẽta nõ ſit talis percuſsio, reſpectu tñ totiꝰ ordinis clericalis violẽta eſt: nõ etenim collegiũ clericale, in cuius fauorẽ principaliter illud priuilegiũ enianauit, cõſentire videtur. Vnde cõſtat nõ potuiſſe clericum percuſſum illud priuilegium renũtiare. tex. in. c. cùm deſideres. §. fin. de ſentent. excõmu. & in. c. ſi diligenti. de for. comp. Sed q̃ milites cõcubinis donare non poſsint, fauore totius collegij militaris inductum eſt. ergo etiam cum iuramẽto tale priuilegium renuntiare nõ poterit. Quod mẽti tene: nam, vt infrà (fauente Deo) dictabimus, ſacerdotes militum appellatione comprehẽdũtur. Adidem eſt tex. in. c. ex multis. 54. diſt. c. officia. & ibi Præpoſi. Alexandrin. 59. diſt. Guillelm. Benedict. in repe. c. Raynutius. verbo, teſtamentum. 1. nume. 49. de teſtamen.

Clericus etiam coniugatus gaudet priuilegio fori: cõueniendus, ſcilicet, eſt pro debito pecuniario coram iudice eccleſiaſtico, dum tamen in habitu, & tonſura clericali incedat. Ita Lapus allegatione 118. incipienti. Quæritur non leuiter. vbi declarat tex. in. c. vnico. de cleric. coniug. lib. 6. At quanuis nõ incedat in habitu. & tõſura clericali, & ſe enormitatibus immiſceat, nihilominus priuilegiũ fori non amittit, licèt tamen amittat priuilegium. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Ita Ioan. Andr. & Cardi. in c. perpendimus. de ſenten. excommu. quos refert Hippoly. ſingul. 383. incipi. Clericus incedẽs. Quo autem habitu, & tõſura debeat vti clericus primæ tonſuræ ad hoc vt gaudeat priuilegio clericali, vide duas bullas Regi Ferdinãdo huiꝰ nominis quinto, qui Catholicus dictus eſt, ab Alexãdro cõceſſas, in lib. Pragmati. l. 21. & l. 22. & l. 16. infrà iſto titu. Et aliam à Leone decimo cõceſſam Regi Franciæ, quam ad literam refert Nicol. Boer. deciſi. 69. in fin. declarat Alexan. conſi. 8. nu. 4. lib. 1.

Ad ſuum præterea forum clerici trahunt laicos. Quod tamen verum eſt, ſi conſuetudo id habeat. tex. in. c. ex parte. de alien. iud. muta. cauſa fact. Et ibi Anto. de Butri. id notat, Quod eſt ſingulare ad limitationem regulæ, ſcilicet, q̃ actor debet ſequi forum rei. c. cùm ſit generale. de for. compe. Confirmatur. Nam clericus læſus petit reſtitutionẽ coram ſuo iudice, & non coram ſeculari. tex. in. c. cõſtitutus. ibi, in præſentia noſtra. de in integ. reſtit. ſingul. ſecundùm Roma. in ſingu. 112. verſi. ſed nũquid idem. Felin. in. c. cùm ſit generale. col. 2. de foro compe. Stepha. Aufrer. in tracta. de poteſta. eccle. ſuper laicis. nu. 48. verſi. cẽteſimo quintò. Qd̃ etiam priuilegium ſcholaribus Salamantinis tam in agendo, quam in defendendo conceſſum eſt.

Contra clericos in criminibus exceptis laici ſolùm bonæ vitæ, ac famæ, & legitimæ perſonæ in teſtes admittũtur: non enim admittuntur laici criminoſi, infames. vel irregulares, ſecũdùm Specul. in rub. de accuſa. criminũ à quib. fieri permit. nu. 5. Nec obſtat. c. in primis. 2. q. 1. nec. c. cum P. de accuſa. nec. c. tãta. de ſimon. hæc enim iura intelligi debent in deteſtationem criminis, quando clerici ſunt etiam infamati: tali enim caſu poſſunt à laicis infamibus accuſari.

Filius clericus, etiam data neceſsitate famis, à patre vendi non poteſt. Hippolyt. ſingul. 101. incipi. Pater poteſt. Bartholom. Caſſane. in cõſuetu. Burgund. fol. 48. nu. 30. In filio tamen non clerico regulare eſt, q̃ poſsit. l. 2. C. de patrib. qui filios ſuos diſtraxerunt.

Clericus patronus habet ſemeſtre tẽpus ad præſentandum clericum ad capellaniam, ſeu beneficium. Laicus tamen quadrimeſtre duntaxat. c. vnico. §. verùm. de iure patro. lib. 6. Et huiuſmodi tẽpus patrono conceſſum à tempore vocationis, vel notitiæ currit. Vide Cæſar. Lamber. de iur. patro. 8. arti. 1. q. princip. 2. partis. 2. libri. chart. 263. col. 1. cum ſex ſequentibus.

Quod priuilegium ampliatur, vt non ſolùm patroni clerici habeant ſemeſtre ad præſentandum, ſed eorum cauſa & compatroni laici. glo. fi. in alle ga. c. vnico. §. verùm. quam dixit ſingu. Philippus Franc. ibi, nu. 8. Iaſ. in. l. nec pactio. nu. 1. de tranſactio. C. cuius ibi dicta hoc noſtrũ confirmant. Felin. in. c. 1. nu. 6. de præſcriptio. Cæſar Lambert. in dict. tract. de inre patrona. art. 2. 1. quæſtionis principi. 2. libri. fol. 262. col. 3. Quæ communis eſt opinio, teſte eodẽ Cæſare in. 6. arti. 1. quæſtionis principa. 1. partis. 1. libri. num. 1. Bonus caſus in cap. per tuas. ibi, quod autem à duobus laicis, & vno clerico &c. de arbitr. Faciũt etiam quæ latè ſcribit Hippoly. iu repe. rnbr. ff. de fideiuſſ. nu. 130. & Igneus in. l. 1. §. ſi quis in villa, num. 27. charta. 135. colũ. 4. ff. ad Syllania. Nicol. Boer. deciſi. 300. & 330. nu. 2. Ludouic. Gomez Hiſpanus in. c. 1. num. 47. de reſcript. libro. 6, Hippolyt. ſingul. 180. incipi. Plura & plura.

Clericus à iudice ſeculari citatus, non tenetur coram eo ad allegandum priuilegium fori, dummodo ipſum clericum eſſe appareat, comparere. glo. in. c. conuenior. verbo, congrueret. 23. q. 8. ſimilis in. c. nullus epiſcopus. 11. q. 1. Idem notat Felin. in c. veniens. num. 5. de accuſatio.

Præterea proceſſus à iudice ſeculari contra clericum geſtus, etiam illum eſſe clericum ignorãte, eſt ipſo iure nullus, ſecundùm Speculatorẽ. titul. de citatione. §. 1. nume. 20. argum. text. in. c. ſi diligenti. de foro competen. & c. atſi clerici. de iudic. remota enim iuriſdictione iudicis, nullius ſunt valoris ab eo geſta. c. ex literis. §. fina. de officio delega. c. vt animarum. de conſtitu. libro. 6. l. fina. ff. de iuriſdictio. omnium iudi. clem. 1. de reſcrip. ibi, omnisq; proceſſus contra præmiſſa habitus ſit irritus ipſo iure. Quanuis Calderi. conſi. 12. titu. de foro competen. velit, quòd imò valet proceſſus agitatus contra clericum. quem refert, & ſequitur Deci. conſil. 125. col. fin. nu. 7. & malè.

Clericus tñ debet allegare declinatoriam iuris ſecũdùm Archidia. in. c. clericum. verſi. nõ reſpondeat. 11. q. 1. per text. in. l. ſi quis ex aliena. ff. de rei vendic. & in. l. ex quacunq;. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. Si tamen nõ faciat, nec poterit tacitè, vel expreſsè

Universidad de Deusto
Biblioteca



presse iurisdictionem suam seculari iudici in eum consentiendo tradere. c. si diligẽti. de foro comp. quia iudex secularis, nec est, nec esse potest principaliter, nec incidẽter iudex in causis spiritualibus, etiam in condemnatione expensarum. vt singulariter ostẽdit Philip. Deci. cons. 241. lib. 2. Quod est optimum pro limitatione clem. 1. de rescript. dicẽtis, qui se non iudicem pronuntiat, debere nihilominus in expensis condemnare. quã citat Panor. in c. dilectꝰ. 3. de præbẽ. Deci. in c. vt debitus. col. 2. nu. 6. de appella. qui etiam text. confirmat hoc. Quod tamen intellige, quando potuit esse iudex, nec erat omnino, sicut est laicus, in capax.

Vlteriùs etiam status clericorum secularium alterari non potest, secũdùm Panor. & Deci. nu. 10. in c. ad nostram. de appellatio. Quod intellige, & declara vt per Deci. loco præallegato.

Aliud etiam his accedit, scilicet, clericũ tutelam aliquam recipere non cogi. Poterit tamen volens legitimam accipere. Arelludia. & Cardin. Alexandrin. in ca. peruenit. 86. distinct. dixi in forma testandi in glos. 20.

Nomine præterea populi in materia odiosa clerus non venit. Cardin. Alexandri. in c. de his. col. 1. distin. 12. c. nulli. & ibi Alexandrin. 42. distin. c. si sententia. & ibi glo. verb. è conuerso. de sententia excommu. lib. 6.

Clerici præterea non tenentur, sicut seculares, qui ad hoc compelluntur, hospites recipere. gl. in cap. sicut nobis. verb. hospitalitatem. de supplen. negligen. prælato. tex. cum glo. verb. hospites. in l. 1. C. de episc. & cleri. Panor. in. c. 1. de immuni. eccles. Imol. & Deci. nu. 5. in. c. de monachis. de præb. De iure regni vide. l. 27. in fra isto titul.

Cum sacris etiam vestibus clericus est sepeliendus. tex. cum glo. in. c. 2. de authori. & vsu pal. l. 13. tit. 13. parti. 1. gloss. in. c. nemo per ignorantiam. de consec. distinct. 1. & ibi Archidia. nu. 2. & Cardin. Turrecrema. num. 1.

Omni etiã laico quilibet sacerdos est nobilior. Collectar. & ibi addi. in. c. episcopus. nu. 3. de pbẽ.

Clericorum nomine etiam dignitas cardinalis comprehenditur. c. in nomine. 23. distin. Alexandri. in. c. Anastasius. col. 2. num. 1. dist. 19.

Sacerdotes præterea etiam principum iudicant patres, & magistri. c. quis dubitet. 96. dist. Ex quo notabilis effectus deducitur, q, scilicet, sacerdotes non sunt à laicis in ius, nisi priùs venia petita, vocandi. Ita notat Imol. in. §. pœnales. nu. 73. Instit. de actio. vbi id cogitandum relinquit. Quod si verum est, singulare est. Nullibi enim id reperi.

Item etiam persona clerici potẽtior persona laici dicitur, secundùm Collectar. in. c, 1. de aliena. iudi. mutan. causa fact. Pro huius tamen veritate est omnino addendus Ludoui. Gomez in regul. cancellariæ apostolicæ. de subrogãdis co'citigãtibus. q. 1. col. 2. vbi hoc rectè explicat.

Vlteriùs etiam clerici Dij dicuntur. capi. synodum. 17. dist. & Psalm. 81. quibus detrahendũ non est. iuxta illud Exo. 22. Dijs non detrahes: & principi populi tui non maledices.

Laicus præterea contra clericum in causa criminali in testem minimè recipitur. c. laicos. 2. q. 7. caueniens. 1. de testib. Hippoly. in practica criminali. §. diligenter. nu. 131. vbi plures ad hoc citat concordãtias, hoc dictum solùm ad plenam aduersus clericum probationem intelligẽs: dictũ enim laici facit in dicium cõtra clericum. Panor. in. c. de cęt ero. nu. 5. de testib. & ibi Felin. Et Hippoly. sing. 98. Videtur tamen nullum indicium laici dictum contra clericum facere: quia gropter eius reuerentiam in testem admittendus non est: quo casu etiã si reciperetur, & examinaretur, non tamen indicium faceret. text. in. l. 1. §. diuus. 1. & ibi Barto. ff. de quæstio. Bart. in. l. maritus. ff. eod. tit. Sed vna ex rõnibus, quare laicus phibet testificari aduersus clericum, est propter reuerentiam, quia nõ est paris gradus, vel conuersationis. tex. in. c. laicos. 2. q. 7. Ergo aduersus Panor. dictum. Illi tamen tex. respõderi potest, q, scilicet, loquatur solùm in episcopis, vt ex eius lectione apparet, & in eo procedat assumptum. secus in simplici clerico. Vel secũdò dic, quia veritas aliter actu. & habitu haberi nõ poterat, ne pereat veritas, quæ omnia vincit. Ideo recipiẽda est probatio minus idonea. vt quotidie seruatur, secundùm Imol. in. l. cunctos populos. 2. lectur. nu. 50. ff. de iusti. & iur. quem omnino vide.

Irregulares, bigami, vel corpore vitiati, testimonium in causis criminalibus contra clericos nõ dicunt, bene tamen in ciuilibus. glo. insignis in summa. 4. q. 3. verb. tertia quæstio. singularis secũdùm Hippoly. singul. 98. secundùm quem huius etiam sententiæ fuit Abb. antiquus in. c. 1. de exceptio. quem refert, & sequitur Bal. in margarita. in verb. mutilati. Hoc tamen intelligo eo casu habere locum, quando per alios posset veritas apparere. Si enim per alios probari non posset, admitterentur isti. secundùm Ioan. Andr. ad Specu. tit. de teste. §. 1. Imol. in. l. cunctos populos. nu. 49. in. 2. lectu. C. de sacrosanct. eccl. Quod tamen ipse intelligo secundùm Anto. de Butr. in. c. tertio loco. de probatio. quãdo nec actu, nec habitu alij testes interfuerũt: aliàs enim si actus erat talis, in quo cõmuniter possent alij testes interesse, testes aliàs inhabiles nõ admittuntur, etiam si veritas per alios probari non posset. Quod est de mente Panor. in. c. 1. colum. 2. num. 4. de testib. cogend. & in. c. super eo. num. 2. eodem titu. Imol. in. l. cunctos populos. nume. 72. & in 2. lectur. nume. 50. C. de sacrosanct. eccles. quæ declaratio notanda est secundùm Hippolyt. sing. 73. incipi. Plures qui, Panormitã. in capit. dilectorum. colum. 3. de testib. cogend.



Testimonium itidem clerici præferẽdum est testimonio laici. gl. in. c. monachus. verb. quorum. 77. dist. Quam notandam asseruit Philipp. Deci. consi. 109. colum. 4. num. 5. libr. 1. vbi propter qualitatem clericatus quatuor clerici sex laicis æquipollent. Quod intellige, quando deponunt in causa ciuili, vel criminali pro reo. Si tamen in causa ciuili non deponeret clericus verisimilia, vel etiam in criminalibus, testes negantes, vel affirmãtes verisimiliora etiam dignitate excedentibus præferendos fore censeo. ex sententia glos. in. c. clerici. 81. distin. singu. secundùm Curti. iuniorem in consil. 151. num. 7. & num. 10. Deci. consil. 448. nu. 36. Hippoly. Marsi. consi. 132. col. 2. versi. & facit glo. singular. nume. 15. & in singula. 541. qui plures authores eiusdem sententiæ referunt, & sequuntur. Quam etiam modo prædicto intelligens, cæteris melius citauit Andr. Tiraquel. vir à me semper in numeris titulis laudatus, in repetit. l. si vnquam. in pœn. num. 46. C. de reuocan. donatio.

Clericus præterea laicũ, qui iniuriam corporalem intulit clerico, potest coram iudice ecclesiastico conuenire: & quod plus est, laici possunt ad testificandum per censuras ecclesiasticas compelli. tex. secundùm Panor. ibi, in. c. peruenit. de testib. cogen. quod est contra text. in capi. cùm sit generale. de foro competen. cum similibus.

Clericari volens, & adhuc laicus existens, non deberet in causis criminalibus pœnam mortis, vel tũncationis membri inducentibus, saltem fauore ordinis sacerdotalis, ne propter irregularitatem impediatur, testimonium dicere cogi, secundũ Panor. in. c. dilectorum. colũ. 3. de testib. cogen. quod bonestum esset: ergo & sequendum. argu. text. in l. semper in contractibus. & ibi glo. ff. de regul. iuris. vbi non decet bonũ virum quenquã decipere, seu grauare. Iudex tamen est bonus vir. l. sed & si vnius. §. Prætor ait, arbitratu iudicis vtiq; quasi viri boni vtilem modũ verborum imponat. ff. de iur. Honestum autem, & æquum est, ne iste laicus suo bono proposito defraudetur: sequenda igitur est ista sententia. argu. text. in. c. magnæ. de voto. Facit præterea. Nam clericus non potest cogi, nec tenetur dicere testimonium de re sibi nota in causa sanguinis. Diuus Thom. 2. 2. q. 70. artic. 1. ad tertium. Præterea etiam ob iudicis mandatum non tenetur maritus reddere debitum vxori adulteræ, ne efficiatur bigamus. vt probat Adrianus Papa in quodlibet. 6. fol. 110. Hinc etiam Petrus Iacob. in practica suã rubr. de duello, seu pugna. verfic. item facit, quod res sequitur. asserit, quod si communitas vocaret ad exercitum clericos coniugatos, tonsuram, & vestem clericalem deferẽtes, non tenentur ire, nec mittere. Si enim ibi homicidium committerent, ipsi se inhabiles, ac irregulares efficeret ad sacros ordines, vxore mortua, promouendos. Quod est menti tenendum ad declarationem tituli, in quo de testibus cogendis est quæstio. De cuius materia resolutiue infrà dicemus.

Priuilegiatus etiã & in hoc est clericus, scilicet, quòd percutiens eum est ipso iure excommunicatus, & à summo Pontifice solùm absoluendus. per c. si quis suadente. 17. q. 4. de quo canone fit mentio in. c. non est dubium. cũ multis sequẽtibus, & præcedẽtibus in tit. de sent. excom. & in. c. 2. eligioso. & in. c. eos qui. & in. c. cùm quis. de sentent. excom. lib. 6. & in. l. 4. titu. 9. parti. 3. Quod etiã procedit in mandante. c. mulieres. §. illi verò. de sent. excommu. cum sua gl. verbo, authoritate. Facit rãtio tex. in. c. vt famæ. ibi. Sed illi, quorum authoritate id faciunt, id facere videantur. eodem titul. & in. c. si apostolicæ. de præbend. libr. 6. Procedit & vlteriùs in percussione facta nomine alicuius, si ille, cuius nomine fuit illata, ipsam ratam habuit. c. cùm quis. de senten. excommu. libr. 6. Adde Præposi. in. c. ad id. quod. nume. 5. de sponsi.

Procedit etiam in percutiẽte clericum excommunicatum. glo. in. c. si quis de inceps. 17. q. 4. vers. in. c. 1. de sent. excom. & ibi Felin. Panor. in. c. contingit. eod. titu. Angel. in summa. verb. excõmunicatio. 5. §. 24. vbi istam communem asserit. Ampliatur & quartò, etiam si clericus degradatus verbaliter tantùm sit percussus, secundùm primam opinionem glo. in. c. accedens. 50. distin. & in capi. dictum. 81. distinct. Panor. post glo. ibi, in capi. ad abolendam. de hæreti. Hippolyt. in. l. eiusdem. nume. 7. ff. de sicar. & in. l. & si redhibitus. num. 22. ff. de quæstio. & in singul. 107. & 179. Quod in signum, & memoriam dignitatis pristinæ procedit ad instar decurionis. l. vlti. ff. de decurionib. & in l. nihil. C. de quæstio. Ego tamen dicerem, id esse ratione characteris, qui indelebilis est, etiam per realem degradationem: degradatus enim quamquam conficere minimè debeat, id tamen si fecerit, verè corpus Christi conficit. glo. in. c. 2. de cleric. excommu. ministr. Nam & si depositus in consecrando peccat, effectus tamen consecrationis, si conficeret, sequitur. Ita sanctus Thom. 3. parte. q. 82. artic. 7. & 8. & quodlibe. 12. q. 16. & in. 4. sententiã. distinct. 13. articu. 1. ad 3. quæstiun cul. & ibi Paludan. & communis. quæ verissima est opinio. secundùm Angel. Clauas. verb. degradatio. §. 3. versic. vtrum degradatus. & Sylues. eod. verb. degradatio. q. 7. Sanct. Tho. in. 4. senten. dist. 25. artic. 2. Ioan. de Basolis in. 4. sent. distin. 18. arti. 2. qui ponit ibi rationẽ differentiæ, quare sic non possit absoluere suspensus, & no habens plebem, & iurisdictionẽ, sicut potest consecrare, etiã stante sibi prohibitione,

Universidad de Deusto
Biblioteca



hibitione, vt pote suspensionis, depositiõis, degradationis, vel huiusmodi. Reddit etiam huius ratiõnẽ Guillel. Altisiodoren. in libros senten. libr. 4. tract. 6. c. 8. q. 3. Quam etiam sentẽtiam tenet Hereus quolib. 8. q. 21. fol. 156. col. 3. Quæ communis est & Canonistarum, & Theologorum, secũdùm Panor. in c. 1. in fi. qui cleri. vel vouen. & in dicto ca. 2. de cleric. excom. minist. Cardin. in capi. accedens. nu. 7. dist, 50. Ferdin. Loazes in tracta. matrimonij Regis Angliæ. 7. parte. nu. 36. Doct. Nauar. in c. 1. §. laboret. col. 1. de pœnit. dist. 6. Quãuis cõtraria sententiam senserint multi, & malè: imò q̃ non conficiat. De facto enim id ratione characteris facere põt, qui à Deo est in anima impressus, & est indelebilis, nec per hominem auferri potest. Verè igitur, licèt actualiter sit degradatus, conficit. contra glo. in c. accedens. distin. 50. & in c. degradatio. de pœn. lib. 6. Et hõi Philip. Franc. quem vide. Ex quibus facilè constat etiam degradato actualiter competere priuilegium canonis. si quis suadẽte, 17. q. 4. Quod alibi latiùs explicabimus, quidque circa hæc tenendum sit, ostendemus. Interim autem vobis cogitanda relinquimus.

Præterea etiam excommunicationem incurrit percutiens clericum defunctum. Felin. in c. à nobis. num. 4. de senten. excommu. Hippolyt. consil. 13. num. 5. & in repeti. l. vnicæ. nu. 53. C. de raptu virgi. & in. l. fin. num. 53. ff. de quæstio.

Habet etiam pœna dicti canonis locum in percutiente consanguineum ipsius clerici, eius dummodò sit contemplatione, & odio. secundum Ludo. Roma. in repe. rubr. col. 24. ff. de arbitr. Felin. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 99. de cõsti. Hippoly. singul. 204. incip. Percutiens clericum.

Procedit præterea, etiã si percussus percutienti conuicia obiecerit. c. contingit. de senten. excom.

Vlteriùs etiã locũ id habebit, etiã si percutiens sit clericus. c. cùm pro causa. &. c. porrò. &. c. monachi. de sent. excõ. Competit igitur tale priuilegiũ etiã contra munirũ eodem priuilegio, pasiuè, nõ actiuè: vt iã latiùs dixi in c. 1. de resti. in integr. pbans cõpetere ecclesię beneficiũ restitutionis in integrũ aduersus aliã ecclesiam, vbi etiam rationẽ assignaui, quare cõpetat, cùm priuilegiatus contra pariter priuilegiatum nõ gaudeat priuilegio. Alia etiam pro p̃dicti canonis declaratiõe ponit Deci. in. c. peruenit. de appell. quæ sunt satis necessaria. Rota in antiq. decisio. 503. Hippolyt. singula. 188.

Præterea etiã priuilegiũ dicti canonis habet locũ in clericis initiatis ordinibus minoribus. c. 1. & ibi notata. de sentẽ. excom. etiam si sit cõiugatus, dum tamen cum vnica, & virgine. c. vnico. de cleri. coniuga. lib. 6. tenentur tamen pro bonis temporalibus contribuere. l. 13. infrà eodem.

Seculares clerici religiosos omnes, ac regulares præcedũt. Ioan. Montanus in tract. de autho. magni cõsilij. nu. 84. Ripa lib. 2. respõsorum. c. 2. nu. 19. tex. in. c. alia. & in. c. legi. 16. q. 1. Cassan. in catalog. gloriæ mundi. 4. parte. cõsidera. 51. Hinc etiã dixit gl. in. c. qualiter. 2. de accusa. digniorem esse cœtũ clericorũ, cœtu monachorũ. simil. gl. in verbo, exhiberi. in. c. religioso. de sent. excom. lib. 6. Domi. & Præposi. in. c. episcopos. 17. dist. Probat etiã per argumentũ ab ordine literæ, quod in iure receptũ est, secũdũ Bal. in. l. cõuenticulã. C. de epi sco. & cleri. Nicol. Euerar. in locis legalibns. cap. 1. per titul. totũ. Ne clerici vel monachi. Cùm igitur priori loco ponantur, digniores existimantur. Id præterea ratione institutoris, q̃ fuit Christus, probatur: ac etiam antiquitatis. Præferẽdi igitur sunt.

Presbyteri clerici regulariter in iuramentis præstan dis sacra tangere nõ tenẽtur: sufficit enim per suam consecrationẽ proprium pectus tangendo iurare. Guid. Pap. decisio. 615. Couarru. in c. quanuis pact. 1. par. §. 1. nu. 3. ad fin. de pact. lib. 6. Quod ita practicatur. Vide Polyd. Virgiliũ libr. 4. c. 14. referentẽ, non licere antiquitus sacerdoti iurare.

Præferẽdus etiam est omnibus religiosis, etiam monachis cuiuscunq; ordinis, tam in processionibus, quàm in sessionibus: dignior eñ altiori loco est ponendus. glo. in. §. aliam. Insti. de bon. possess.

Omnibus præterea sunt honorabiliores monachis. Ita Ioan. Montanus in tracta. de authori. magni consilij. nu. 14. q̃nem vide. Quod etiam ex his quæ paulò antè diximus in versicu. seculares clerici. constat.

Non debet clericus, nisi infamatio criminis vnà cũ indicijs p̃cedat, torqueri. Ita Abb. antiq. in ca. 1. de deposit. & ibi Cardin. & Barba. col. 4. Feli. in c. veniẽs. col. 2. nu. 4. de testib. Hippoly. singu. 55. Ioan. Bernard. in praxi canoni. crimina. c. 117. col. 1. qui post alios istam cõmunem asserit sententiã. Et nos latè diximus in practi. iudiciorum. 2. parte. paulò post tenorẽ sentẽtiæ definitiuæ. versic. sunt autem plures personæ, quæ de iure.

Nomine etiam clericorũ in fauorabilibus venit primæ tantùm tonsurę clericus. Panor. in rubr. de vita & honest. cleri. Ioan. de Selua. in tracta. de beneficio. q. 3. nu. 7. Angel. verbo, excõmunicatio. 5. nu. 27. glo. in. c. 2. de præb. Ex quo infero ei, cùm iam laicus non sit, sed clericus, licèt tm̃ primæ tonsuræ, huiusmodi priuilegia competere.

Sacerdotes insuper Christi dicũtur, ac vicarij altissimi. 1. Paralipo. 16. Nolite, inquit dominus, tangere Christos meos, & in pphetis meis nolite malignari. & Psalm. 104.

Vlteriùs etiã clericꝰ miles dicit̃, ac militis priuilegio gaudet. secũdũ gl. in. l. miles. verb. facere. ff. de re iudi. bonus tex. in. c. 1. de cleri. ægrot. ibi, nõ posset qui militaret ecclesiæ inueniri. tex. cũ gl. in verb.



verb. militiæ. 23. qõ. 1. c. quid proderit. ibi, clericos militasse. 61. distinct. c. Saluator. §. igitur quia. ibi, quod si præfati milites ecclesiæ. & ibi gl. verb. milites. 1. q. 3. Guillel. Bened. in repeti. c. Raynutius. verb. testamentum. 1. nu. 49. de testamen.

*Itaq; postquàm adempta spes est, lassus cura confectus*
*stupet.*

Spes etiam mortales in laboribus, in aduersis calamitatibus atq; in ærumnis vitam efficit tolerare, laboresq; & infortunia sufferre. Vt pulchrè inquit Ouid. li. de ponto in. 7. ad Græcinum epistola.

*Spes igitur pœnæ mentē Græcine leuandæ*
*Non est ex toto nulla relicta meæ,*
*Hæc dea, cùm fugerent sceleratas numina terras,*
*In dijs imiisa sola remansit humo.*
*Hæc facit vt vinat fossor quoq; compede vinctus,*
*Liberaq; á ferro crura futura putet.*
*Hæc facit vt videat cum terras vndiq; nullas*
*Naufragus in medijs brachia iactet aquis.*
*Sæpe aliquem solers medicorum cura reliquit:*

Universidad de Deusto Biblioteca



*Nec spes huic vena deficiente cadit,*
*Carcere dicuntur clausi sperare salutem:*
*Atq; aliquis pendens in cruce vota facit.*
*Hæc dea quam multos laqueo sua colla ligantes*
*Non est proposita passa perire nece.*
*Me quoq; conantem gladio finire dolorem*
*Arguit, iniecta continuitq; manu.*

Tibullus etiam elegia vltima.lib.2.ait.

*Iam mala finissem letho, sed credula vitam*
*Spes fouet, & melius cras fore semper ait.*
*Spes alit agricolas, spes sulcis credit aratis*
*Semina, quæ magno fœnore reddat ager.*
*Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine pisces,*
*Cùm tenues hamos abdidit ante cibus.*
*Spes etiam valida solatur compede vinctum,*
*Crura sonant ferro, sed canit inter opus.*

Operarius etiam, vt habetur Matth.10. dignus est mercede. Et qui altari seruit, de altari viuere debet. c.cùm secundùm apostolum.de præben.& Apostol.1.ad Corinth.9.ait, Quis enim proprijs stipẽdijs militat vnquam?

Præterea quod decimæ atq; primitiæ debeãtur pro seruitio altaris, est text. Numer.18. quia pretiũ est pro ministerio, quo seruitis in tabernaculo testimonij. Probatur & Genes.14. & ad Hebræos.7.& Genes.28. vbi tex. inquit, Cũctorum, quæ dederis mihi decimas offeram tibi. Est etiam ad hæc elegans tex.in.c.decimas.16.q.7. Decimas Deo & sacerdotibus Dei dãdas Abrahã factis, & Iacob promissis insinuat, & omnes doctores cõmemorant. Ij enim tantùm naturali instinctu ducti decimas Deo obtulerunt. Iure igitur naturali sunt ministris ecclesiæ debitæ.

Quod etiã authoritatibus vtriusque sacræ paginæ patet. habetur enim Exod.22. Decimas & primitias tuas non tardabis offerre, & cap.23. Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Dei tui. Et Leuiti.27. Omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus domini sunt, & illi sanctificãtur. Et paulò inferiùs subijcit, Omniũ decimarum bouis, & ouis, & capræ, quæ sub pastoris virga trãseunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur domino. & Nu.18. Filijs Leui dedi oẽs decimas Israel in possessionẽ pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis: primitias autẽ, quas vouerint, & obtulerint filij Israel, tibi dedi, & filijs tuis iure perpetuo. Et Deuterono.12. Illuc omnia, quæ præcipio conferetis holocausta & hostias ac decimas & primitias manuum vestrarũ. Et Esdr.2.c.10. Afferemus sacerdotibus ad Gazophylacium Dei nostri, & decimã partem terrę nostræ. Et Leuiti.7.& 2.Paralipome.31. Et Tobię.1. Omnia primitiua sua & decimas suas fideliter offerens. Et ecclesi.35. Non minuas primitias manuũ tuarum: in omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. Et Malach.3. In decimis & primitijs. &c.

Suadetur etiã approbatione Christi in lege gratiæ Matth.23. Vę vobis scribę & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mẽtham & anethum & cyminũ, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidẽ. Hæc oportuit facere, & illa nõ omittere. & Lucæ.18. Decimas do omniũ, quæ possideo. Quodq; decimæ sint iuris diuini, tenet Hugo in tract. de officio quatuor prælatorũ. cap. de munerũ excusatione. & Petrus V. Val. in tract. De canoni. episcopali, vel parochi.c.5.§.1.nu.2. Alphons. castrens. in tract. aduersus omnes hæreses. lib.5. in princip.

His sic prælibatis, pro corroboratione cõclusionis propositæ, etiã in personalibus decimis oportet id ratione fortiori declarare, vt inquit Innoc. in.c.significauit.de parochi.col.2.nu.8. sic dicens, Itẽ mirum est de quibusdam, qui quasi insani, & hæretici dicunt, quod personales decimæ non sunt dãdæ, cùm expresse habeatur contrà Num.10. circa fin. & Deuterono.12. circa principiũ. Item maior ratio est, quod quis det tributũ de eo, quod producit manus sua tanquam dignius, quã de eo, quod producit humus. Hactenus Innoc. Pro cuius opinione facere videtur tex.in.c.quadragesima.de consecr. distin.5. singularis casus in.c.ex transmissa, ibi, quia fidelis homo de omnibus, quæ licitè potest acquirere, decimas erogare tenetur. de decim.

Nota dictionem, omnibus, quæ signũ est nihil excludens argu.c.solitæ.de maior.& obedien. Andr. Hispanus etiã in regu. decimarum. ait. q.7. verũ & catholicũ esse asserere tã prædialem quã personalẽ decimam à Deo commẽdatam fuisse. De iure sunt igitur diuino. Idẽ dicit ibi.q.5. per illud Christi præceptum Matth.22. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Quod Deus intellexit secundùm eundem, de prædictis decimis personalibus & prædialibus ecclesiæ debitis.

Præterea quod homines teneantur ad decimas personales, tenet S.Tho.2.2.q.87.arti.1, ad.1. dicens, Et ideo in noua lege tenẽtur homines ad decimas personales secundũ consuetudinẽ patrię, & indigẽtiam ministrorũ. Vnde Augustin. ait, De militia, de negotio, & artificio redde decimas. Syluest. ver. decima.q.4. tenet, quod talis decima in quantum est subuentio necessaria ministrorũ ecclesiæ, est de iure diuino. Vbi enim non sunt prædiales sufficientes, vt Genuæ, Venetijs, alijsq; similibus locis personales sunt de iure naturali. Alioquin popul9 diues posset habere clerũ egẽtẽ. tex.in.c.decimę.16.q.1.

Quòd aũt & personales decimæ debeãtur de præcepto, existimat veriorẽ opinioẽm Cardin. in clemẽ.cupientes.col.1.q.6.nu.7.de pœn. idem in.c. in quibusdã.§.1.col.fin.de decim. Pro qua conclusione videtur facere tex.in.c.dicat aliquis.23.q.5. cũ gl.ibi.& gl.1.in.c.1.de decim.lib.6.gl.in.c.quicunque.16.q.7.verb.quod minus fecit.



Sunt tamen qui existiment, atq; affirment personales decimas iure tantũ humano esse debitas, inter quos est Hosti. in sum. de decim.§.& vtrùm vers. Septimò quæritur.col.5. Panor. etiam in.c. de terris.nu.8.de decim. visus est istam opinionẽ tenere, siquidem vltimo loco eam reliquit. Henric9 in.c.peruenit.col.5.de decim. Cardi.in.c.1.eo.tit. Felin.in.c.causam quæ.col.1.nu.1.de præscriptio. Archidia.in.c.quicunq;.col.1.nu.8.16.q.7.

Pro prædictorũ etiã absolutiori intellectu dicẽdũ est eiusdẽ esse primitias iuris, cuius decimæ, nẽpe diuini. gl.in.c. ecclesias. verb. & primitias. 13. q.1. tex.in.c.reuertimini.in prin.ibi, in decimis & primitijs.16.q.1. Ratio autem quare primitiæ debeantur ea est, nempe quia id exhibere Deo tenemur, quod præcipuum est, in recognitionem diuini beneficij, scilicet, vt quilibet fructus terræ à Deo recipere profiteatur: idq; ex primis fructibus tanquam quid præcipuum: & quia sacerdos in his, quæ sunt ad cultum Dei, constituitur, ideo primitię cedunt in vsum sacerdotum. Iuris etiam naturalis est, vt quisq; de rebus à Deo sibi datis aliquid ad Dei honorem & cultum constituat, ac tribuat. Quòd autem sacerdotibus exhiberẽtur, ac de primis fructibus, ac in certa quãtitate, id in lege veteri de iure fuit diuino determinatum. In noua tamen lege id definit per determinationẽ ecclesiæ, quæ homines obligat vt primitias soluant secundũ consuetudinem patriæ, & indigentiam ministrorum ecclesiæ. Ita Diu. Thom.2.2.q.86.arti.4.§.respondeo. Archiep. Florenti.2.parte.titu.4.§.3.c.3.

Videtur tamen quod decimę & primitię nõ sint iuris diuini, nec debeantur sacerdotibus legis nouę. Præceptum enim de soluẽdis decimis legis erat veteris, vt habet Leui.27.cũ suprà adductis. Sed istud præceptum est iudiciale seu ceremoniale, quòd tẽpore gratiæ cessauit. S.Thom.2.2.q.86.artic.4.& quæst.87.art.1.& quodlibet.2. arti.8. gl.in.c.1.de decim.lib.6.gl.in.c.non est peccatũ.6.distin. Alphon. Castren. aduersus omnes hæreses. verb. lex. Adrian. quodlibet.5. Couarr.lib.1. varia. resolu.c.17. in prin. Paul. ad Roma.7. ad Galat.4.& ad Hebræos.7. qui dicit, Translato enim sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat transumptiuè in.c. translato.de consti. Si igitur nec lege naturali nec euangelica expressum de decimis inuenitur præceptum, vt notum est, consequens erit fateri fuisse solũ de lege veteri, ac omnino abolitas esse per prędicta.

His tamen nõ obstantibus, contrariũ verissimũ est. Nã omnia iura, quæ dicunt decimã de iure diuino deberi, generaliter sunt intelligẽda, si tñ quoad quotã exẽplariter: nõ tñ quoad vim obligatiuã cũ quoad quotã tãtũ in lege veteri inueniãt, secundum Caietan.2.2.q.87.art.1.& Adrian. in quodlibet.5.

Potest etiã aliter in contrariũ adductis respõderi, quod lex illa veteris testamẽti diuina voce iussa fuit quoad vim obligatiuã in lege gratię respectu quotæ: hodie tamẽ obligat tanquam præceptum à iure canonico institutũ, qua lege homo sub pœna mortalis peccati cogitur has decimas, etiã quotitatiuo modo reddere. Possunt etiam hodie principes statuere leges iudiciales tanquam ius humanũ, vt patet in.c.1.& per totũ.de decim.& in.c.1.de homicid.& in.c.1.& per totum.de iniur. Quod colligitur etiã ex S.Thom.1.2.q.104.art.3. Archiep.2. parte.titu.2.c.3.§.5. Cardi. Turrecrem.in.c.reuertimini.nu.9.col.4.16.q.1.

Nec obstant iura canonica, quatenus indistinctè etiam quoad quotam sentire videtur etiam de iure diuino debitam. Sunt enim, vt iam dixi, talia iura exemplariter accipienda.

Vel etiam decimæ sunt à Deo institutæ, & nõ ab homine, quo ad subuentionem in genere ministris altaris impertiẽdam: & specificatio quotæ est iuris humani positiui. S.Thom.2.2.q.87.art.1.& ita intelligẽdus est tex.in.c.parochianos.& in.c. in quibusdam. cum similibus. de decim.

Nec obstat huic opinioni tex.in.c.tua nos.& in.c.cũ non sit.de decim. vbi habetur ipsum Deũ sibi decimas in signum vniuersalis dominij reseruasse. tex. etiam in præsenti.& in.l.2.infrà.eod.& in.l.7.lib.pragm. Illa enim iura procedunt pro statu legis veteris quo ad veræ decimæ quotã. Quo ad verò subuentionẽ ministris debitã, etiã pro statu noui testamenti morale est, ac de iure naturali.

Sit igitur resolutio, Decimas in se esse iuris naturalis ac diuini: quoad quotam tamen iuris positiui. Ita etiam tenet Honcala. in tract. de decim.

Ex quibus infertur veram quotam decimæ hodie non esse in obligatione iuris diuini, vt ex prædictis apparet: & probat Adrian. quodlibet.5, fol. paruo.87.col.2. S.Thom.2.2.q.87.art.1.& ibi Caietan. S.Thom. quodlibet.2.art.8. Ioan. maior. in.3. sententi. distin.37.q.36.& in.4.dist.15.q.4.colũ. penul. Cardin. Turrecrem. in.c.reuertimini.nu.5.16.q.1.arti.3. Henri. Ganda. quodlibet.4.q.28.

Ex quibus deducitur posse Romanũ Pontificẽ aliqua loca vel prædia vel etiam & personas priuilegiare, ne soluere decimas teneantur. gl.in.c. à nobis. de decim. Selua de beneficio.2.part.q.1.nu.24.& in.3.parte.q.8, nu.10. argumento eorũ, quæ notantur ab Ancharr. cons.239. Deci.in.c. cùm ordinem. de rescrip. Aymon. Crauet. cõsil.21.nu.2. Est etiam de mẽte Ioa. Lup. de liberta. eccl.1. parte. q.3. Couarr. dict.c.17. vers.2.

papa potest preuile giare super decimis

Hinc est quod papa potest decimam in octauam, duode-

Universidad de Deusto
Biblioteca



duodecimam, vndecimamue partē reducere. Cū enim quoad quotā decima iuris sit positiui, vtpro batum est: simili ratiōe poterit & minui, & amplia ri, secundùm doctrinā Innoc. in, c. cùm ad monasteriū. de statu monacho. gl. Panor. & doctores in c. proposuit. de conces. prēben. Ratio: quia eius est tollere, cuius est cōcedere. l. 3. ff. de re iudi. l. ei? est nolle. ff. de regul. iur. Facit. c. inferior. 21. distin. c. 1. 19. q. 2. c. omnis. de pœnite. & remis. Facit & illud Aristo. 1. de generatio. & corrupti. dicentis eā, quæ sunt principia generandi, sunt etiam principia corrumpendi. l. Stichum. §. naturalis. ff. ā solu. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. c. omnis. 27. q. 2. c. 1. de reg. iur. Sed huiusmodi decimalis quota per Papam est statuta, igitur poterit per eum tollidecimę quotitatiua forma. l. cū principalis. ff. de regu. iur. c. accessorium. eod. tit. lib. 6. Papa etiam, maximē in spiritualibus, potest quadrata rotundis adæquare. Hostien. in. c. cū venissent. de iudi. Troilus Maluiti. in tract. de canonizatio. sanctorū. dubio. 2. nu. 8. Facit tex. in. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. Probatur etiam ex Panor. in. c. in aliquib⁹. nu. 7. de decim. dicente per consuetudinem approbatā à Papa posse decimam minui. Idem dicendū est de consuetudine, quæ potēs est ad reducēdam decimam prædialem in vicesimam aliāmue quam uis portionem. Guido Papa. decis. 284. incipie. an consuetudo. quota enim, vt sæpiùs suprà dictum est, iuris humani est. Poterit igitur per consuetudinem, & minui, & extendi.

Vnde prouenit posse laicis decimas in feudum cōcedi. Circa quem articulum vide Zasi. in tract. de feudis. 4. parte. nu. 18. & Feli. in. c. causam quæ. col. 2. de præscrip. cum latè congestis per doctorē Couar. in dict. lib. resolutio. c. 17. nu. 4. Facit. l. 22. & 23. tit. 20. parti. 1. Regi præterea Hispaniæ decimæ (vulgò tertiæ) competunt, secundùm Gregorio Lopez. in dict. l. 22. verb. *nonlos deuen auer.* & l. 23. verb. *tomen diezmo.* Quem vide.

Videtur tamen decimas hodierno iure sacerdotibus minimè deberi: Antiquitus enim eò dabantur decimæ Leuitis, q̄ in possessionib⁹ populorūnullam partē haberent, nec posiderēt, vt habetur numer. 18. At in nouo testamento clerici patrimonia habēt, oblationesq; pro viuis & mortuis recipiūt: ergo cùm paupertatis causa cesset, & ab ea causatū cessare debet. c. cùm cessante. de appel. Faciūt scripta ab Adria. quodlibet. 5. arti. 2. His tamen nō obstantibus asserendum est laicos sacerdotibus etiā diuitijs affluentibus hodie dare teneri: Non enim solùm pro eis dantur, sed etiam & pro subuētione pauperum, qui nunq̄ deerunt, iuxta verbum Saluatoris, pauperes semper habebitis. Cùm igiturne cessitas semper adsit & duret: oblationes etiā, decimæ, ac primitiæ durent oportet, ac eis semper & vbiq; pauperibus subueniatur. S. Thom. 2. 2. q. 87. arti. 3. ad. 1. Tenent etiam Ioan. Andr. Ancharr. & doctores in rubr. de decim.

Est tamen dubium, quæ personæ soluere decimas teneantur? Respondendum est omnem hominem natum de muliere nō exceptū à summo Pōtifice. Probatur. Præceptum de decimis soluendis generale est: seruabitur igitur sine vlla discretione seu exceptione personarum. l. de pretio. ff. de publici. c. si Romanorum. 19. distin. c. 1. 16. q. 7. c. tua. de decim. c. in aliquibus. eo. titu. l. 2. tit. 20. parti. 1. Andr. Hispan. in regul. decimarum. q. 11. Rebuf. ā decim. q. 5. nu. 1. c. à nobis. de decim. vtrùm autem clerici teneātur soluere decimas; dic clerici, vt clerici non tenentur soluere decimam id est, quatenus sunt dispensatores ministeriorum Dei secus tamē quatenus iure proprio habent bona propria patrimonij, nam vti possessores earum rerum tenētur. Sanct. Thom. 2. 2. q. 87. & parti. 1. art. 4. Domi. Soto. lib. 9. de iust. & iur. q. 4. arti. 4.

Dubitatur de decisione talis quæstionis. Titius constituit & fundauit quandam capellaniam in ecclesia sancti Ysidori, donauitq; illam fructibus terrarum in illa parochia vel in alia situatarum. dubitat vtrùm fructus istius dotis sint curæ parochię illius in qua terræ sitæ sunt, decimandi? Videtur q̄ sic: terræ enim, quæ aliàs in potestate laici decimale tributū soluentis erant transeunt cum suo onere reali. c. pastoralis. & ibi gl. verb. uisi cum onere. de decim. gl. in. c. si quis laicus. verb. inde abstrahere. 16. q. 1. c. cùm non sit in homine. & ibi glos. fin. de decim. c. ex literis. de pignor. l. alienatio. ff. de cōtrahē. emptio. l. inter debitorem. ff. de pact. l. 2. & l. 3. C. quib. mod. pign. taci. cōtrahatur. l. si debitor T. de distra. pigno.

Præterea mutatione personæ non mutatur qualitas seu onus cohærens rei ratione sui, & non personæ. tex. memorandus in clem. vnica. vers. prioratus. de supplenda negligen. prælato. probans conclusionem, nempe q̄ quotiescunq; superior propter inferioris negligētiā prouidet de beneficio vacante prouisus iure deuoluto tenet seruare qualitates ipsius beneficij, ac prouidere eis personis, quibus eodem beneficio priuatus tenebatur. Pro cuius confirmatione est addendus Barba. in. c. venerabili. de offici. deleg. Fel. in. c. cū accessissent. col. 7. nu. 18. de cōstitu. Corset. singul. verb. consiliū. Ex quo tex. singulariter deducit, q̄ licèt p mutationē personæ mutet qualitas rei propter personā inhærens. l. licitatio. §. fin. ff. de public. & vecti gal. l. Paulus per procuratorē. ff. de acquir. hæredi c. vnico. §. fin. vbi gl. verb. semestre. de iure patro. lib. 6. non tamen mutabitur qualitas inhærens rei ratione sui ipsius. Cōfirmatur per gl. in clemen. 1. verb. excolēdas. de decim. Cuius gl. sententiam se quūtur domini de Rota. in antiq. decis. 875. incip. Papa concesit. vbi pater priuilegium reale de nō soluendis decimis extendi ad colonos: si tamē esset alicuius personæ contemplatione indultū, nō extenderetur ad colonos: quo vltimo casu loquitur tex. ī. c. licet. de decim. Præterea onus decimarum ipsi rei est annexum, ita vt in quemlibet possessorē transeat. Panor. in. c. pastoralis. de decim. nu. 3. Socin. consi. 297. nu. 4. lib. 2. l. 4. tit. 20. part. 1. & l. 6. versi. *Y aun deuen.* eod. titu.

Est tamen circa hæc dubium, Vtrùm consuetudo non soluēdi decimas iure curæ parochiali debitas, excuset debitorē à restitutione, præsertim data debitoris scientia q̄ sint debitæ? Circa quod videtur, q̄ cùm iste talis sit debitor, non sit in statu salutis, dū decimas alteri debitas retinet. Nō enim dimittitur peccatū nisi restituatur ablatum. c. decimæ. 16. q. 1. vbi dicit Augustin. Decimæ etenim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt. Dicit etiam ibi gl. verb. inuadunt. Nota q̄dē est iniustè detinere q̄ rapere. c. sæpe. de resti. spoli. ibi, Non multùm interest quo ad periculum animæ iniustè detinere, ac inuadere. vbi etiam est gl. verb. detinere. gl. etiam in cap. contra sanctorum. verbo. expellere. 16. q. 7. Facit tex. in. l. quo naufragium. §. non solùm. & ibi glo. verb. abstulit. ff. de incend. ruina. naufragi.

Decimarum præterea detentio constituit hominem in animæ periculo. c. cùm non sit in homine. ibi, & animarum periculis. de decim. Confirmat. Non enim quis pœnitētiam agit, dū debitū, cum potest, creditori non restituit. iuxta tex. in. c. si res aliena. 14. q. 6. c. quia pleriq;. de immuni. eccles. c. in literis. de rapto. l. 5. tit. 19. parti. 1. & l. 5. titul. 20. ead. parti. c. peccatū, de reg. iur. lib. 6. Deci. consil. 272. nu. 6. & consi. 303. nu. 6. Inquit etiam apostol. ad Roman. 13. Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorem: cui honorem, honorem: nemini quicquā debeatis. At decimæ præcepto sunt debitæ: q̄ igitur eas retinet, tanquā iniustus alienæ rei possessor, dum non restituit, in statu salutis nō est. capinam qui Deo. 16. q. 2.

Qui retinet præterea rem alienam inuito domino, deformitatē furti cōmittit. c. dudum ecclesia Rothomagensi de elect. §. furtum. Inst. de obligatio. quæ ex delict. nascun. Morosus etiam in restitutione rei alienæ, dum in mora est, fur est. l. interstipulantē. §. penul. ff. de verb. oblig. Ideoq; etiam ad leuissimum interesse in re restitutioni subiecta propter moram contingens tenebitur, etiam si in culpa non fuerit. c. vnico. de commodato. Palud. in. 4. senten. distin. 15. q. 2. arti. 1. concluſi. 5. Archiepisc. Florent. 1. parte. tit. 20. in declaratiōe regulæ. Peccatū. Tenebitur igitur ad æstimationē, si soluē



do sit secundùm prædictos. quibus adde Sylvestr. verb. furtum. q. 16. & verb. restitutio. 3. q. 9. & Ioā. Methym. in codice de restitut. q. 6. l. 17. tit. 20. parti. 1. Ratio aūt colligitur ex tex. in. l. cùm res. §. vlt. ff. de legat. 1. vbi Vlpianus ita scriptum his verbis reliquit, Item si fund⁹ casmate perierit: Labeo ait vtiq; æstimationem nō deberi. quod ita verū est, si non post moram factam id euenerit: potuit enim eū acceptū legatarius vendere. Et ibi gl. vlt. gl. etiā in. c. licèt multū. verb. restitui. de restit. spoliat.

Præterea à non restituens gabellam, seu aliud iustum tributum principi, in statu etiam damnationis est: facit enim contra Pauli sententiam ad Romanos. 13. suprà allatam. & contra illud Christi Matthæ. 17. & 22. Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris, huiusmodi etenim impositiones per ius canonicū approbatæ sunt. tex. in. c. super quibusdā. de verb. signi. & per totū tit. ff. de publica. & vectig. In quatern. etiā gabellarū regis Hispaniæ. obligat igitur ad restitutionem in conscientiæ foro. Archiepi. 2. part. titu. 13. ca. 8. cum plurimis alijs à me citatis in additio. ad Segur. de bonis lucrat. constan. matrimo. nu. 233. vbi hanc opinionem communem asserui: quam etiam nouissimè approbat Alphons. Castren. de lege pœnal. fol. 114. vers. quartò ex huius capituli quarta cōclusione. lib. 2. c. 2. vbi tenet pœnam impositam à lege non soluentibus seu de fraudantibus gabellam vel tributū non habere locū in foro animæ: quia est merè pœna. gl. in. c. fraternitatis. 12. q. 2. Cuius theoricam dixit communem Ludoui. Gome. in lectur. §. ex maleficijs. nu. 14. Insti. de actio. Et est singul. secundū Segur. vbi ad eius comprobationē quamplurimos doctores eam singularē & cōmunem profitētes adduxi. in repe. l. filius dum in ciuitate. nu. 15. ff. de verb. obligatio. quanquam Castrens. dict. lib. 2. de potest. legis pœnal. c. 9. fol. 174. nescio quid in contrarium velle sentire videatur. Quod ita verū est, vt cū primū possit, debeat fieri restitutio. Gabrie. in. 4. senten. distin. 15. q. 2. art. 2. cōclusio. 2. S. Thom. 2. 2. q. 66. arti. 8. & in. 4. senten. distin. 17. q. 3. attic. 1. ad. 3. argum. 4. quæstionis: vbi sic ait, Ad tertium dicendum. q̄ retentio rei alienæ inuito domino contrariatur præcepto negatiuo, quod obligat semper & ad semper. & ideo tenetur statim ad reddendum. Duran. in. 4. sentent. distin. 15. q. 11. Marti. Nauar. in repe. c. nouit. nu. 77. notabil. 6. de iudic.

Decimæ præterea debētur ecclesiasticis personis ratione laboris: restitutiōis igitur dilatio infert differenti peccatū, iuxta illud Leuiti. 16. Nō morabitur opus mercenarij apud te vsq; mane. Tēpore aūt solutiōis debent decimæ ad horrea clericorū & ecclesiarū deferri: nec sunt ab eorū nuntijs in agris colligendæ. tex. cū gl. verb. horrea. in. c. reuertimini. 16. q. 1. Probatur etiā Esdr. 10. Barthol. Cepol. in

pol.in lib.de seruit.vrban. prædi.c.72.Anchar.& Ioan.Andr.in.c.ex parte.2.de decim. vbi Panor. nu. 5. dicit istam communẽ.Probatur etiã. Nam debitor tenetur ire in domum creditoris ad debiti solutionem faciendam.gl.& Bart.in.l.item illa. ff.de constitu.pecu.Panor. in.c.fin. de præscript. nu.14.& in.c.significante.nu.9.de pigno.vbi Anchar.nu.1.col.2.versi.Secundò nota.

Missis tamen quibuscunq; opinionibus,teneas consuetudinem diœcesis,in qua decimæ colliguntur,secundùm Host.in sum.de decim.§.fin. versi. sextodecimò quæro.Cardi.in dict.c.ex parte. argum.tex.in.c.in quibusdam.de decim.vbi cõsuetudo in solutione decimarum consideratur. & cõsuetudo facit ius.c.fin.de consuet.gl.in.c.cùm dilectus.de fide instrum. verb.approbata.

Nec etiam laici propter consuetudinem nõ soluendi excusantur à peccato.Panor.& Doctor.in c.ad apostolicæ.n.3.de decim.vbi dicit,Et ex hoc & ex textu quòd in solutione decimarum attendenda est consuetudo. Quod tamen limitant Doctores respectu ecclesiarum. Valet enim cõsuetudo,vt quod ab vna aufertur, alteri tribuatur: non enim multùm interest illáne an hæc decimas habeat:sed interest quo ad laicos,non enim ualet eorum consuetudo quo ad retentionem secundùm Doctores in dict.c.ad apostolicæ.de decim. Facit gl.2.in.c.cùm homines.eo.tit.

Præterea consuetudo non soluendi rem subiectam restitutioni non eximit iniustum detentorẽ à peccato.c.fin.de præscrip.reg.possessor. de reg. iur.lib.6.Probat Andr.Hispan. in reg. decimarũ. q.7.Ex ista nanq; consuetudine nota & iam inueterata non soluendi decimas, maximum & irremissibile inducitur peccatum, quod contra spiritum sanctũ dicitur,vt patet Matth.12.Qui peccauerit in spiritum sanctũ non remittetur ei neque hic neq; in futuro. De quo latè agit Magist. in.2. sent.dist.43.c.1.Sed omnis homo scit vel scire debet)ad paria eñ iudicantur)præceptũ de decimis & primitijs soluendis,iuxta illud Exod.22. Primitias terræ frugũ deferes in domum Dei tui. Vtq; iam latè probatum est.In mala ergo est fide qui rẽ quam ad alium scit pertinere,detinet.l.fin.C.vnde vi.c.cùm non sit. vbi Anchar.nu.3.de decim.

Præterea cõsuetudo contra canones est irrationabilis,abusus,& corruptela.c.fin.de consuetudi. clemẽ.cùm secundùm.vbi Cardin.col.1.de pœni. & remis.c.cùm haberet.ibi.Et diuturnitas temporis peccatũ nõ minuat, sed augeat.de eo qui dux. in matrim.quam pollu.per adult.c.non debet. de cons.& affin.l.5.tit.2.parti.1. Nam si primus actus non soluendi est peccatum,erit & secundus:nã cõsuetudo non mutat speciem peccati. vt docet Alphon.Castren.lib.1.de potesta.legis pœnal. c.5,§.

sextum documentum. Clarius in libr.2.c.12.§.ex hac eadem ratione.Facit doctrina Cardina.in prœmi.clem.§. vniuersitati. post Matth. ibi declarat.Si igitur iste scit se debere decimas, nec tamen soluit,in peccato est :ac nullo temporis cursu à restitutione liberabitur.secundùm Andr. Hispa.q. 9.in dict.reg.decimarum.quanquàm nullum pro sua validum adduxerit opinione fundamentum. Idem tenet ipse in.q.14.nu.8.dicens decimam necessarium debitum esse, ad solutionem cuius quis tenetur.

Hinc est posse decimas iniustè malaq; fide retẽtas ab eis, quibus debitæ fuerãt tẽpore præterito, peti.c.pastoralis.&.c.in quibusdam.de decim. Panor.in dict.c.pastoralis.nu.5.Rauen.in.c.tua.fol. 59.in compẽdio iuris canonici.de decim. quæ decimæ sunt in dominio ecclesiæ, secundùm tex. & ibi Panor.nu.5.in dict.c.tua.& Rauen.fol. citato. 59.colũ.1.de decim.Probat Anto.Capici. decisio. Neapoli.20.nu.26.facit tex.cum sua gl.in cap.pręter hoc.§.præcipientes.32.distin.ibi,Deinde vt decimæ & primitiæ seu oblationes viuorum & mortuorum. &c. Nec sunt tales decimarum retentores antè absoluendi, quàm solutione satisfecerint. secundùm Andr.Hispan.dict.regul. decimarum. q.15.notabil.1.

Quod & in soluente minùs perfectè procedit, quia sunt integrè decimæ soluendæ: qui autem diminutè soluit,peccat, secũdùm Panor.per tex.ibi in.c.in quibusdam.nu.4.de decim.tex.ĩ.c.quicũque.16.q.7. Vbi Ambros.in sermone quadragesimæ ait, Quicunque recognouerit in se ꝙ fideliter non dederit decimas suas, modò emendet quod minus fecit.Ratio patet:quia iniustè facit detrahẽdo debitum alterius.text.in.§.iuris præcepta.ibi, ius suum cuique tribuere. Insti. de iusti.& iure.

Hinc est ꝙ vendens rem scienti rei valorem vltra metas iusti pretij,dummodò cesset animus donandi pretij excessum ex parte soluẽtis,ad restitutionẽ tenetur.cessat enim æquè libris iustitia, quę sit in contractibus oportet. Istam sententiã tenet Caieta.in quodlib.17.q.responsio. 12. Conrad.in tract.de contracti.q.57.Couar.in lib.2.varia.resolu.c.4.nu.11.§. superest casus non omnino facilis: quia donationis præsumptio non in dubio abest. l.cùm de indebito.ff.de probatio.Bal.in.l.generaliter.col.3.C.non num.pecu.Est igitur rei alienæ vsurpatio inuito domino.Ita ergo dicẽdum est in solutiõe decimarũ facta modo à nobis explicato.

Esse tamen istam sententiam limitãdam crederem casu,quo decimas prædiales,vt moris est,prælati nõ exigunt tempore consueto.Eo nanq; lapso,cessat decimarum exactio:censetur enim facta remissio:nec peccant,si à prælatis decimæ nõ petantur,eas non soluentes: aliàs secus. Archidia.in capi.1.



cu.nu.2.de excepti.lib.6.Rota antiqua.decisi. 25. Feli.in.c.si autem.col.3.de rescrip. Quod reputat singulare & perpetuò notandum Francis.Balb.in tract.præscrip.in.1.parte.5.principalis.q.7.nu.12. Adria.in quodlibet.5.art.1.§.Secundò videndum est.fol.92.Archi. dictum etiam refert Grego. Lopez in.l.17.in gl.1.tit.20.par.1. Anto.Marc.Nattã consi.136.col.fin.lib.1.Nec obstat quod suprà probatum est:nempè decimas esse ad horrea clericorum deferendas. Debet enim, si petantur, intelligi. Nec sunt,& si petantur, deferendæ, secundùm Balb.& Adrian.post alios locis præcitatis. Confirmatur ex sententia Diui Thom.2.2.q.67.art.1.ad 5.dicentis,non soluẽtes decimam in locis, vbi est consuetudo non petendi,non esse in statu damnãtionis:hoc tamen adiecto,quòd sint parati,si petãtur,soluere.Idem quodlibet.6.artic.10.incipi.his equidem.Idem est si ministri ecclesiæ decimas nõ requirant, vbi sine scandalo requiri non possent propter desuetudinem,aliquamve aliam causam. Nec sunt in statu damnationis non soluentes in locis, in quibus ecclesia non petit: nisi fortè non soluens esset ita obstinatus animo, vt etiam si petantur, se non soluturum proponeret. Archiepisc. Floren.2.parte.capi.3.§.sexto, Syluest.verb.decima.quæst.4. Honcal.in tract. de decimis. proposi.5. ¶ Non soluendi tamen cõsuetudo præscripta debet & immemorialis esse, vt ex Diuo Thom. quodlibet.2.articu.8.colligitur:& ex Honcal. loco præallegato.& Couarru.libr.primo. Varia.resolut.cap.17.num.12. In hac enim materia necesse est de præscripta consuetudine intelligatur.gloss. in cap.cùm sint homines. de decim. cui est simil. in cap.in quibusdam. in glo.vltim. eodem titulo. Nec video quo titulo, præterquàm in casibus supradictis, posit quis à solutione decimarum, earumque restitutione se eximere:cum sint malæ fidei possessores:& clerici nõ exigant propter malitiam populi vitandam. Reportaret enim ex proprio peccato commodum, quod minimè concedendum est. Secus tamen est in clericis,qui omnino possunt in decimis soluendis excusari præscriptione seu perfecta consuetudine siue de personalibus loquamur,siue de realibus,siue prædialibus. glo.in capit.in quibusdam.§.fina. de decim. facit glo.in capit.quia cognouimus.10.q.3.Felin.in capit.causam quæ.de præscriptio.col.1. Balb.de pręscrip.1.parte.5.principal.q.7.nu.3. qui apertè probant,clericos, etiam si non sint ecclesiarum rectores,consuetudine vel præscriptione posse à solutione decimarum personalium, & prædialium etiam ratione rerum patrimonialium in alia parochia existentium eximi.

Item etiam communis est opinio decimas esse soluendas ab ecclesijs, quarum prædia intra limites alterius parochiæ sita sunt; suntq; illi soluẽdæ parochiæ, in cuius terminis prædia sunt. Nec refert vtrùm ea prædia dotalia sint, nec ne, vt notãt Panor.in nu.6.col.3.& alij in.c.nouum genus. de decim. Cardi.consi.88.qui eleganter loquitur.gl. & Panor.nu.4.& Henri.& cõmunis.in.c.sancitũ est.de decim.Panor.in.c.nuper.colũ.2.notabil.1. per tex.ibi.de decim.Bald.nouel.de dote.1.parte num.8.col.2.Ratio:quia cùm in iure nullibi constet antiquam ecclesiam ob ecclesiæ nouæ cõstructionem debere priuari suis decimis, non oportet nos interpretatione magistrorum generalem iuris dispositionẽ alterare:imò in iure cauetur oppositum.in.c.ecclesiæ.&.c.quicunq;.16.q.1.

Poterit tamen aut cõsuetudine, aut pręscriptione immunitas à solutione decimarũ obtineri. vt in plerisq; locis bona capellaniarum ( quod sæpiusnè audiui ) sunt à decimæ solutione immunia. Quod fieri potest ex opinione gl.in.c.nouum genus.de decim.& ex mẽte.S.Thom.2.2.q.87.arti. 4.& ex autoritatibus suprà allatis in versi. Est tamẽ dubiũ quæ personæ soluere decimas teneantur

Ex prædictis igitur constat prædium ecclesiæ, seu capellaniæ, siue oratorio in dotem assignatũ, esse decimarum exactioni subiectum:nisi consuetudo vel præscriptio sit in oppositum : & hoc etiã quoad totam decimarum portionem. Domini.in c.2.§.penul.de decim.lib.6.Probatur in.c.de quarta. de præscrip. & in.c.accedẽtibus.& ibi Panor. de priuileg.gl.singul.in.c.1.verb.accesserit. de statu monac.dicens quartam oblationum ac decimarum episcopi in totum posse consuetudine vel præscriptione tolli. Quam gl.sententiam ordinariam dixit & verissimam Panor.in.c.requisisti colum.4.nu.18.post Cardin.ibi,de testam. Barb.in. c.fi.de testam.Estq; communis opinio secundùm Panor.consi.31.nu,3.vers. venio ad tertium. libr.1. Circa quæ plura alia subdam in.l.3.in.gl.1.

Ex quibus infertur quòd vbi est cõsuetudo nõ soluendi decimas ex prædijs datis in dotem ecclesiæ seu Capellis: etsi non sit præscriptio completa per tempus requisitum ad exceptionem earũ: erit nihilominus in conscientia tutus non soluẽs decimas temporis pręteriti non petitas, donec fuerit condemnatus. ex sententia Archidia. Adrian. & aliorum suprà citatorum: quibus est addendus Guido pap.decis.283.nu.2.& Panor.in cap.in quibusdam.col.fi.de decim. qui etiam Diui Thomæ opinionem sequuntur. Nec dubito casu proposito prædicti possessores capellarum & oratoriorũ esse immunes:eo ꝙ antea prædictæ decimæ nunquam fuerunt solutæ ecclesiæ ex prædijs destinatis capellis & oratorijs.

Nec opinio sancti Doctoris suffragaẽ decimas ante

Universidad de Deusto
Biblioteca



ante dursum legitimæ præscriptionis soluere nolentibus: quod in personis ecclesiasticis, q ad præscribendū sunt capaces, intelligē: laici enim, cū incapaces sint, non poterūt vllo temporis cursu hāc à solutione decimarum exceptiōem cōsequi: irrationabilis enim est & onerosa ecclesijs talis præscriptio. Insuper est etiam contra ius diuinum, vt latè probatum est suprà in. §. Est tamen circa hæc dubium, vtrùm consuetudo non soluendi decimas.

Probatur etiam per regulam q decimæ sint ministris sacramentorum soluendæ, consuetudo tamen q non soluantur est contra substātiam regulæ, ac per consequens iniusta & inualida. argu. gl. verb. officiali. in. c. non putamus. de consuetu. lib. 6. cum latè congestis ab Aymo. Grauet. consil. 96. nu. 2. lib. 1. Prædicta igitur consuetudo tanquā irrationabilis non eximit quenq; præsertim laicū, à solutiōe decimarū. Præterea etiā ex simplici tolerantia nō inducitur cōtra debitū iuris cōsuetudo. c. cū iam dudū. de præben. ibi, cū multa per patiētiam toleretur, quæ si deducta fuerint in iudicio, exigente iustitia, nō debeāt tolerari. Aymo. consi. 96. nu. 7. & cōsi. 116. col. 2. nu. 3. libr. 1. Si igitur propter vitandū scandalū soluere decimas nolētium, clerici cessarent à petitione earum, nō esset præsumenda remissio, nec debitores à restitutione liberare tur: cùm sit irrationabilis talis cōsuetudo, vt colligitur ex tex. & ibi Areti. in. c. ad nostram. nu me. 6. de probatio. nec iuuat vt patet in. c. nō satis. de simoni. & in capi. sequenti.

Est tamen circa prædicta non incommodū dubium, quanto tempore inducatur consuetudo nō soluendi decimas? Cui ego responderem, quadraginta annis induci: etiā si iuris præsumptio sit contra monasteriuni vel ecclesiam tollentem decimā contra parochialem, vel prætendentē à solutione decimarum exceptiōem: vt sunt, exempli gratia, clerici habentes in aliena parochia prædia. In ecclesiasticis etenim rebus inducitur consuetudo lapsu quadraginta annorum: quanquam si de præscriptione agatur, diuturnius requiratur tempus. Antoni. in cap. fin. num. 39. de consuetu. cum alijs citatis à Ludoui. Gozadin. consi. 101. nu. 25. versic. vn de primò & si de iure canonico. Felin. in capit. ad audientiam. nu. 26. de præscript.

Quam etiam partē in specie firmat Paul. Paris. consi. 25. nu. 6. & 27. lib. 4. Constat enim in multis consuetudinem à præscriptione differre, vt docet glo. in cap. cùm tanto. de consuetu. Balb. de præscriptio. 1. parte princip. q. 10. post Hostiē. in sum. de consuetud. §. fin. versi. extra summam glo. in capi. seruitium. 18. q. 2. Rebuff. de decim. q. 13. nu. 45.

Præterea ad inducendam hanc cōsuetudinem nō requiritur bona fides seu titulus, aduersus quā est iuris communis præsumptio, ex inente gl. Pa-

nor. & Curtij in. c. fin. fol. paruo. 44. de consuetu. Francis. Balb. de præscriptio. 1. par. e principal. q. 10. nu. 7. Alexan. consi. 6. lib. 1. Philip. Deci. consi. 134. col. 3. nu. 5. Ange. & Ias. nu. 49. in. l. de quibus. ff. de legib. Archidia. num. 1. col. 2. Domini. & Philipp. Franc. col. 4. nu. 12, in. c. 1. de præscrip. libr. 6. Ius autem, quod titulum & bonam fidē cum cursu. 40. annorum, & sic temporis immemorialis, vt est casus in dict. c. requirit, in præscriptione, non autem in consuetudine loquitur secundùm Deci. & alios locis præcitatis.

Ex quibus infero non bene dixisse Fulgos. consi. 166. Balb. de præscrip. 1. parte. 5. principalis. qō. 14. Socinum. consi. 297. nu. 2. lib. 2. & alios, qui in hoc tempus esse necessarium, cuius initij memoria in contrarium non existat, asseruerunt.

Est & aliud dubium, Vtrùm valeat cōsuetudo, quæ viget in aliquibus regionibus, nempe ne decimæ soluātur ex certis fructibus in partē vel in totum, vt ex fœno, oleo, alijsq; id genus: dūtamē ex alijs superfit sacerdoti bꝰ sufficiēs sustētatio? Paul. Castren. consi. 17. lib. 2. tenet q sic: est enim ad præceptum de soluendis decimis quædam interpretatio à consuetudine inducta: tantū enim valet consuetudo circa interpretationem iuris diuini, quantum lex. Panor. & Felin. in cap. quæ in ecclesiarū. de consti. Ioan. Lecerier in tract. de primogenitura. lib. 1. q. 3. num. 15.

Præterea Romanus pontifex potest in totum expressè quibusdam laicis immunitatem & exceptionem à solutione decimarum concedere. glos. notabil. in ca. à nobis. verb. exemptus. de decim. singul. secundum Panor. nu. 4. quam etiam sequūtur ibi Hostien. Ioan. Andr. Card. & alij. & Philippus Deci. in. c. cum ordinem. de rescrip. & in cōsi. 113. col. 2. nu. 3. Socin. consi. 297. libr. 2. Aymo. Cravet. consi. 21. nu. 2. Ioan. de Selua. in lib. de beneficio. 2. parte. q. 1. nu. 24. & 3. parte. q. 8. nu. 10. Declarat Ioan. Lup. Decanus Segouiensis, de liberta. eccles. 1. parte. q. 3. Quod tamen debet Romanus Pōtifex concedere cum causa: aliàs enim non esset dispensatio, sed dissipatio: nec dispensans, nec dispēsatus esset in foro conscientiæ tutus. Sylvest. verb. decima. q. 5. Facit tex. à ratione cessante in. c. sanè. de priuileg. ibi, Certa ratione inspecta. Igitur & per consuetudinem id declarari & interpretari potest, siquidem consuetudo est optima legum interpres. glo. in. c. in causis. de testib. tex. in. c. cùm dilectus. de consuetu. l. 6. titul. 2. parti. 1.

Vlteriùs etiam quæri potest, Vtrùm petēti decimam obstet exceptio compensationis? Respondendum est. q non: sed est executio statim facienda. Ita tenet Panor. post Doctores in. c. tua nobis. col. 3. nu. 10. de decim. reputās id notabile. est etiā gl. in verb. tributa. in. c. decimæ. 16. q. 1. singula. secundùm



cundùm Ludoui. Roma. singul. 254. incipien. An sit locus compensationi. Didac. del Castillo. in. l. 64. Tauri. fol. 194. col. 1. versi. Adde fallit in causa.

Successiuè dubitatur de tali quæstione. Rusticus collegit quindecim corbes tritici vel vini, vtrum iste rusticus, soluta iam decima de decem, teneatur etiam de quinque remanentibus soluere? Glo. in cap. quadragesima. verb. dies. ad finem. & verb. anni. de consecr. distinct. 5. determinat quòd non. Probatur: Nam nomen decimæ non habet locum in quinque, ergo nec præceptum decimæ. cui etenim competunt verba legis, debet & eius dispositio competere. l. 4. §. quoties. ff. de damno infecto. l. 1. §. si ager. ff. si ager vectig. vel emphyte. peta. latè Hippoly. in. l. qui falsam. nume. 56. ff. de falsis. ¶ Confirmatur ex sententia Bart. in. l. ita autem. in prin. ff. de admin. tutor. Vbi inquit stante lege, qua cauetur vt nomino gabellæ soluantur tot pro libra denarij: si tamen illud, super quo contrahitur, vel quod colligitur, non ascendit libram, nullam ex eo deberi gabellam. Idem Bartol. in. l. 4. §. prætor ait. colum. fina. nume. 26. ff. de dam. infect. Cui etiam assentiunt ibi Angel. Imol. Paul. & Alexan. & Barba. in clemen. vltim. versicul. in glossa, in verb. statuimus. num. 46. de rescript. Ex qua doctrina declaratur lex. 2. in quater. gabellarum. ibi, *de cada diez maravedis vno.*

Venit tamē in dubium, de quibus sint decimæ soluendæ rebus? Respondendum q de omnibus siue ex prædio sint, siue ex pſonali industria quæsitæ, siue ex personis & prędijs mixtim. Probatur in. c. ex trāsmissa. de decim. vbi Cœlestinus tertiꝰ ait, Fidelis homo de omnibus, quæ licitè potest acquirere, decimas erogare tenet. Facit & illud, Honorabis Deum tuum de tuis iustis laboribus. Prouerb. 3. c. non est putanda. 1. q. 1. glos. in. c. decimæ. 16. q. 1. & Genes. 28. in fin. Cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Atqui totum dicit, nihil excludit. c. solitæ. de maio. & obedi. Per quā etiam autoritatem sacræ paginæ idem firmat Diuus Thom. 2. 2. q. 87. arti. 2. Florenti. 2. parte. tit. 4. c. 3. §. 3. col. 2. Hostien. in sum. huius tituli. §. de quibus. qui plura ad hoc & allegat & declarat iura. gl. per tex. ibi in dicto. c. decimæ. 16. q. 1. Andre. Hispan. in regul. decimarum. q. 10.

Ex qua theorica infertur deberi decimas omnium fructuum ex prædijs perceptorum, etiam non deductis expensis. c. cùm homines. & cap. nō est in potestate. & ca. tua nos. de decim. & ibi Bernard. Idem Bernat. in cap. pastoralis. eodem titul. Matthæ. de Afflict. in constitut. Neapolita. & regni Siciliæ. lib. 1. rubr. 7. num. 19. Anto. Capici. in decision. Neapolita. decisio. 20. vbi eptimè loquitur. Socin. in. l. fructus. colum. prima. ff. solu. matrimo. Andr. Tiraquel. de vtroque retract. libr. 1. titul. *de retraict linagier.* §. 15. gl. 1. vbi plura more solito huic rei commoda congerit in vnum. Est etiā l. 13. cum sequenti. titul. 20. parti. 1. In decima itaq; reali non deducuntur sumptus, sed de aceruo frugum est statim fructibus collectis soluenda. Hostien. eodem titul. §. & qualiter. S. Thom. 2. 2. quæstione. 87. artic. 2. ad. 4.

Subinfertur etiam omnem hominem soluere decimas personales teneri, doctor ex suo stipēdio aducatus ex patrocinio, mercenarius ex mercede. gl. in. c. decimæ. 16. q. 1. Ac similiter de omni artificio secundùm prædictam gl. Ex decima tamē personali quæ soluitur ex aliqua negotiatiōe seu artificio, primo loco deducuntur expensæ, secundùm gl. in. c. non est. de decim. per tex. in. c. pastoralis. eod. titu. & ibi Innocen. & alij. Socin. in. d. l. fructus. Bal. in. l. 1. C. de fructib. & liti. expēs. col. 1. glo. in. l. si à patre vel à domino. §. fructus. verb. de ductis expensis. ff. de petition. hæredi. & ibi Ang. Bald. & Alberic. Facit. l. 15. titu. 20. parti. 1. Sunt & aliqui doctores qui id alio modo in decimis prædialibus limitent, nempè in debita papæ. vt est gl. verb. taxationem. in clemen. si beneficiorum. de decim. Adde Anton. in cap. cùm homines. de decim. Aretin. in dict. l. fructus. colum. 3. ff. solu. matrimo. ¶ Quæro etiam sit ne de lucro iniusto decima soluenda? Videtur quòd non. Nam de male acquisitis eleemosyna non est facienda. iuxta illud, Honorabis dominum Deum tuum de tuis iustis laboribus. Diuus Augustin. in libr. de verbis Domini. Sanctus Thom. 2. 2. q. 32. articu. septimo. De iustis laboribus facite eleemosynas: nō enim corrupturi estis iudicem Christum, vt non vos audiat cum pauperibus, quibus tollitis: nolite velle eleemosynas facere de fœnore & vsuris. capit. nolite. 14. quæst. 5. text. in cap. ex transmissa. ibi, quæ licitè potest. vbi glos. de decim. l. 17. ibi, *Que ganaren con derecho.* titul. 20. parti. prima. Cùm igitur decimæ gentium sint tributa animarum. capit. decimæ. 16. quæst. prima. capit. tua nobis. de decim. de illicitè acquisitis non sunt dandæ.

Circa hæc tamen dicēdum dupliciter quid male acquisitum dici. Altero modo quia acquisitio est in se iniusta: putà quia fuit facta per furtum, rapinam, aut vsuram: quo casu bona acquisita restitutioni subiacent: non tamen prohibetur de eis eleemosynam seu decimas dare. Si tamen aliquis ager sit emptus de vsuris, tenebitur vsurarius decimas de fructibus dare: non enim illi fructus sunt ex vsura, sed Dei munere. Sanct. Thom. 2. 2. q. 87. articulo. 2. ad. 2. Facit quia res ipsa transit cum suo onere decimarum, cap. cùm non sit in homine, & c. pastoralis. de decim. l. 26. tit. 20. parti. 1. Cùm igitur ratione prædij soluantur huiusmodi decimæ, meritò etiam & Iudæi ad earum solutionem compelluntur,

Universidad de Deusto Biblioteca



pelluntur.c.de terris.de decim. Ideo etiam petuntur decimæ à conductore, seu locatore.c.à nobis. eod.titulo. Sic etiam à nudo possessore. Quod inquam, ne ex verbis. S. Thomæ argumentum posse sumi existimes, quòd vsuræ dominium in vsurarium transeat. ibi, tamen si aliquis ager. &c.in dicto articu.2. De qua quæstione agit ipse in.2.2.q. 78, articu.3.& in opuscul.73, cap.5.fol.325. vbi probat dominium vsuræ in vsurarium minimè transferri. tenet Alexand. Alens.3.parte.quæstione.36. quæstio.66.membro.3.&.4. Conradus de contractibus.libr.1.quæst.15.versi. Corolarium tertiæ & quartæ conclusionis.& quæst.23.versic.ad decimã tertiam.& quæst.69.versi.quarta suppositio. Angel. Clauas.verb.vsura.2.num.18.tenet Ioan.Methymn.in.4.senten.in codice de restitutione.vbi agit de vsura.§.in tertio argumento.fol.mihi.148. Et est verior secundùm Gabriel.distinctiõe.15.in dict.4.senten.notabi.3. Et est cõmunis theologorum & canonistarum secũdùm Syluest.verb. vsura.6.q.1.quanquã contrariã dixerit cõmuniorem Archiep.2.parte.tit.1.c.8.§.17. dicens trãsferri dominiũ in vsurariũ, quanuis competat repetitio.& Adrianus in.4.sentent.§.ex his alia oritur quæst. fol.59.vbi refert sanctum Thomam in.4.dist.15. q.2.art.4.qui tamen ei minimè suffragatur: loquitur enim Sanctus Doctor secundùm opinionem aliorum, quam ipse non approbat. Citat etiã Gandau.quodlibe.4.q.27. Addendus etiam ad hoc est Collectar.in.c.cùm tu.col.2.nu.11.versi. Sed nunquid dominium vsurarum.de vsuris.

Hanc tamen ipse opinionẽ vltimo loco citatam intelligerẽ, p̃cedere in rebus suaptè natura vsu cõsumptibilibus: qualia sunt triticum, vinum, pecunia, atq; aliæ res id genus in pondere, numero, & mensura cõsistentes, quæ recipiunt in suo genere functionẽ.l.2.§.1.ff.si cert.peta. in istis etenim dominium transfertur, si permista & commista sint. l.nam & si fur. ff. si cert.peta.l.si alieni. ff.de solutio. Secùs tamen est in rebus immobilibus nõ consumptibilibus modo suprà dicto: obligatus enim ex delicto ad rem aliquam restituendum, non est dominus.l. siue manifestus. ff. de condictio.furti. quæ lex in fure loquitur, At vsurarius improbior est fure. Conrad.de contract.libr.2.q.48. col.6.in quo casu loquitur sanct. Thom. vel si ex pecunia conquisita vsuris emptis sit emptum: non tamen res ipsa data ratione vsuræ.

Altero modo res malè acquisitæ dicuntur, si ex turpi causa, sicut ex meretricio, histrionatu, atque alijs id genus acquiruntur, in quibus dominiũ acquiritur, nec restitutioni subiacent. De quibus dominii soluere decimas in modum aliarum personalium decimarum tenẽtur: Ecclesia tamen eas recipere non debet, quandiu in peccato soluturi fuerint, ne peccatis eorum cõmunicare videatur. Sed postquàm eos iam pœnituerit, poterũt & decimę percipi. Ita S. Thom.2.2.q.87.art.2. Estq; de mente eiusdem.2.2.qõ.32.articu.7.ad.2.glo.in sum.14. quæstio.5.

Confirmatur ex sentẽtia gl.in.c.ex transmissa. de decim. quæ notabilis est secundùm Panor. ibi. nu.3. quam etiã sequitur Hostien. Dicunt etiã notabilem Io.Andr. Cardin. Anchar.& Rauenna. ac eam ibi sequũtur. Quæ semper allegatur ad id, nẽpe an & quando de illicitè acquisitis sit soluenda decima, vel fieri posit eleemosyna. Præposi. Alexand.in rub.de dona.inter vir.& vxor.nu.2. Ioã. Lup.in repe.rubr.eiusdem titu.§.40.col.3.nu.16. & Guid.Papa in.l.cùm te.C. de condict. ob turp. causam. ordinaria secũdũ Ias.in.l.4.§.sed quod meretrici.nu.1.ff. de condi. ob turpẽ causam. Matth. de Afflict.in constitutioni. Neapoli.libr.1.rub.7. nu.17. Hostien.in sum. de decim.§. de quibus rebus.optima.l.12.titu.20.parti.1.

Quæ omnia sunt & de personalibus, & de realibus atq; de prædialibus decimis intelligenda, vt, scilicet, quiuis possessor eas secundũ prædictos doctores.&.l.12.titu.20.parti.1.soluere teneatur.

His sic de decimis prælibatis, discutiamus iam & materiam primitiarum, quæ iuris sunt diuini, vt iam suprà ostensum est, cùm decimas esse iuris diuini probauimus. Facit illud Exod.13. data lege primogenitorum.& infrà. Erit quasi signum in manu tua. Et Deuterono.26. Tolles de cunctis frugibus tuis primitias. Facit text.in.c. decimas.§. oportet.16.q.7. vbi habetur, Oportet decimas & primitias, quas iure sacerdotum esse sancimus. gl. per text.ibi.verb.primitias.in.c.1.13.q.1.tex.in.c. reuertimini.16.q.1.S.Thom.2.2.q.86.arti.4. Hostien.in sum.de decim.§.fin.versic. Septimodecimò quæro.c.præter hoc.32. distin.tex.in cap.1.de decim.l.1.&.2.titu.19.parti.1.

Primitiæ etiam sicut & decimæ parocho de iure debẽtur.tex.in.c.doctos.&.c.moderamine.16.q. 1.Hostien.in loco proximè citato.l.5.tit.19. part. 1. vbi habetur posse primitiarũ debitum soluere recusantem, sicut & decimas negantem, per censuram ecclesiasticã compelli. Facit tex.cũ glo.verb. separentur.in ca.præter hoc.32.distin. qui probat posse non soluentes decimas excommunicari.

Est tamen quæstio, Vtrùm sit certa quota primitiæ? Dic q̃ nõ.c.1.de decim. Hostien.& Thom. locis præallegatis.l.3.titul.19.parti.1. At in hoc consuetudini standum est, quæ dubiorum est interpres optima.l.diuturna.&.l.cùm de cõsuetudine. &.l.si de interpretatiõe.ff.de legib.c.cùm dilect⁹. de consuetu.tex.cum gl.in.l.4.tit.19.part.1.quanquàm Hostien.in.d.§.vltim.ad fin. standum esse dicto Hieronymi dixerit. Quòd autem consuetudini



[dini] fletur, probatur ex Anchar.nu.11.in.c.certificari.de sepulturis. Maximè quia interpretatio magistrorum in primitijs dandis aduertitur.c.1.& ibi gl.de decim. Sed consuetudo est maioris virtutis, cùm sit lex à fortiori igitur cõsuetudini stabitur. Confirmatur vlterius. Nam vbi à lege non est pœna imponenda pro delicto sancita, relinquitur arbitrio iudicis.c.de causis.§.fi.de officio delega.l.1. §.expilatores.ff.effracto.& expilato.ibi, Quibus nulla specialis pœna rescriptis imposita est: idcirco causa cognita liberum erit arbitrium statuendi ei, qui cognoscit. At vbi iam pœna est à consuetudine declarata, cessat arbitrium iudicis: eritq; pœna consuetudinis, non arbitraria imponenda. l. si quis reum. ibi, ac nec consuetudo ostenditur, quæ certam formã habeat.ff.de custod.& exhibi.reor. Panor.col.2.nu.7.in.c.licet. de pœn. Felin.in allega.c.de causis. Ioan.Bernar. episcopus olim Calagurritanus.in praxi.canoni.crimin.verb.consuetudinarijs cap.137.

Septimò quæri potest, Sitne ius patronatus spirituale, an spiritualibus annexum? In qua quæstione inquit text. in c. quanto. de iudic. causam iuris patronatus ita esse connexam, & coniunctam spiritualibus causis, vt nisi ecclesiastico iudicio nequeant definiri. Vnde constat nõ esse ius spirituale, sed annexum spirituali. secundùm glos. ibi. per tex. in c. de iure. de iure patron. Ioan. Turrecrem. in c. piæ mentis. nume. 3. 16. q. 7. Singulariter Roman. consi. 368. incipien. Præsens consultatio. Frãcisc. Balb. de præscrip. 1. parte. 5. princip. q. 9. nu. 1. fol. 67. in 3. volum. tract. Ripa in rubri. de iudi. nu. 60. Selua. de beneficio. q. 7. 1. partis. Syluest. verb. ius patronatus. quæst. 5. Vnde fit, vt ius patronatus per se vendi nequeat: eo quòd spirituali sit annexum: transit tamen in consequentiam cum vniuersitate. c. cùm seculũ. & c. de iure. de iure patrona. glo. in l. in modicis. ff. de contrah. emptio. Magist. secũdùm Thom. Parpali. in l. 2. colum. 27. ff. solut. matrim. Adde omnino Rochum de iure patrona. verb. ipse velis. q. 22. cum sequen. & Richar. de Mediauill. in 4. distin. 25. arti. 3. q. 3. qui mouet quæstionem, vtrùm in emptione, vel venditione annexorum spiritualibus simonia committatur.

Octauò moueo quæstionem, Vtrùm cõfiscatis bonis patris ab Imperatore, vel Rege, etiam propter crimen læsæ maiestatis: censeatur in consequentiam ius patronatus etiam confiscatum: an trãseat in filios, vel agnatos, vel ecclesiam: cùm spirituale sit, beneficioq. Papæ, non principis secularis concessum? Cui dubio respondẽdum videtur, quòd non. Probat Syluest. verbo, ius patronatus. quæst. 5. particula. 6. Ioan. Igne. in repet. l. necessarios. §. non aliàs. numer. 462. ff. ad Syllania. Quæ opinio æquior est secũdùm Rochum de Curte. de iure patrona. verbo, ipse velis. numer. 65. q. 29. vbi tam pro ista, quàm pro cõtraria parte plurima adducit. Tenet etiam suprà dictam opinionẽ Ioan. Sainson. in constitu. Turonen. fol. 404. art. 3. col. 1. versicu. ad ius patronatus. per glos. verbo, subiectæ. in clemen. pastoralis. de re iudic. quam adhoc dicit celebrem Cassane. in consuetu. Burgund. rubri. 2. §. 2. nume. 7. qui etiam in hanc videtur se declinare partem: siquidem neutram elegit illarum, sed hanc vltimò loco retulit.

Contrarium tamen, imò quòd ius patronatus transeat ad fiscum, vel saltem ad ecclesiam, vt maneat libera, censeo verius. secundũ Deci. in c. quãto. num. 7. de iudic. Cæsarem Lamberti. in tracta. de iure patrona. qui in hac ardua difficultate plures refert opiniones. libr. 3. artic. 8. 8. quæst. principal. quem vide Ioan. Lup. de Pala. rub. in rubri. de donatio. §. 39. colum. 2. nume. 7. Bernard. Diaz in praxi. canoni. crimin. c. 124. Crederem itaq; istam opinionem esse veriorem, & tenendã. Ratio, quia ius patronatus transit ad hæredem extraneum. c. 1. de iure patrona. ergò & ad fiscum. Ea enim quæ extraneis acquiruntur hæredibus, & fisco applicantur. glo. magn. in l. diui fratres. ff. de iure patrona. Hanc etiam quæstionẽ tetigit August. ad Angel. in tracta. de maleficijs. verbo, & eius bona. nume. 17. Nihil tamen decisum reliquit. glos. in c. filijs. 16. quæst. 7. Constituatur ergo ius patronatus ea conditione, vt ad fiscum venire non posit, sed in suos hæredes, & descendentes. Quanuis igitur possessor delictum committat, ius patronatus tamen transitum faciet in successorem.

Nonò mouetur talis quæstio, Quidam instituit capellam: voluitq; ad eam venire agnatum in sacerdotio cõstitutum, atq; in eius defectum curam parochialem. Elapsis annis duobus, apparuit quidam clericus, qui secũdùm institutum fundatoris preesse debebat capellæ: dubitatur, Vtrùm expulso parochio, qui ei præerat, & non apparẽte qui legitimè præesset, institutus fuerat, debeat capellæ præesse? Cui dubio respondendum censetur, vt in facti contingentia simili quæstiõi respondi, quòd non. Debet etenim illã capellaniã cura parochialis habere pro toto vitæ suæ tempore. Probatur. Quãdo enim actus perfectè consummatus est, nõ debet effectus per cessationẽ causę retractari. l. sancimus. C. de administ. tuto. l. Deo nobis. §. his ita. versi. quod si fortè. C. de episc. & cleri. gl. in l. si captiui. verb. habere ratũ. eo. tit, Bar. in l. Titia. §. Imperator. nu. 10. ff. de leg. 2. Ludou. Gomes. in §. fuerat. nu. 53. Instit. de actio. Capellania igitur habita, deficiente, vt prædiximus, agnato, non debet à cura parochiali, qui ei præest, auocari.

Præterea quãdo aliquid suum ꝑduxit effectũ ratione causæ, quæ tũc vigebat: non tamẽ, & si postea cesset causa, cessat effectus. l. fin. ff. de solutio. Tiraq. in repe. l. si vnquam. verbo, susceperit liberos. num. 155. C. de reuoc. donatio.

Probatur etiam. Quia feudũ semel in fœminã ob defectum masculi translatum, nõ poterit post ab ea propter superuenientem masculum auocari. Ioan. Lup. post Bal. in loco ibi ab eo citato in rep. rubr. de dona. inter vir. & vxo. §. 69. nu. 33. Ex quo enim agnatus à principio fuit exclusus, ꝗ sacerdos nõ erat, semper censet exclusus durãte vita ipsius electi: nec curatus est à capellania remouendus.

Præterea curatus venit ex fundatoris vocatione, propter defectum agnati non habentis qualitatem sacerdotij: habuitque curatus qualitatem, quæ intuenda est, tempore collationis: licèt postea peruenerit ad casum, à quo incipere non potuit: lege. si Gaudentius. C. de contrahenda emptione: quæ probat actum in sui essentia semel ab-



mel absolutũ, & perfectum nõ vitiari, licèt perueniat ad casum, à quo nõ potuit initiũ accipere. Sufficit igitur prædicta qualitas eo tempore, quo collatio suum sortiebatur effectũ. Bart. in l. ex facto. ff. de vulga. Ripa in c. inter cæteras. num. 15. de rescrip.

uan succeder en su derecho[a]. Ordenamos, y mandamos, que todos aquellos

¶ Confirmatur etiã pulcherrimo dict. Pau. Castren. in l. fi. §. fina. nu. 1. C. de indict. viduitate tollend. sic dicentis. Pone, quòd castrum relinquatur mulieri, si efficiatur vidua. Euenit, quòd maritus moritur: mulier ad secũdas nuptias conuolat, an legato priuabitur. Vbi ipse determinat, quod nõ. Vt enim ipse dicit, sufficit condictionem semel esse impletam, licèt nõ duret. l. si quis hæredem. C. de institu. & substitu. Istam Paul. sententiam reputat insignem. Ioan. Sainson. in constitu. Bituricen. fol. 301. colum. 3. arti. 28. ad finem. Quod est mirabile, ac perpetuò memoria tenendum. Sed sic, quòd tempore, quo prædicta capellania vacauit, nullus erat agnatus cum qualitate in fundatione posita: ergo cura parochialis in eius defectum constitutus, non debet ampliùs à capellania remoueri: si quidem fuit condictio ob defectum agnati semel impleta.

Confirmatur etiam. Nam actus validus semel ratione institutionis secutus non inualidatur, etiã si possessor præsentandi, vel eligendi iure priuetur. c. consultationibus. de iure patro. & c. cùm olim. de causa possess. vbi dixi. c. querelam. de electio. Ioan. Nicol. Delphina. in lib. 2. flor. iuris patrona. q. 12. & 13. Ex quibus istud fundamentum, aliasque nonnullas poteris colligere rationes.

Vlteriùs etiam confirmatur ex tex. in l. vnica. ff. si tabulæ testam. extab. ibi, Nam & si mortis tẽpore tabulæ fuerint, licèt postea interierint, cõpetet bonorum possesio: quia verum fuit tabulas extare. Accedat his doctrina Bar. in l. miles. §. quę rebatur. ff. de adulter. vbi matrimonium contractum cum impubere cessat per secundum cum pubere: etiam si pubes decedat, & impubes efficiatur maior impubere mortua: non enim per hoc conualidatur, cùm semel per secundum matrimoniũ cessauerit. Facit ad hoc, quod notat Capel. Tolosan. decisio. 459. nempe, quòd si filia dotata semel fuit exclusa, eo quòd tempore mortis patris extabat filius masculus: etiã si deinde filius moriatur, filia tamẽ semper exclusa manebit, per nota. Bar. in l. fina. ff. ad Tertullia. probatur etiam ex nota. quæst. tradita à Pan. in c. suggestũ. nu. 5. de decim. cui adde Felin. in c. cum olim. nu. 16. de re iudi. & l. 12. Taur. si ergo ius semel quæsitum naturali filio non tollitur per superuenientiam legitimorũ ex legitimo matrimonio post legitimationem factam à principe nati ingredi, in specie proposita, ad idem conducunt, quæ adducit Deci. consil. 31. nu. 5. lib. 1. Ex quibus euidenter constat, semel legitimè, & iuridicè electum ad capellaniã esse præferendũ, non obstante qualitate superueniente cognato. Quod tamen limita, & intellige, si talis curatus capellaniæ præfectus posit eius administrationem gerere, eique sine aliquo impedimento alterius seruitij ecclesiastici seruire. Nemo enim duobus dominis, respectu eiusdem temporis, & causæ, seruire potest. vt patet in capitul. tolle. de pœnitent. distinctio. 2.

a ¶ *Deuan succeder en su derecho.* Ius patronatus transit ad hæredes quoscunq; c. considerandum. 16. q. 7. cap. 1. cap. quoniam. & cap. ex literis. de iure patrona. c. significauit. ibi, Vel eorum hæredibus. de testib. clem. Plures. & ibi glos. verbo, hæredes. de iure patrona. Deci. in l. si maritus. nu. 2. C. de collatio. Philipp. Corne. consi. 47. incip. Præsenti consultatione. col. 1. num. 1. lib. 3. glo. in c. piæ mentis. 16. q. 7. Calcan. consi. 74. num. 8. Alex. in l. quanuis. col. 2. nume. 4. ff. ad Trebellia. Ias. in l. prima. nume. 71. ff. de legat. 1. & in l. venia. nume. 2. C. de in ius vocan. Quorum opinio communis est, teste Couarru. lib. 2. Variar. resolu. c. 18. num. 6. l. 8. & l. 12. titul. 5. parti. 1.

Est tamen dubitabilis quæstio, Vtrùm filijs patre patrono viuente competat simul ius patronatus? Dicẽdum est, quòd non. Non enim eis ius patronatus vt filijs cõpetit, sed vt hæredibus: adhuc ergo patre superstite non competet eis ius patronatus. l. 2. §. interdum. ff. de vulgar. & pupil. ibi, Improbum esse Iulianus existimat eum, qui solicitus est de viui hæreditate. l. 1. §. si impuberi. ff. de collatio. bono. Est etiam & alia ratio, quare ius patronatus non competat filijs: nempe, quia si competeret, pater præsentare solus non posset: diminueretur itaque ius patris. Cardina. in clement. Plures. de iure patro. Fortun. Garci. in repeti. l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 79. ff. de liber. & posthu.

Est & alia quæstio, Vtrùm ius patronatus trãseat ad fideicommissarium? Huic dubio negatiuè respondendum est, nempe, quòd non. Bar. Alberi. & Alexand. in l. quia perinde. ff. ad Trebellian. Bald. in l. cùm virum. nume. 21. C. de fideicommiss. & in l. fina. num. 48. C. de edict. diui Adri. tollen. Imol. in l. si patroni filius. vltim. notab. ff. ad Trebellian. & ibi Alexand. quæst. fin. dicit hanc communem opinionem. Rochus Curti. in tracta. de iure patrona. verbo, ipse vel is. quæstione. 9. num. 21.

Alexan.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Alexand.in.l.Centurio.num.44.& ibi Lancelo. Gallaud.nu.122.ff.de vulgar.& pupillar.

Posset tamen quis eleganter obijcere, Nonne ius patronatus per.c.cùm seculum,&.c. ex literis. de iure patron. transit.cum vniuersitate bonorũ? Fateor. Non tamen sequitur, Ergo transit in fideicõmissariũm. Patet, Quia iura sepulchrorũ transeunt cum vniuersitate, l.quædam. ff.de acquiren. rer.domin. & tamen non transeunt in fideicommissum: vt est tex.in dict.l.quia perinde.§.1. ff.ad Trebellia. Restituta, inquit, hæreditate, iura sepulchrorum apud hæredem remanent. l. si quis fuit hæres. ff.de religio. & sumptib. funer. l. si patroni filius.ff.ad Trebellia. Ratio est, quia in fideicommissum ea solùm transeunt, quæ ad hæredes tanquã ad hæredes pro hæreditarijs portionibus trãseunt: non autem ea, quæ transeunt ad hæredes, qa hæredes. Paul.de Calt.in.l.qa perinde. ff.ad Trebellian. Si tamen replices, contrà, Ea, quæ transeunt in extraneos hæredes, transeunt etiam in fideicommissarium. Respondetur argumẽto id esse verum, quãdo transeunt in extraneos hæredes tanquam hæredes: secùs, si quia hæredes: per prædicta: Quæ communis est opinio, secundum Philipp. Deci.in.l.precibus.colum.13.versic.sed istud simile.nu.22.C.de impub.& alijs subst itu.

Dubitatur etiam, Vtrùm in diuisione hæreditatis possit iudex vni ex plurib us patronis adiudicare ius patronatus? Ioan. Andre. & Panormi.num. 3.in.c.querimoniam.de iure patrona. post Hosti. in summa.de iure patrona,§.qualiter.versi.nouus hæres.tenent, quòd non. Rochus Curti.de iure patrona.versic.ipse vel is.num.26. Gregorius Lopez in.l.12.verbo, *partur*.titul.15.parti.1. Quorum opinio communis est: quanquam Anchar.in dicto.c. querimoniam.colum.fina.num.6.contrarium voluerit, eo ductus fundamento, q, scilicet, ecclesiæ sit vtiliùs habere unum patronum, quàm plures, qui rem communẽ plerunq; negligunt.l.2.C. quãdo & quibus quarta pars debea.libr.10. Potest igitur adiudicari vni ius patronatus. Respondeo tamẽ, quòd ex quo iura plures esse patronos patiuntur per dict.clemen. Plures. id tamẽ debet pati iudex, nec debet esse clementior lege. At nec istud videtur concludens fundamentum. Nam ecclesia multitudine patronum potiùs leuatur, quàm grauatur: eo quod plures habet defensores.c.filijs.16. quæstio.7.dict.l. 12. ibi, *E non se deue tener la yglesia por agraviada en tener muchos patronos, ta quantos mas fueren, tanto mas sera mejor guardada è amparada de ellos*.titu.15.parti.1. Forte tamen dictum Anch. posset habere locum, quando aliqua villa adiudicatur vni in diuisione, in qua esset ius patronatus, non habita ratione æstimeturne valor iuris patronatus, vt hoc respectu plus alij adiudicetur hæredi. argum. cap.ex literis. de iure patrona. Nota obsecro istam decisionem, quæ optima, ac.1.actu practicò sæpe contingibilis est.

Mouere iuuat & aliam non minùs vtilem quæstionem, Competatne ius patronatus hæredibus in stirpes, an in capita? Respondetur, In stirpes: tex.nouus,& singularis in clemen. Plures. de iure patrona. Rochus Curti. de iure patron. verb. ipse vel is.q.2. Ratio tamen dubitandi in hac decisione, quæ nimis antiquos laborare fecit, ea potuit esse, nempe, quòd ius patronatus est ius, & consistit in iure. vt patet in rubr. de iure patron. Iura tamẽ indiuidua sunt, quia tangi nequeunt. At quæ non tanguntur, incorporalia sunt. l.1.§.quædam. ff. de rerum diuisi. ibi, Incorporalia sunt, quę tangi non possunt: qualia sunt, quæ in iure consistunt. §. corporales. Institu. de rebus corporal. & incorporali. Sed incorporalia indiuidua sunt, neque pro partibus capiuntur. l.2.§. & harum. ff. de verbo. obliga. Atq; ideò res indiuidua omnibus in solidum actiuè, ac passiuè competit. dict.l.2.§. ex his. &.§. item si in facto. & l.4.§. Cato. &.l. in executione. §. qd si stipulatus. ff. de verbo. obligatio. Cùm igitur ius patronatus sit quid indiuiduum, consequens est, vno exempto rebus humanis, apud reliquos in solidum remanere ius in capita. Quare minùs iuridicè videtur per prædictam clemen. contrarium dispositum: nẽpe, quòd plures loco succedãt vnius. Arbis non obstãtibus, dispositio eius iuridica est: nam ratio, quam ad id decidendum habuit, æquitas est, quæ rigori præfertur. l. placuit. C. de iudic. l.1. ff. de institor. actio. Iniquum etenim numis esset, vt patronus, qui solùm vnam viuus vocem habebat, plures voces in suos transferret hæredes: tot, scilicet, quot hæredes instituer et. cõtra tex. in l. traditio. ff. de acquirend. rerum domin. Per hoc enim essent fraudati cõsilio, vel saltem reipsa compatroni superstites: quorum voces in consequentiam extenuarẽtur sine facto ipsorum propter maiorem numerum vocum dictis hæredibus competentium. Quod absurdum esset, & contra text. in l. venditor. §. constat. ff. communi. prædiorum. l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. Est etiam huius alia ratio, nempe, ne detur occasio viam fraudibus cõtra patronum superstitem aperiendi. Alioquin enim posset patronus instituere plures hæredes, qui si plures in præsentatione voces haberent, faciliter absolueretur ius præsentationis patroni superuenientis. ex mente gloss. magnæ in dict. clemen. Plures. vbi Cardina. quæstio. 4. quam omnes sequuntur, teste Roch. de iure patrona. in verbo, ipse vel is. quæst. 2. nu. 4. ¶ Est & alia tertia ratio, nempe, quia hæres repræsentat personam defuncti. Si tamẽ quilibet hæredũ vocem haberet in capita, repræsentaret vnusquisque vnum defunctum in solidum: quod iniquum esset, imò falsissimum. Proinde succedunt in stirpes, nõ in capita.



Ex quibus infero intellectum, ac veram decidẽdi rationem ad authen. cessante. C. de legitim. hæred. & ad. l.5. tit.15. parti.6. & ad. l.8. in ordin. Tauri: vbi plures filij fratris patruo defuncto succedũt vnà cum viuo in stirpes, & non in capita. Ratio mentalis, & potissima ea est, quia veniunt iure sui patris, qui, si viuus esset, illud ius in bonis fratris, & patrui eorum haberet.

Alia etiam, & quarta ratio põt assignari, Quia, scilicet, fictio non potest plus operari, quàm veritas. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapi. At in rei veritate vnus erat patronus defunctus: per fictionem igitur in hæredum persona non possunt esse plures, sed omnes defunctũ vnũ repræsentabunt. Fictio præterea nõ fit, nisi ex æquitate. l. postlimi nium. in prin. ff. de capti. & postlim. reuers. Aequitate igitur cessante, & fictio cessare debet. l. qui in vtero. ff. de statu homi. Bart. in dicta. l. si is qui pro emptore. 2. oppositione. 1. partis. & in. q. 6. Sed fic est. q, si hæredes cum patrono in solidum, & non in stirpes succederẽt, iniquitas potiùs, quàm æquitas militaret. Meritò igitur cessat successio filiorũ in capita.

Quærere etiã libet, Vtrũ dispositio dict. clem. Plures. in collateralibus patronis succedẽtibus locum habeat? Cardin. ibi col. 1. tenuit, q, non. Eius tamen salua pace, tenendum est contrarium, imò q, sic, cum Roch. de Curte. verb. ipse vel is. q. 2. nu. 3. Tum ex rationibus suprà dictis. tum etiam, quia omnes collaterales succedentes vni ex patronis lo co vnius habentur, ac vnam tantùm vocẽ habent, tanquam descendẽtes: tum etiam ex generalitate tex. in dict. clem. Plures. tum etiam ex rationibus assignatis à me superiori quæstione, quæ ita militant in collateralibus patronis succedẽtibus, vt in descendẽtibus. Eadem igitur in vtrisq; debet esse dispositio. c. translato. de consti. l. fin. C. de consti tu. pecuni. l. à Titio. ff. de verb. oblig. l. illud. ff. de acqui. hæred. Nota tex. in. c. cùm dilecta. ibi, Eiusdem æquitatis similitudine prouocati &c. ca. 3. de regul. iur. lib. 6. cum similibus.

Quæramus etiam, Vtrùm eodem modo procedat in pluribus hæredibus succedentibus ab intestato, quo, si succederent ex testamento? Respondendum est, procedere. Omnes etenim vnius habentur loco, habentque solùm vnam vocem propter identitatem rationis, de qua suprà. Tenent Anchar. Imol. & omnes in dict. clem. Plures. Curti. in dicto tracta. verb. ipse vel is. q. 2. num. 5. quæ communis est opinio.

Quid autem respondebitur, Si res ad plures veniret, & in consequentiam ius patronatus ei annexum per viam contractus, venditionis, vel donationis? glo. verb. relicti. in dict. clem. Plures. tenẽt eandem decisionem habere locum. Idem fatentur ibi Cardina. Imol. & alij. Atque est cõmunis opinio, secundùm Curti. de iure patrona. verbo, ipse vel is. quæst. 2. num. 5.

Notãter etiam quis quærere posset, dato quòd verum sit, plures ab vno descendentes in patronatu succedere in stirpes, & non in capita, haberiq; vnius loco, per dict. clem. Plures. de iure patro. & ibi Panor. Cardi. & reliquos. & Roch. de iur. patr. verb. ipse vel is. q. 2. debetne præferri præsentatus ab altero & patronis superstite ei, quem octo ex decem, qui successerant alteri patrono, præsentarunt: reliquis tamen duobus eundem præsentantibus, quem patronus superstes, cùm reliqui octo non habeant, nec vnam integram vocem? An erũt pares ab vtrisq; præsentati, quasi quilibet habeat vocem integram? In hac quæstione Cassado. in decisi. 2. titu. de iure patron. asserit esse locum gratificationi, ex eo, q, data paritate meritorum, habent æquale ius: alias magis idoneus est præferendus. Quãdo autem sit gratificationi locus, videas omnino Andr. Tiraq. de iure primogeniorũ. 17. q. in 2. opinione. nu. 1. cum pluribus sequentibus.

Pulchra etiã est quæstio, Vtrùm illegitimè natis competat ius patronatus? Hanc discutit quæstionem in vtranq; partem elegãter Curti. in dicta tracta. verb. competens. q. 2. nu. 6. cum pluribus sequen. tetigit. Præposi. in. c. lege. num. 16. distin. 10. Pro cuius declaratione subdam aliquas assertiones. Quarum prima sit.

Filius illegitimus etiam naturalis, nõ est admittendus ad ius patronatus patris. Quod hodie communiter tenetur, & practicatur secundùm Cæsar. Lamberti. de iure patron. 26. art. 2. quæst. princip. 2. partis. 1. libri. nu. 2.

Secunda cõclusio. Quãdo consanguinei ad ius patronatus vocantur, non veniunt illegitimi. Ratio, quia illegitimi non sunt consanguinei. Anto. de Butrio in. c. per venerabilẽ. qui filij sint legit. Alex. in. 1. ex facto. §. si quis rogatus. col. fi. nu. 56. ff. ad Trebel. Nec dicũtur esse de domo patris sui. Bal. in. l. fina. C. de verb. signi. Si igitur in fundatione appositum est, vt ij venirent, qui essent consanguinei, ac de parentela, non venient prædicti bastardi, & illegitimi. Ita firmat expressè Rochus Curti. in tracta. de iure patro. verb. ipse vel is. q. 2. num. 13. Cæsar Lamberti. de iure patro. 27. artic. 2. q. princip. 2. partis. 1. libri. fol. 129. col. 3.

Tertia conclusio. Legitimatus per subsequens matrimoniũ, verè legitimus est, veniet q; cum alijs ad hæreditatem, ac ius patronatus ipsius patris. Probatur. Nam iste talis verè legitimatus est quo ad quoscunque effectus: etiam ad consequendos quoscunq; ordines ecclesiasticos. glos. in. c. tanta. qui

Universidad de Deusto
Biblioteca



qui filij sunt legiti. Quam ibidem singularem asse runt Panor. & Raue. Notauit Archidi. in. c. Osius. 56. distinct. Guillel. Bened. in. c. Raynutius. verb. & vxorem nomine. num. 385. de testam. Quorum opinio communis est, teste Deci. consil. 155. col. 2. nu. 3. Ac poterit talis legitimatus sine dispensatio ne in Episcopum eligi, secùdùm gl. in. c. innotuit. de electi. Boer. decisio. 159. col. 2. Quæ etiam communis est opinio secùdùm Philip. Deci. in. c. cùm in cũctis. col. 2. nu. 9. de elect. Admittitur etiam ad emphyteusim ecclesiasticá, quam pater habuerat, acsi esset ab initio legitimus. Imol. in. l. quod dicitur. ff. de verbo. obligat. Alexand. in dict. §. si quis rogatus. num. 18. & Ripa colum. 5. num. 47. &. 66. Paul. Paris. consi. 13. num. 43. col. 5. libr. 2. Quanuis ad hanc ecclesiasticam emphyteusim minimè sit admittẽdus filius rescripto Principis legitimatus, secundùm Bald. in. l. generaliter. §. cùm autem. C. de institu. & substitu. Cuius opinio communis est secundùm Iaſ. ibi. & Cæsar. Lamberti. de iure patrona. 29. arti. 2. q. princip. 2. partis. 1. libri. nume. 9. fol. 130. col. 1. verſi. & ad hoc facit septimò.

Quarta cõclusio. Legitimatus à seculari Principe quo ad bona, nõ censetur legitimus quo ad ius patronatus: quia est spirituale. Differit circa hæc plura pro vtraq; parte Cæsar Lamberti. vbi suprà. afirmatq; contrarium, imò quòd succedat, esse verum. Quòd forsan procedere posset, quãdo ius patronatus in consequẽtiam hæreditatis veniret. Vt quia villa aliqua sibi fuit assignata, in qua erat ecclesia. Non tamen ex eo solùm, quòd hæres est sine re. In hoc enim casu tantùm legitimi venient, secundùm legem canonicam, cùm sit successio in ius spirituale, vel ei annexum. c. quanto. de iudici. Adde Cæsar. Lamberti. vbi suprà. 28. arti. 2. quæst. princip. 2. partis. 1. libri. vbi tenet, quòd legitimatus à Papa succedit in ius patronatus, & non aliàs.

Quinta conclusio. Fundans ecclesiam de nouo aliquo ex modis, de quibus suprà, quibus ius patronatus acquiritur: etiam si sit bastardus, & illegitimus, consequitur ius patronatus. Probatur, quia hoc fuit in dultum, vt homines ædificarent, & erigerent ecclesias. Cessante tamen honore iuris retraherentur ab earum fundatione: quæ competit omni homini Christiano. c. piæ mentis. &. c. frigẽtius. 16. q. 7. Quæ etiã opinio fauorabilis est ecclesijs, & religioni, ergo amplectẽda. l. sunt personæ. ff. de religio. & sumpti. fune. Est etiã de mente Rochi de iur. patro. verb. competens. q. 2.

Quid erit autem iuris in meretrice? Dic eã etiã ex fundatione ius patronatus acquirere, ratione præmissa. Probat latè Curti. vbi suprà. nu. 3. & nu. 13. qui idem asserit de excommunicato.

Posset etiã dubitari, Vtrùm ius patronatus possit acquiri præscriptione, quẽadmodum alijs causis, de quibus in definitione diximus? Huic dubio tali conclusione respondendũ est. In ecclesia, quæ olim libera fuit, ius patronatus ecclesiastici acquiri non potest à laicis. Ita tenet Archidia. in. c. hortamur. 71. distinct. Ioan. Andr. in reg. quod alicui. de regul. iur. lib. 6. Cardina. in clem. Plures. q. 5. de iure patrona. & in. c. querelam. de electio. Vbi Panormi. dicit istam opinionem tanquam communiorem in practica fore seruandam. Idem Panor. in sua disputatione incipi. Augerio. col. 6. & in. c. causam quæ. & ibi Felin. col. 3. de præscrip. Curti. de iure patron. verb. ipse vel is. q. 36. Philip. Deci. in. c. cùm venerabilis. nume. 36. de exceptio. & in consil. 117. & consil. 124. & in consil. 134. Felin. in tract. quando literæ apostolicæ noce. patro. col. fi. Balb. in tracta. præscriptio. 1. parte. 5. princip. q. 9. Cæsar Lamberti. de iure patrona. 1. libr. 1. parte. q. 10. arti. 5. Quæ magis communis est opinio.

Hoc tamen est intelligendum in ecclesia, quæ verè apparet esse libera, nec à laicis est constructa nec dotata. Si tamen in dubio hoc sit, præsumendum est pro parochianis, & ratione possessionis, in qua se probant esse, & propter obsequia, aliaq; onera, quæ ecclesiæ ad vtilitatem eius parochiani quotidiè præstare solent. Quod ita patet ex Ioan. Andr. in dict. regu. quod alicui. & ex Panor. consil, 76. lib. 2. Bald. in dict. c. querelam. col. 4. de decim. ex Deci. consi. 117. & 134. qui in hoc casu fatetur esse veram. & communem opinionem Ioan. Andre. Eam etiam sequitur Brunell. de legato. q. 23. versicu. secunda est opinio. Quæ absque dubio magis communis est.

Laico etiam competit ius præsentandi: non tamen eligendi, nisi ad hoc speciale priuilegium habuerit. Papa enim laicum quantumuis inhabilem potest habilitare. Imol. in. c. dilectus. colum. 2. nume. 8. de præbend.

Item etiam populus, & parochiani poterũt ex præscriptione ius istud ad beneficia præsentandi clericos acquirere: vt patet in multis locis. Imol. in. c. querelam. nu. 5. de electio.

Dubitatur vlteriùs, Vtrùm possit laicus habere ius patronatus in hospitali, in quo sunt fratres in congregatiõe? Respondeꝰ, posse. secundùm Anto. & Imol. in. c. inter dilectos. per tex. ibi colum. 2. num. 4. de donatio. Quod est notandum secundum eos.

In ecclesia tamen collegiata nõ potest laicus habere ius patronatus, secundùm eundem Imol. vbi suprà. per text. in. c. nobis. de iure patrona. c. cùm cætera. &. c. sacrosancta. de electio. Eo enim ipso, quòd ecclesia collegialis constituitur, datur, & competit ipsi collegio ius eligendi sibi prælatum. c. 1. de electio. Quo ad honores tamen, & similia, poterit habere: non tamen quo ad præsentationem



nem prælati, vt declarat Panormi. & alij in dict. c. nobis. Cardina. in. c. suggestum. eodem tit. Curti. de iure patrona. verbo, in ecclesia, q. 2. Cæsar Lamberti. eod. ttacta. 1. parte. 2. libri. 5. quæst. princip. Alex. consi. 74. lib. 4. l. 1. titu. 15. part. 1.

Quid autem erit in alijs beneficijs eiusdem ecclesiæ collegialis: competetne ius præsentandi patrono laico? Dicendum est competere. Panor. in in. c. quod sicut, & in. c. sacrosancta. & in. c. ecclesia Vulterana. col. 3. de electi. Quæ communis est secundùm Imol. in. c. cùm dilecta. col. 2. nume. 4. de conces. præbend. Roch. de iure patro. in dicta q. 2. Cæsar. Lamberti. dict. artic. 3. q. 5.

Ius autem præsentandi prælatum ad ipsam ecclesiam collegiatam potest patronus laicus habere, si tempore constructionis, aut dotationis ecclesiæ id sibi ius ex Episcopi consensu reseruauerit, ac exceperit. Cardin. in clem. 2. §. fin. ad fin. de iure patro. Roch. Curti. dict. verb. in ecclesia. q. 2. & Lamberti. dict. q. 5. principal. col. fina. tex. in dict. c. nobis. ibi, De sua iurisdictione.

Poterit etiam præscriptiõe patronus laicus habere ius præsentãdi in ecclesia collegiali. Quo casu est admittenda opinio Ioan. Andre. quæ communis est, in dict. reg. quod alicui. Quod est optimum ad intellectum dict. c. nobis. ibi, De sua iurisdictione obtineat. Atq; ita competit Regibus Hispaniæ. De hoc infrà dicemus in. l. 2. in glo. 1.

Dubium tamen est, Quantum temporis ad inducendam præscriptionem requiratur in iure patronatus? Respondeꝰ, quòd in ecclesia libera requiritur titulus vnà cum quadraginta annis: eo, q; in hac præscriptione præsumptio iuris, & quidẽ grauis, ac specialis sit contra præscribẽtem. Panor. cõsi. 106. col. 2. lib. 2. Domini. consil. 123. col. 1. Alexã. cõsi. 75. col. 3. lib. 4. Bald. de præscriptio. 3. parte. 5. princip. q. 9. versi. tertia conclusio. Quorum sentẽtiam verã hoc casu reor, ac profiteor: quicquid Deci. cõsi. 134. col. 3. & Corne. consi. 47. col. 2. lib. 3. dixerint, asserentes in hac præscriptione titulũ non esse necessarium: eo quòd ius commune non resistit quasi possessioni præscribentis, cùm ius patronatus à laicis obtineri possit.

Vlteriùs, etiã dubitari posset, Vtrùm ius patronatus possit contra patronum alicuius ecclesiæ nõ liberæ præscribi? Respondendum est, posse aduersus primum, & verum patronum. text. in. c. cura. de iure patro. Cæsar Lambert. de iure patro. 2. parte. 1. libri. 11. q. arti. 1. Et tenent omnes doctores superiori quæstione relati, excepto Archid. quẽ defendit Panor. in dict. c. querelam. col. 4. de electi.

Quæritur etiam, Quãto tẽpore ius patronatus à laico aduersus alium patronum laicum præscribatur? Respondeꝰ, Quadraginta annis cum bona fide etiam sine titulo. Singulariter Frederi. de Sen. consi. 234. Sensit Bal. in. l. 2. col. 2. C. de seruitu. & aqua. Corne. consi. 47. incip. In præsenti cõsultatione principaliter. col. 2. nu. 5. lib. 3. Alex. cõsi. 75. col. fin. lib. 4. Deci. consi. 134. incip. Viso puncto, & pro tenui facultate mea. col. 3. lib. 1. Cæsar Lamberti. de iure patrona. 1. lib. 2. part. quæst. in arti. 5. Paul. de Citadin. in tracta. de iure patron. 6. parte q. 17. art. 3. Nec requiritur ad dictam præscriptionem longissimi temporis titulus, nisi quando ius commune resistit possideti. vt in. c. 1. de præscrip. libr. 6. Non resistit autem ius commune laicis habere ius patronatus in ecclesia, cùm ex eisdem causis regulariter quæratur ius patronatus laicis, ex quibus quæritur clericis. c. piæ mentis. &. c. frigẽtius. suprà citata. c. quoniam. &. c. quod autem. de iure patrona. Atq; ideò ius laico modo prædicto quæritur. Quanuis Domini. de sancto Gimini. cõsi. 123. col. 1. nume. 3. velit titulum, & quadraginta annos, vel immemoriale tempus requiri. Sunt & alij aliud sentiẽtes, nempe ius patronatus præscribi aduersus laicum patronum decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes. Ioan. Andr. & Domini. in. c. vnico. ad fin. de iure patrona. lib. 6. Flori. in. l. seruitutes prędiorum rusticorum. ff. de seruitu. Roch. Curti. de iure patron. verb. ipse vel is. num. 93. q. 36. versic. & ista conclusio. Quorum tamen opinio mihi non placet. Nam & si aduersus laicum decennij præscriptio procedat: hoc tamen locum nõ habebit aduersus ecclesiam, de cuius fauore semper agitur. Interest em eius sibi non mutari patronos.

Quæstio etiam non minus elegans est, Vtrùm possit à patrono ius patronatus in præiudicium filiorum, ac legitimorum hæredum renuntiari? Archid. in dict. c. vnico. de iure patro. lib. 6. & Alex. consi. 13. num. 10. lib. 5. tenent posse. Quod verum est in iure patronatus descendente ab ipso renuntiante. Secùs tamen est in eo, quod à genere descendit, transitq; ordine successiuo ab alio in aliũ possessorem: nam hoc casu prior in gradu sequentibus præiudicare non potest. glo. singula. in. l. peto. §. fratre. verbo, ex familia. ff. de lega. 2. quæ asserit, Quòd si res alienari prohibita cunctis de familia consentientibus alienetur, possunt illi, qui postea nascuntur, alienationem reuocare. Guillelm. Benedi. in repe. c. Raynutius. verb. & soboles quã gestabat in vtero. nu. 49. de testam. Nicola. Boeri. aurea decisio. 12. nume. 4. Hanc etiam sententiam tenent Anchar. & Franch. num. 4. versi. in gl. verbo, eidem. in dict. c. vnico. in prin. de iure patron. libr. 6. Carolus Molinæ. in additio. ad Alex. cõsi. 18. col. 2. libr. 5. Couarru. libr. 2. variar. resolu. c. 18. num. 10. qui reprobat Cæsarem Lambert. contrarium tenentem. Probatur etiam: Ius patronatus competit filijs, vel à ijs vocatis beneficio fundatoris. l.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ris.l.vnum ex familia.§.primo.ff.de lega.2. Successor igitur fundatoris non poterit reliquis præiudicare.l.si duobus.§.sinautem sub conditione. & in authen.res quæ.C.communi.de lega.& fidei commisis.

Offert se nobis & aliud dubium, Vtrùm in beneficij permutatione requiratur patroni consensus? Respondendum est, requiri.glo.communiter approbata in cap.vnico.de rerum permuta.lib.6. verbo, collationem. Negari enim nõ potest, quin beneficium vacet.cap.vnico.suprà proximè allegat. At in prouisione vacantis requiritur patroni consensus: aliàs enim irrita est ordinatio, & præscriptio.cap.decernimus.16.quæst.7.cap.ex insinuatione.& capit. penulti.de iure patrona. Adde Cassane.consi.17.nume.1. Requiritur ergo in permutatione patroni consensus.

Singularis etiam est hæc quæstio, Mulier habuit in dotem quoddam castrum, aut bonorum vniuersitatem, cui ius patronatus competebat: cũ quo castro, vel vniuersitate fuit ad eam ius præsentandi translatum: dubitatur vtri competat ius præsentandi. maritone, an vxori? Videtur, q̃ marito. Nam in ipsum trãslatum est ius, & fructus rerum dotalium. Sed ius patronatus competit ratiõe vniuersitatis: ergo & ius præsentandi competere debet.c.ex literis.de iure patrona. Prætereà rei vẽdicatio datur ratione dominij.§.omnium. Instit. de actio.l.in rem actio.ff.de rei vendica. quæ competit marito.l.doce ancillam.C.de rei vendica. Dos etenim penes illum sit oportet, qui supportat onera matrimonij.l.si dos.& ibi Alexan.nu.2.ff.ad.l. Falcid. Ergo & ius patronatus, & sic præsentandi, competet ei, per prædicta. Facit quod notat Lamberti.de iure patrona.7.articu.5.q.princip.1. partis.1.libri.nu.10.& in.2.arti.10.q.principal.2. partis.1.libri.vbi quinq; argumentis suffragatur, opinioni: ac deinde à nu.7. adducit alia fundamẽta in contrarium. At in nu.12. iterum istam complectitur. Quæ communis est opinio.

At vltra relata per Cęsar.Lambertin. videtur, q̃ vxor habeat ius patronatus, nec transeat in virum. Licèt enim maritus durante matrimonio dominꝰ rerum dotalium iuris fictione dicatur: vxor tñ verè domina est, & naturalis: nec potuit fecisse lex, vt omnino veritas supprimeretur.l.in rebus.C.de iure doti. Est enim ipsius vxoris proprium matrimonium.dict.l.in rebus.§.volumus.

Facit etiam, Nam vxor durãte matrimonio, potest illud vendicare, si maritum ad inopiam verge re viderit.l.vbi adhuc. C. de iure doti. Bart.in.l.si constante.ff.solu.matri. Gom.in.§.fuerat. Inst.de actio. Quod ei minimè liceret, si domina rei dotalis non esset. Quare iste est casus, in quo duo sunt eiusdem rei in solidum domini. Propterea in casu nostro consulerem, vt maritus præsentaret, cõsentiente vxore: vterque enim potest præsentare. Licèt enim vxor verè sit dotalium rerum domina, huiusmodi tamen dominium, durante matrimonio, obumbratur.dict.l.in rebus. per quam maritus plenam dotis administrationem habet, & per dict.l.doce ancillam. Hanc quæstionem proposuit Roch.de Curte de iure patron.verbo, ipse vel is.nume.60.q.28.

Dubitabilis etiam est quæstio, Vtrùm in iure patronatus, in quo primogenitus est vocatus, patruum nepos excludat? Videtur dicendum, quòd sic. Nam primogeniti filius dicitur primogenitus, non solùm fictè, sed etiam verè. Panormi. consil. 85.col.penul.versi.item pars remanet in filio.lib. 1.Deci.in authen.prætereà.col.12.nume.20.C.vn de vir & vxor. Est etiam optimus tex.in.c. quæritur.§.item opponitur. 22.q.2. vbi probatur, quòd succedens in locum primogeniti, posit sine mendacio se dicere primogenitum. Quem tex.ad hoc dixit optimum Gregorius Lopez in.l.2. titul.15. parti.2.verb. *Si dexasse fijo, o fija.* Nepos ergo natus ex primogenito præferendus est in tali iure, ex vi repræsentationis. Hanc quæstionẽ tractauit Bal. in.l.cum antiquioribus.C. de iure deliber. ac tanquam arduã, & difficilem indecisam reliquit. Iaso. etiam in.l.maximum vitiũ.nu.4.C.de libe. præteri. qui plures ibi istam quæstionem discutientes adducit. Hanc etiam opinionem in maioratu tenet post Oldral.decisi.Capel.Tolosan.433.incip. An ius primogenituræ.vbi Stephan. Auffre.testatur hanc veram, & communem sententiam. Eandem etiam dicit communem, & æquiorẽ Bartholom.Cassane.plures alios referens in consi.53. incipien. *Françoys de Rondboys.* versi. vndecimò facit illa vulgata, & communis opinio. Idem etiam refert plures eandem sententiam sequentes, in catalog.gloriæ mund.5.parte.consideranti.42.vers. prima fuit opinio Ioannis Andre. Discutit latissimè Tiraquel.in tract.primogenitorũ.q. 40. Pro qua opinione est.l.2.titu.15.parti.2.& l.40.in ordina. Tauri.& ibi Ioan.Lup.nu.3.& Gome.q.11. nu.65. & verior videtur hæc opinio secundum Couar. alios ad id citantem in pract.quæst.cap.38.

Non tamen desunt, qui contrariam partem tuentur, quos refert Cassan.in dict.consideranti.42. versi.secunda opinio.& Ioan.Lup.loco prælleg. Quæ magis communis est, secundùm Alex.consil.4.incip.Ponderatis verbis testamẽti. col.3.nu. 11.libr.4.quem refert Nicola. Boer. qui plures ad idem adducit, in consuetu. Bituricen. tit. de testamen.§.2.col.3. Videtur etiam hãc in isto casu præferendam opinionem. Maior enim est affectio ad patruum, qui est in priori gradu, quàm ad nepotẽ, qui est in dispari. At quando prioritas gradus consideratur, non admittũtur nepotes cum patruo: imò patruus eos excludit.l.3.§.si duo. ff. de legiti. tutor. Bal.in.l.cùm ite.§.in fideicommisso.q.fin. ff.de lega.2. Tiraquel. in tract. de vtroq; retract. lib.1.§.11.glo.7.num.1.& 2. Licèt enim aliàs nepos filium aui, patremq; suũ repræsentet: non tamen id procedit, cùm fit mentio de proximiore.l.si libertus prætorito.§.si libertus. ff. de bon. liberto. Nec tunc comprehẽditur sequẽs, licèt is sit, qui soleat proximiorem repræsentare, per tex.in.l.iubemus.in prin.iuncto.§.vltimo.C.ad sena.cõsul. Trebel.vbi Bal. per illum tex. inquit, quòd licèt vbi fit mẽtio de filijs, comprehendantur nepotes, qui succedunt in locum illorum.per.l.liberorum. ff.de verbo.significat. at vbi de filijs, & de gradu mẽtio fit, nepotes minimè comprehenduntur. Ergo, cùm nomen primogeniti, vt proximioris, gradũ denotet, meritò nepos sub eo nõ cõprehendetur.

Item patruus ad successionem sui patris, aui nepotis, vocatur: vt patet, præter leges nostras, ex sententia Apostoli ad Galat.4.& ad Roma.8. dicẽtis, Filius, ergo hęres.glo.in.l.necessarijs.verbo, teneãtur.ff.de acquiren.hæredi. Nepos verò iure quodã singulari, ob id, scilicet, quòd patrem repręsentat.per.§.cùm filius. Instit.de hæred. qualitat. & differ. Firmius autem est ius, quod venit iure cõmuni, quàm quod iure singulari.l. eius militis. §. militia.ff.de testam.milit.

Item nulla successio datur filio viuente patre.l. 2.§.interdum.ibi, Improbum esse Iulianus existimat eum, qui solicitus est de viui hæreditate.ff.de vulg.& pupill. Si ergo patri nullum erat ius acquisitum, nec erit nepoti concedendum. Adde quę d̃ repræsentatione notat Guillel.Benedict.in repe. c.Raynutius.verb.& vxorem nomine.5.num.56. de testam. tamen concludendum est etiam in iure patronatus præferẽdum esse nepotem patruo. ex Couarr. in practi. quæst.c.38.nu.13.& in anniuersarijs pro anima relictis cum clausulis vinculi & restitutionis ad instar maioriæ. Ita Anto. Gomes.in dict.l.40. Tauri.q.11.nu.65.ad fin.& ita seruatur.

Possumus etiam & aliam mouere qnæstionem, Vtrùm ius patronatus, patrono monasterium ingresso, transferatur in monasterium, saltem viuente patrono monacho: an tanquam patrono mortuo, transferatur in nominatum â fundatore? Videtur, quòd transferatur in monasterium. Probatur. Ius patronatus transit in hæredem: sed monasterium habetur pro hærede, cõpetet igitur ei ius illud patronatus. Quod verum est, nec negari posset casu, quo ius patronatus sit annexum vniuersitati bonorum, ad quæ monasteriũ venit: ergo in consequentiam veniet ius patronatus. Quod, vt pateat euidentiùs, ponamus aliquod exemplum:



nempe, Petrus habet castrum, & in eo ecclesiam, cuius ipse ius patronatus habet: vẽdito castro, vel titulo pro hærede translato, transitum facit etiam ius patronatus in emptorem, seu hæredem: vel, vt suprà diximus, in fiscum. Multò igitur fortiùs in monasterium, quod capax est iuris patronatus. At si iuris patronatus qualitas non adhæreret certæ rei, sed esset personalis: extincta persona, cuius industriam elegit fundator, tacitè nominasse crederem alium descendentem, seu collateralem, aliãve quamlibet personam. Extincto etenim vel naturaliter, vel ciuiliter patrono, extinguitur & quo ad eum ius præsentandi, tansitq; in nominatum verè, non autem in nominatum per fictionem, quemadmodum esset monasterium. Ita tenet Bellam.consi.33. Refert, & sequitur Tiraquel. de primogeniorum.q.3.num.10. asserens per monachationem ius patronatus in secundò genitum, & sic in successorem transire.

Videtur tamen, quòd transeat in monasterium Nam monachus se, suaq; omnia per ingressum religionis trãsfert in monasterium. authen. ingressi. C. de sacrosan. eccles. Ergo & ius patronatus transferetur, vt dictum est, cum transeat cum vniuersitate bonorum titulus pro hærede. clem. fina. & ibi glo. verb. hæredes. de iure patro. Alexan. in.l. quãuis. numero quartò. ff. ad Trebell. Calcan. consil. 74. numero octauò. Iaso. in.l.1. nu.71. ff. de lega.1. & in.l.venia.nu.2. C. de in ius vocan. Præsentabit itaq; Abbas monasterij. Cæsar Lamberti. de iure patro.9.arti.8.q.princip.1.partis.1.libri. nu.7. & Paul. Citad.9.parte.q.1.

Quando autem quis simpliciter est patronus, industria personæ videtur electa: si igitur inonachꝰ fiat, Abbati competet ius præsentandi, nõ ipsi, cũ non habeat nec velle, nec nolle. c. religiosus. & ibi glo. verb. non habeat. de electi. Morte igitur ciuili patroni secuta, transit ius patronatus in vocatũ successiuè ad præsentandum in ejus defectum. argum. tex. in.l. inter artifices. ff. de solutio. c. fina. d̃ offi. deleg. Probatur. Fũdator em, cõstructor, vel dotator, in limine fundationis, constructionis, vel dotationis, quascunq; cõditiones, reseruationes, & pacta iuri communi non contraria potest apponere: vt probat optimè, latèq; Cæsar Lambert. de iure patro.9.q.princi.1.partis.1.libri. Vbi ergo dispositum est expressa nominatione patroni: ab ea nominatione recedendũ nõ est. Quod colligitur ex Couarru.lib.2.vari.resoluti.c.18.nu.10. quem vide, & nota. & Cardin.consi.48.in princi. At vbi fundator capellæ non vocasset ad instar, vt aiunt vinculi, censeo, q̃ transeat, cùm successori præiudicare possit. c. vnico. de iure patro. lib.6.

Dubitari posset etiam, Vtrùm laicus possit hoc ius patronatus habere in ecclesia collegiata? Dicẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca



dũ est, q̃ nõ. per tex. in. c. nobis. de iure patro. nec valet consuetudo in contrarium. tex. in. c. Massana. & in. c. sacrosancta. de electi. Cæsar Lamberti. de iure patro. in. 3. art. 11. q. princi. 1. partis. 1. libri. & ibid. in sequenti artic. notat idẽ in monasterijs.

¶ Vnde infero, quòd si ecclesia patronata in collegiatam erigatur, patronus amittit in spatronatus, per iura superiùs allegata. Tũc enim patronus præsentare non potest: sed duntaxat consensum electioni factæ præstare: qui tamen de necessitate non requiritur. vt vtinnuit casus in dict. c. sacrosancta. ad fin. Quod nota perpetuò: quotidianum em̃ est, & pulchrum remedium ad eximendum ecclesiam ab huiusmodi seruitute iuris patronatus. Notabis tamen hæc habere locum in præsentatione prælati: non autem in alijs de collegio, quorum præsentationem posset habere laicus. Sic itaq; est intelligẽdus tex. in dict. capitulo nobis. & in capitulo sacrosancta. in capit. Massana. Ita tenet Ioan. Andr. in capit. postulasti. de iure patrona. Vide Lamberti. locis præcitatis.

hijos ayan vn yãtar, y vna pẽsion[a], la que a su padre pertenescio de tal yglesia, y no mas: y que la repartan entre si, segũ deuen de dereeho. Y si alguno de los patrones demandare mayor parte de lo cõtenido en esta ley, y por ella prendare, o

Forsan etiã dubitabis, Possitne quisquã in ecclesia collegiata capellam inuito patrono erigere? Hãc quæstionẽ declarat Pau. de Citadin. de iure patro. in. 4. causa adquirẽdi. & in fin. parte tracta. explicat, quib⁹ causis ius patronatus extinguatur.

Non minùs elegans, ac dubitabilis est quæstio, Vtrùm possit quis ad ecclesiam, antequam vacet, præsentari? Asserendum est, q̃ non. Nam qua ratione ante vacationẽ beneficia conferri prohibentur, eadem & præsentatio fieri prohibetur. c. nulla. de concess. præben. Quod ita disponitur ibi, ne quis mortem proximi desiderare videatur, in cuius locum, & beneficium se credit successurum. Quæ ratio militat etiam in præsentatione.

Ex quibus constat, non posse fieri promissionẽ obligatoriam de facienda præsentatione ad beneficium vacaturũ. c. fi. de concess. præbẽ. Cui tex. est addendus Roch. de iure patro. verb. honorificum, 5. & 6. q. Collectar. in. c. nobis. nu. 2. de iure patro. & Paul. de Citadin. de iure patro. 3. art. 6. partis. q. 42. nu. 73. qui circa hæc plura discutit.

Quæro etiam vlteriùs, Quid remedij casu, quo præsentatum ordinarius admittere non vult? Respõde, posse præsentatum ab eo appellari, qui potestatem habet instituẽdi, recusatq; sine legitima recusationis causa. Facit ad hoc tex. in capitul. pastoralis. & ibi gl. verb. appellauerint. & in capit. fina. de iure patro. & in. c. concertationi. & in. c. à collatione. de appellatione. lib. 6. Atq; Episcopus tenetur huic appellationi deferre, secũdùm glo. in dict. c. pastoralis. Quia patrono perseuerante, nec variante, acquiritur ius præsentato: cui fit iniuria, si nõ admittatur ab Episcopo, à quo in tali casu meritò poterit appellare. Quod, vt iam dixi, teneas: quando sine iusta causa recusaret. secùs enim est, si legitima. glos. in. c. nullus. de iur. patro. Eo enim casu superior nec instituet, nec poterit ad id inferiorem cogere. argum. c. literis. & ibi gl. 63. distin. c. archidiaconũ. 85. dist.

tomare alguna cosa, que pertenezca a la yglesia, o a los beneficiados della: que demas de las penas contenidas en el derecho, que por esse mesmo hecho cayga en pena de trezientos marauedis. La tercia parte para la nuestra camara. Y la otra ter

Notabile etiam est dubium, Vtrùm ex lege data in fundatione testatoris, quòd, scilicet, ibi celebrentur missæ per præsentandum, censeatur sacerdos, & non clericus inferioris ordinis præsentandus? Dic esse sacerdotem præsentãdum. Ita tenet singulariter Andre. Barba. in consi. 35. col. 7. lib. 2. quem refert, & sequitur Cæsar Lamberti. de iure patrona. 27. arti. 7. q. princip. 1. partis. 2. libri. nu. 1. fol. 230. Quod est notandum. Late Rochus Curt. de iure patrona. verb. honorificum. nu. 26.

a ¶ *Vna pension.* Concordat. l. 7. §. fi. titu. 13. lib. 6. in fra. Ea nempe ratione, quia omnes loco vnius sunt habendi, ex Labeonis iureconsulti responso. in. l. cui fundus. ibi, Et omnis numerus eorum, qui in locũ eius substituuntur, pro singulari persona est habendus. ff. de condi. & demõstra. Et Vlpia. in. l. planè vbi transferre. in fin. princip. ibi, coniuncti vnius personæ potestate funguntur. ff. de lega. 1. vbi glo. verb. potestate. dicit, vt id solùm ambob⁹ præste-



præstetur, quod vni soli præstaretur. & facit infrà. de dote prælega. l. 2. responso secundo. & C. de impuber. & alijs substitu. l. fina. & infrà. eodem. l. huiusmodi. §. si Titio. & suprà. de hæred. instituẽ. Si Titius. & suprà de vsufruct. accrescen. l. si quis. Hactenus Accursius in dicta glos. cuius dictum notabile est ad comprobatiõem decisionis istius legis.

a ¶ *Lo que fuere ordenado en la fundaciõ.* Nota statutum patroni in fũdatione ecclesiæ, seu capellaniæ fore seruandum capitulo præterea. de iure patron. vbi Panor. num. 3. dicit, Tenenti, quòd patronus nõ potest exigere aliquod seruitium ab ecclesia patronata, nec aliquid temporale, nec aliud grauamen inferre, nisi reperiatur illud cautum, vel fuerit reseruatũ per Episcopum tempore fundationis ecclesiæ. Asserit etiam, se per illum tex. principaliter consuluisse populum ius patronatus habentem non posse à presbytero certos cereos in recognitionem iuris patronatus exigere: eo quòd illud non fuerit in fundatione reseruatum. Ad idem est tex. in capitulo. quanto. de censib. vbi probatur ad voluntatem fundatoris non solùm posse censum, seu pensionem imponi patrono persoluenda, verùm & alteri tertio. Ex quo tex. Panor. elicit in argumentum in numero tertiò. quòd licitè testator grauat hæredem, vel legatarium ad exhibendam vnam procurationem singulis annis aliquibus fratribus. Quod vsu maximè receptum est: oritur enim inde, vt ibi patet, obligatio.

cia parte para los beneficiados de la yglesia, o monesterio. La otra tercia parte para la justicia, que hiziere la execucion de la dicha pena. Pero q̃ si el patrono mostrare, que en la fundacion del monesterio,

Ex quibus infero, Patronum in creatione beneficij adijcere onus, vt, scilicet, semper ad id præsentandus ex suo genere sit, dummodo presbyterari velit, atq; idoneus sit. Domi. in. c. cùm in ecclesia tua. col. 1. num. 3. de præben. lib. 6. qui citat ad hoc c. cùm dilectus. de consuetud. & c. abbate. d verb. signific. Facit quod in simili casu consuluit Calderin. in consi. 4. sub titu. de iure patro. Potest etiam apponere conditionem, nempe q̃ istud ius patronatus non transeat nisi ad hæredes sanguinis: & sic extranei, non consanguinei, nec de parentela manebunt excluſi. Bal. in. l. 2. C. de in ius vocan. Feli. in tract. quando literæ apostolicæ præiudicent patrono. columna secunda. versi. corroboro. Roch. Curti. de iure patrona. verbo, ipse vel is. quæstione octaua. numero decimonono. Gregor. Lopez in. l. 8. verbo, *de estraños.* titu. 15. parti. 1. Paul. Parisi. consi. 48. column. 1. libro. 4. vbi verisimum existimat, quando tali dispositioni consensit Episcopus. Quodcõmuniter receptum est à doctoribus.

o yglesia estaua, que cada vno de sus herederos ouiesse el dicho yantar, o otra cosa, Mandamos que en el tal caso, o otros semejantes se guarde lo q̃ fue ordenado en la fũdaciõ[a] del monesterio, o yglesia.

Quod adeò procedit, vt aliter facta præsentatio, nempe denõ habente prædictam qualitatem generis, parentelæ, seu consanguinitatis expressam in fundatione, est inualida. Cardina. consil. 48. incipient. Quidam nobiles duo, aut plures, Rochus de Curte. de iure patrona. verbo, ipse vel is. quæsti. 33. nume. 77. Paul. Parisi. dict. consi. 48. incipient. Certum est, quòd patronus. nume. 7. libro. 4. Tradit latissimè plura, quæ, quia circa hanc materiam frequentiora sunt, videre poterit. Cæsar Lambertin. de iure patrona. 9. quæsti. principal. 1. partis. 1. libri. numero primò. cum. 109. sequentibus. folio. 74. columna secunda. Quilibet enim in traditione rei suæ poterit legem, quam vult, etiam si rem ecclesiæ tradat, apponere. c. verum. de condictio. apposit. l. in re mãdata. C. mandati. Nec tamen desunt qui dicant hoc casu fore digniores inquirendos, si fuerit op⁹, etiam extra illam prosapiam, generationem, seu parentelam.

Vsus tamen, & ratio in contrarium proclamãt, Sufficit etenim inter designatos, & vocatos præstantiorem eligere. Quod intellige, nisi solùm vnus, vt putà sanguine proximus sit appellatus, & vocatus. Cùm enim tali fundatori, ac institutori non incumbat munere suo, ac officio distributionem facere, sintque illa sua bona, non est astrictus dignioris habere rationem. Quod etiam cum moderamine intellige. Si enim designatus omnino esset indignus, alius substituendus venit: quia nemo, etiam de sua substãtia, potest sacerdotium, seu beneficium contra naturale ius, ac diuinũ creare. Iniqua enim esset talis institutio, si gubernationem aliquam, vel curam habeat animarum, ac in

Universidad de Deusto Biblioteca



ea obstat, ne dignior eligatur. Vt si quis prouentibus sus monasterium fundaret, eo vinculo, vt Prior, vel Abbatissa non nisi ex genere suo, aut patria crearetur, non est in contumeliam legis diuinæ talis conditio seruanda. Dominicus Soto de iustitia & iure. libro tertiò. quæstione sexta. articulo secūdò. pagina. 158. versicu. mox alia via arguitur. Faciunt quæ not. Panor. in capit. postquam numero. 4. de elect. confirmatur clarè in Concil. Triden. Sess. 24. c. 18. vers. quod si ius patronatus laicorum fuerit. Si tamen circa hanc iuris patronatus materiam liberit aliquas videre quæstiones vltra Rochum Curtium, Paulum de Citadinis, & Cæsarem Lambertinum in suis tractatibus de iure patronatus, vide Ioannē Friburgensem in summa de confessor. lib. 1. titu. 1. quæsti. 80. vsq; ad quęstionem. 92. & Archiepisc. Florentinum. 2. parte. titu. 1. c. 5. §. 24. & 3. parte. titul. 12. per totum cum suis. §§. & Calderinum consil. 1. cum. 19. subiectis isto titul. de iure patronatus. & in Rota noua secūdum impressionem nouissimam. eodem titul. vbi poteris cansidicus sine labore plures quæstiones contingibiles ad hæc reperire.

### ¶Ley. II. *Que los Reyes son patronos de todas las yglesias de sus reynos.*

¶El Rey don Alonso en Alcala. Año de mil. y ccc. y lxxxvj.

ADDICION.

¶*Acerca desta ley se vea la ley. 1. titul. 6. libr. 1. Recopil.*

COstumbre, antiguaª es en E-

¶*Lex. II.*

a ¶*Costumbre antigua.* Concord. l. 18. ti. 5. parti. 1. & l. 3. & l. 19. versi. *De las prelacias.* titulo tertiò. libro primò. suprà. & in curijs Toleti anni. 1525. l. 53. & alia in extraordinarijs, data in oppido de Madrid. 27. die Februa. incipi. *Don Carlos.* anni. 1543. & contra exteros est Pragma. anni. 1539. data. 20. die Nouemb. in dict. oppido de Madrid. quę omnes sunt in collectione breui Pragmaticarum extraordinariarum anni. 1544. Idem statutū est circa beneficia patrimonialia, quæ sunt in isto regno, præsertim in Episcopatu Burgensi, Palentiæ, & Calagurritanensi. in. l. 53. aliàs. 54. in curijs Toleti, anni. 1525. & Prag. 52. Pinciæ. anni. 1523. & Pragmati. 110. in comitijs de Madrid anni. 1528. & in Pragma. 67. in curijs Pinciæ. anni. 1537. & in Prag. extraordinaria. 13. data in illustri oppido Pinciano, anno. 1543.

Circa declarationem harum legum debes scire, ꝙ ius eligendi Episcopos, seu alios prælatos competebat Papæ, & prouisio beneficiorum inferiorum ecclesiarum pertinebat Episcopis. glo. in capitulo quāquam. verbo. deuolueretur. de electio. libro sextò. capitulo primò. 22. distin. Panormit. in capitulo primò. notabi. 1. de electio. Ioā. de Selua in tracta. beneficiorum. 2. parte. q. 22. nu. 9. Post eà verò de iure nouiori ius eligēdi Episcopū, fuit Capitulo, & Canonicis concessum ecclesiæ cathedralis. c. cùm ecclesia sutrina. de causa poss. & proprieta. c. constitutis de appell. c. cùm terra. & c. ecclesia vestra. c. Cumana. c. in Genesi. c. cōgregato. c. cùm in veteri. & c. bonæ. 2. de electio. Specul. de electio. §. 1. & est Regia lex hoc ipsum docens. 17. incipi. *Election.* tit. 5. parti. 1. ibi, *que el Dean, y los Canonigos que en ella se acertassen &c.* Et hoc procedit non solùm quando vacat per mortem, verùm etiam quando per priuationem: vtroq; enim modo electio pertinet ad Capitulum, & Decanum. c. ad petitionem. de accusa. Panorm. in dict. c. cùm ecclesia sutrina. Hodie tamen per reseruationes Papæ, & regulas cancellariæ apostolicæ aliter prouidetur in ecclesijs cathedralibus, & aliquibus collegiatis. vt notat Panor. in. c. 1. de electio. & tenor regulæ cancellariæ Innocentij octaui Papæ. 2. in ordine, sequens est.

Itē reseruauit specialiter omnes ecclesias, & Patriarchales, Archiepiscopales, nec non omnia monasteria virorum, valorem ducentorum Florenorum auri, communi existimatione excedētia, quotiescunq; illis vti voluerit.

Est tamen dubium, Vtrùm in electione Episcopi debeant interuenire aliæ personæ, tam ecclesiasticæ, quàm seculares simul cum electoribus? Et videtur, quòd sic. c. fina. 63. distin. vbi clerici debent interesse electioni, item religiosi. c. obeuntibꝰ. ea. distinctio. 63. Nam quod omnes tangit, ab omnibus debet comprobari. dict. c. fina. ibi, ne plebs inuita &c.

Pro declaratione autem facio sequentes conclusiones. Prima sit. Electo prælati ad solos Canonicos ecclesiæ cathedralis, sine eo, quòd interueniāt cum eis aliæ personæ ecclesiasticæ cuiuscunq; religionis sint, vel seculares, competit: nisi aliud sit de priuilegio, vel consuetudine introductum. c. cùm ecclesia sutrina. de causa posse. & proprieta. c. Cumana. vbi est singul. glo. verbo, iam præscripta. de electio. glos. in. c. cùm in ecclesijs. verbo, si commodè. de præbend. in. 6. Ex qua infertur Innocen. dictum esse verùm in capitulo secundò. de insti. dicentis, ius eligendi Episcopum solis Canonicis. & non alijs etiam habentibus dignitatem sine canonia competere. Bertachi. in tract. de Episcopum libro primò. parte. 3. quæstione secunda. nume. 2. Hoc tamen, consuetudine in cōtrarium cessante, est intelligēdū. tex. in dict. c. cùm ecclesia sutrina.





Secunda conclusio. In electione Episcopi de cōsuetudine non seruatur, quòd religiosi intersint, ideò non sunt necessarij, nec admittēdi. Panor. & Philip. Deci. in capitulo nullus. numero decimo septimò. de electio.

Tertia conclusio. Populus non est vocandus ad electionem prælati: & absq; eius assensu valet electio. Constat, quia populus est incapax, cùm electio sit ius merè spirituale, quod tribuit ius electori quod ius non residet in laicis. c. Massana. d electi. c. causam quæ. de præscri. Panor. in. c. querelam. num. 6. de electio.

Quarta conclusio declarans nostram legem, sit. Consensus Principis secularis in electione prelati non requiritur: nisi ei competeret ex concessione apostolica. Panor. in. c. cū terra. notab. 5. de elect. Deci. in. c. nullus. nu. 19. de elect.

Olim enim in electionibus prælatorum Regis consensus erat necessarius. probat tex. in. c. cū lōgè. 63. distinct. & capitul. cùm inter vniuersas. ibi, Per quos à nobis vice regia postuletis assensum, & apostolicæ cōfirmationis gratiā requiratis. & in capitul. cùm terra. ibi, Quo facio, non prohibemus, quin Regis, seu Patriarchæ, qui pro tempore fuerint, requiratur assensus. & in. c. innotuit, ibi, Faciebant etiam ad id non modicum concors Capituli Vigoriensis electio, petitio populi, assensus Principis, votum tuum, suffraganeorum suffragia. & in capitulo. quod sicut. ibi, Cùm in ea nihil attentatum fuerit in præiudicium regiæ dignitatis. de electio. Idem probat Ioan. Lupus de beneficijs vacantib. in curia. §. 9. c. Reatina. vbi glos. licentia. 63. distin.

Ex quo infertur, valere cōsuetudinem, quòd vacante episcopatu, canonici, vel electores non procedant ad electionem, nisi priùs denuntiēt mortē prælati Regi nostro Hispaniæ, & eius consensum, & approbationem habeant. Innocen. in. c. quod si cut de electio. & ibi notat Pan. nu. 7. Panor. in. c. cùm terra. col. fin. num. 4. & in. c. cùm interuniuersas. notabil. 4. nu. 4. & in. c. nullus. de electio. si ex iure competebat Regi: de facili per talem consuetudinem iuri non aduersam potuit recuperare suū ius, quod regale est. vt dixi in. l. 3. col. 121. titu. 3. suprà isto libr. 1. Item Reges Hispaniæ ius, & quasi possessionem habēt ab eo tempore, cuius initium memoriam hominum excedit, nominandi, aut eligendi eos, qui à Romano pontifice Episcopatibus sunt præficiendi: ita quidem, vt nisi à Rege nominatus, nemo possit his dignitatibus insigniri. Et prçscriptione seclusa, priuilegio speciali cōcessum est Regibus Hispaniæ, vt testatur se vidisse Gregorius Lopez in dict. l. 18. verbo, *antigua costumbre.* tit. 5. parti. 1. hisce verbis. Habet etiam Rex Hispanię iure patronatus, quas ego vidi, & tenebis menti ad declarationem huius legis, & dict. l. ordina. Hactenus ille. Et vltra eum dic hoc priuilegium competere Regibus Hispaniæ à consilio Toletano. 12. c. 6. sub Agathone, aut Leone secundo Romano Pōtifice anno primo Heruigij Gothorum Regis, qui Hispanias obtinebat natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, anno. 685. authore Roderico Archiepiscopo Toletano. lib. 3. c. 12. & doctore Didaco Couarru. in reg. possessor. parte. 2. §. 10. nu. 6. de regu. iur. lib. 6. vbi reprobat Ioan. Igneum in repe. l. necessarios. §. non aliàs. num. 336. ff. ad Sillanian. dicētem, Nō etiam gloriari debent Hispani propter dictum. c. lōgè. 63. distin. Quoniā Hispani Reges ex concessione Carolo facta obtinent, qui post quàm Adrianum huius nominis primum Pontificem à tyrannide Desiderij Longobardorum Regis liberauerat, Hispanias Mahumetica prauitate imbutas Christianas fecit, potitis eis Hispaniæ Rex insinuatus est: eo medio istud ius regale cōsecuti sunt. Sententiam cuius probare conatus est Ioan. Ferald. in tract. de insignibus Regum Franciæ. 9. iure à quo Carolus Grassalius, & ipse Gallici nominis dissentit, minimè citato Ioanne Igneo. libro. 2. regal. Franciæ. iure. 3. & sic ius præsentandi competit ex priuilegio pontificali.

Dubitatur tamen, Vtrùm Papa possit derogare istud ius patronatus, & prouidere prælaturas, & beneficia vacātia sine præsentatione patronorum laicorum. Respondeo, posse. glo. in clem. 2. verbo, apostolicis. de præben. Archidia. in. c. piæ mentis. 16. q. 7. Innocen. in. c. cùm dilectus. de iure patro. Panor. in. c. 3. versi. 2. nota. & in. c. illud. ad fin. eodē tit. & in disputatio. incipi. Augerio. col. 5. Ioā. Andre. Dominic. & Franch. in. c. 2. de præbend. lib. 6. Feli. in tract. quando literæ apostolicæ noceant patro. col. 2. Roch. Curti. de iure patro. verbo, honorificum. q. 3. Anchar. in. c. quoniam. de iure patro. Cæsar Lamberti. de iure patrona. 1. lib. 3. partis. q. 9. arti. 2. quorum opinio communis est.

Quod procedit, quādo de derogatione iuris patronatus laicorū Regum, Ducum, Marchionum, vel Comitū expressè appareret in literis. In dubio tamē non est præsumendum voluisse illud derogare. Lapus allegatio. 96. & reg. Innocētij. 8. cācellaria. 40. hoc probat Cæsar Lamberti. de iure patro. 2. lib. 11. arti. 9. q. princip. 2. partis. numer. 1. fol. 371. col. 1. Couarru. libro practicarum quæsti. c. 36. nu. 1. qui firmat hanc sententiam cōmunem esse. Ampliatur locum habere, etiā si in literis apostolicis fuerit dictum, Ad cuiuscunq; præsentationē, seu collationem beneficium pertineat: nihilominus non comprehēditur beneficium, quod spectat ad præsentationem laicorū. Lapus allegatio. 84. nu.

Universidad de Deusto
Biblioteca



6.& allegatio.96.nu.3.Anchar.Domini.& Frãchi. in.c.cùm in illis.§.1.de præbend.lib.6.Ioã.Andr. in.c.dilectus.de offic.lega.Lambertii.in dicta.q.9. arti.6.&.7.Felin.in tracta.quando literæ apostolicæ nocent patro.col.3.& est opinio communis. Secùs tamen est,quando ius patronatus est clerici,ratione ecclesiæ ei concessum:non tamen si ex suo patrimonio.Nam in hoc æquiparatur laico.c. cùm dilectus.vbi Hostien.Ioan.Andr.Innocen. Cardi.& Panor.de iure patrona.l.13.titu.15.parti. 2.& ibi Grego.Lopez.Couar.vbi suprà.& ista est communis,& vera opinio.

Dubium etiam est,Vtrùm ex reseruatione beneficiorum veniant ea beneficia,quæ sunt de iure patronatus laicorũ:Dicendũ est,minimè cõprehẽdi,nec affecta censeri.Et sic quanuis in curia decedat habens beneficiũ tale,sine præsentatione patroni non est prouidendum,nec censetur in curia vacasse,quo ad reseruationẽ.gl.insignis in.c.licet. verbo,collatio.de præbend.lib.6.Lapus allegatio 96.Petrus Rebuff.in tracta.nominatio.q.8.nu.22. & in practica beneficio.pagi.168.in.3.parte signaturæ.verb.nec nõ iure patronatus.nu.20.quo loco hanc fatetur cõmunem opinionem esse.

Distinguitur autem ius patronatus ecclesiæ à iure patronatus laicorum in hoc,quòd illud acquiritur,quoties ex ecclesiæ bonis ecclesia construitur vel dotatur:aut denique,ratione ecclesiæ,vel dignitatis ecclesiasticæ cõpetit alicui:hoc verò à rebus proprij,& secularis patrimonij originẽ ducit.gl. notab.in clem.2.verbo,præsentare.de iure patro. Panor.in.c.illud.eo.titu.Feli.in sæpe alleg.tract. quando literæ apostolicæ.col.7.Roch.de Curti. de iure patrona.verb.ius.q.7.Cæsar Lamber.de iure patro.lib.1.q.1.art.5.glos.in.c.dilectus.de offic.legat.Paul.Patisi.consil.128.libr.4.Petrus Rebuffus in tract.nomination.q.8.versic.Et dicitur patronus ecclesiasticus.nu.22.

Ex quibus infertur summum Pontificem posse derogare ius patronatus concessum regibus,& alijs,dummodo constet de eius voluntate:quia habet plenum ius in beneficijs.c.2.de præben.clem, 1.vt lite pendẽ.Facit gl.in.c.per principalem.9. q.3.dicens Papam posse etiam absq; causa priuare clericum suo beneficio.Barba,in tract.de præstãtia Cardi.1.part.q.1.nu.45.Hippol.singul.634. & adde quæ notat Decian.c.fin.de confirm.vtili vel inutil.ergo poterit tollere,cùm respectu Papæ sit ius patronatus gratia,respectu verò aliorũ dicatur ius.Feli.in.c.super eo.col.1.de offi.delegat. Papa ergo,secũdũ eũ,nõ tenetur admittere præsentatũ:& si vellet,posset illũ excludere,seu repellere.

In Hispania non admittuntur derogationes iuris patronatus,nec admitti consueuere:imò supremi regis tribunalia,& qui regio nomine illic iusti

tiæ ministerio præsunt,statim apostolicas litera examinãtes propter publicam vtilitatem,earum executionem suspendunt,earundem vsum grauissimis pœnis,& comminationibus interdicentes. vt patet in dicta.l.53.in curijs Toleti,Anni.1525. Idem in regnõ Franciæ fit secundùm Rebuffum in pract.beneficiorum in.3.part.signaturæ.verb.nec nõ iure patronatus.nu.12.& nu.36.& in tra.nominationũ.q.15.nu.2.Carol.Molinæus in regu.cãcellariæ apostolicæ de infirmis resignantibus.nu.32. & Couarr.in practicis quæstio.c.36.nu.3.vbi plura in praxi huius materiæ quotidianæ proponit.

Quæro etiam,Vtrùm dominus noster rex,& alij habentes ius præsentandi,& eligendi,teneãtur eligere digniorem,omisso digno.

Respondeo concluſiuè,quod tenetur,aliàs peccaret mortaliter.

Primò probatur.ex.c.licet.8.q.1.qui est Hieronym.super Leuiti.c.8.Præfert nãq; historia sacra, q̃ quando Aaron fuſſu Dei in sacerdotem vnctus fuit,congregata fuit omnis turba ante foras tabernaculi.Super quibus verbis ait Hieronymus,q̃ licẽt dominus de cõstituendo principe præcepisset singulare mq;,elegisset,tamẽ conuocatur etiã synagoga:requiritur ergo,inquit,in ordinando sacerdote etiam populi præsentia,vt sciant omnes,& certi sint,quòd qui præstantior est ex omni populo,qui doctior,qui sanctior,qui in omni virtute eminẽtior,ille eligitur ad sacerdotiũ:& hoc attestãte populo,sc̃dm illud apostoli,Oportet aũt illũ & testimonium habere bonũ ab his,qui foris sunt.

Itẽ & sc̃dò.Diu⁹ Augusti.sup illud Iacobi.2.Nolite in psonarũ acceptiõe habere fidẽ dñi nostri Iesu Christi.vbi dicit glossa Augustini,Nõ est putãdũ leue esse peccatũ in personarũ acceptiõe habere fidẽ dñi gloriæ.Quis emẽ ferat eligi diuitẽ ad sedẽ honoris gloriæ ecclesiæ,contẽpto pauperie instructiore,& sanctiore?Auscultа verbũ,ad sedẽ honoris gloriæ ecclesiæ.Chrysosto.libr.2.de sacerdotio.admonet emẽ de suo nomine ecclesiasticos pastores,q̃ tãtò debẽt meritorũ interualla ante stare gregi,quãto p̃stat excellẽtia pecori pastor.In cuius sentẽtia beatus Bernar.de cõsideratione ad Eugeni.permulta eademq; egregia congerit.

Tertiò.tex.est in.c.Metropolitano.63.distin. vbi ait eligendum fore optimum.

Quartò est tex.singul.in.c.vt nostrũ.vt ecclesiarũ.vbi in reprehẽsiõe epi apponit̃,q̃ nõ ex affectu carnali,sed stricto iudicio debuit ecclesiastica beneficia in persona magis idonea dispensare.

Quintò,Iustitia distributiua dat vnicuiq; qd̃ suũ est.§.iuris p̃cepta.insti.de iusti.& iur.& Aristo.5. ethic.c.3.Ius enim,inquit,quod est in distributionibus,pro dignitate quadã esse oportere,dignitatem autem non esse eandem omnes fatentur.

Sextò



Sextò facit optima ratio.Nã post q̃ in dispensatione beneficiorũ ecclesiasticorũ,& aliorũ munerũ secularium nõ habetur exacta meritorũ ratio,nemo est qui literarũ studia sequatur,nemo qui alijs bonis moribus imbuatur,quàm qui apud curiam Regis fuerint aptiores:ibi inquirentes auxilium hominũ principaliũ,& dilatere Principũ,qui eos moribus & vita apud Principẽ falsè exornent,vt experientia docet:potiùs enim ex carnali,quàm diuino adhæc procedunt affectu.Vnde quãta mala ecclesiæ Iesu Christi eius sanguine erectę,& fundatæ succreuerint,& hæresum pestes,& animarũ neglectus apertissimè testantur:& omnes populares cõquerũtur,publicè hoc omnibus manifestantes:& clamãt contra electores,quemadmodũ sanguis iusti Abel clamauit ad Deũ cõtra Caim.Antiquitus in primitiua ecclesia rogati,& nõ rogantes admittebãtur ad huiusmodi officia,& beneficia, quę instituta fuere pro gubernãda rep.christiana. Iam tamẽ abundat illiteratis,& impatientibus absq; misericordia,quod absq; lachrymis,etsi apertiùs intellectu habeo,explicare non possum.Romani & infideles viros virtute & moribus imbutos quærebant ad gubernanda corpora,quæ sanguine,& carne tãtùm obtrudebãtur suæ reip.& principes Christiani hoc facere nõ procurent,cùm de animarum saluatione totius reipublicæ sanguine Christi redempta tractetur?quę quidem pendet à bono rectore,episcopo,beneficiato,& similibus. Quod si non fecerint,ipsi viderint,cùm fidelis iudex sit in cęlo incorruptissim⁹,qui eis secũdũ sua bona,vel mala opera & negligentia retribuet.

Præterea & septimo quod non solũ dignis sed etiam dignioribus sint conferenda beneficia & munera publica,aliàs eligẽdo dignũ misso digniori q̃ mortaliter peccent.firmat beatus Thom.2.2. q.63.art.2.&.q.185.art.3.& quodli.6.art.9.& quod lib.8.art.6.Io.maior.in.4.senten.q.8.&.q.9.Caieta.2.2.q.62.art.2.Archiep.Florẽt.2.part.tit.1.c.20. §.1.Roch.de Cutt.de iure patro.verb.honorificũ. q.15.Syluest.in sum.verb.electi.1.q.16.Io.Lup.in repe.c.per vestras.§.26.nu.12.latissimè Cæsar Laber.de iure patro.2.libr.3.arti.10.q.prin.partis.1. nu.5.fol.252.col.4.& faciunt quæ notat Rebuf.in pract.beneficio.pagi.39.nu.62.sub rubri.requisita ad collationem bonam.& insignis vir Domini. Soto lib.3.de iusti.& iure.q.6.ar.2.& Couar.in regu.peccatum.2.part.§.7.nu.4.de regul.iur.lib.6. nouissimè id nunc probant.

Vtrùm autem præsentatio & electio facta de digno valeat in vtroq;,foro tam seculari quàm conscientiæ est dubium?Dicendum est validam esse, quanuis peccẽt dicti electores,vt præmissum est. gl.in.c.cõstitutis.verb.magis.de appella.& gl.in. c.2.de offi.custo.& gl.in.c.3.de iure patro.& gl.in

c.licet ergo.8.q.1.est tex.in.c.monasterium.16.q. 7.&.c.quia propter.iuncto.c.cùm in cunctis.de electio.c.nisi cum pridem.§.ne pro defectu.de renũti.tex.in dict.c.cõstitutis.vbi Panor.& Frãch. hoc notant de appell.& Cæsar.Lamber.vbi suprà num.1.& est communis opinio secũdùm Couar. loco præcitato.nu.3.Sanctus Thom.2.2.q.63.articul.3.& in quodlibetis supra allega.

Hoc tamẽ intellige,quando dignior est præsentatus vnà cum digno.Nam tunc præferẽdo dignũ digniori,procederent prædicta.Itẽ si dignus fuisset præsentatus à maiori parte patronorum eritcõfirmandus omisso digniore.gl.& docto.in.c.3.de iure patrona.Imol.& Card.in cle.2.de iure patro. & est opinio communis secundũ Deci.consi.129. incip.diligenter consideratis.col.1.nu.2.& est magis communis secundùm Couarr.vbi suprà.§.6. numer.4.

Dignus autem electus sine sua culpa omisso digniori erit tutus in conscientia & in foro fori,quãuis cum præficiens peccauerit.Ioan.maior.in.4. distinctio.15.quæstione octaua.Caieta.2.2.quæst. 185.articul.3.

Quæro,quis dicitur dignior?Respondeo quòd dignior in hac materia non simpliciter dicit ille,qui doctior sit,vel sanctior,sed is,qui iuxta munus,& rem,cui præficiẽdus est,aptior eius ministerio apparet.siquidem quandoque qui sanctus vir,& bonus est,q̃ præterea diligentior est ad curam animarum vel ad aliud munus,ad quod est præficiendus,erit præferendos viro sanctiori,qui non ita diligens:eaq;,ratione non ita aptus sicut prior administrationi eius muneris cui est præficiendus. Sanctus Thom.2.2.quæst.63.art.2.versi.ad tertiũ. & est opinio cõmunior ab omnibus recepta.Adde Greg.Lopez in.l.5.verbo digno.& super verb. stro.tit.15.part.1.

Est tamen dubium,Vtrùm eligens dignum teneatur ad restitutionem damni illati hac occasione digniori?Videtur quòd sicinã qui est causa damni tenetur refarcire illud damnum passo.c.fina. de iniuri.l.dedi.§.quanquam.ff.de condi.causa data.vbi constat,quòd impediens alicui aliquam vtilitatem,tenetur ei ad interesse per actionem in factũ pro illa vtilitate.Adidẽ est.l.quoties.ibi,qui cum abstulerit.C.de actio.tributo.lib.10.facit,nã iustitia cõmutatiua hic versatur.Cùm respublica seu fundator iuris patronatus euocauerit ad sua munera vel ecclesiam illum qui dignior fuerit.si ergo iste talis effectus fuit laboribus,ærumnis,& expensis,vt tale posset brabium consequi,hoc acto, ciuitas seu republica tenetur illum honorare,& pmio tali afficere.l.vnicuiq;.C.de proxim.sacrorinio.lib.12.ibi.vnicuique qui in sacris scrinijs militat,sui loci merita seruari oportere cõstituimus.Si

Universidad de Deusto Biblioteca



ergo patronus digniorem sciẽter omisit, malitiose fecit, ac tenebitur. argumento tex. in. c. pastoralis. ad fin. de iure patro. ibi, veruntamen constituimus, vt episcopus, qui præsentatum idoneum malitiose recusauit admittere. &c. Item suadetur. Paria sunt ab aliquo auferre quod suum est, & eidẽ nõ dare, quod ei debetur: sed qui digniori non dederit munus, & res communitatis, quæ ei debent, negat rem debitam ei soluere: ergo tenetur ad restitutionem, acsi ab eo abstulisset quod eius proprium erat. confirmatur ex sancto Thom. 2.2. q. 62. art. 2. ad. 4. vbi sic dicit. Si verò iã firmatũ sit q̃d alicui detur præbenda, & aliquis propter indebitã causam procuret, quòd reuocetur, idem est acsi iã habitã ei auferret: & ideo tenetur ad restitutionẽ æqualis, tamen secundùm suam facultatem. sensit Paludan. in. 4. sent. distin. 15. q. 2. conclus. 4. arti. 2. expressiùs Caietan. ad sanctum Thom. loco præcitato. vers. ad cõfirmationem dicitur falsum esse. & in sua sum. verb. acceptio. pagin. 19.

Contrariam sententiam, imò quod ad nullam restitutionem teneatur conferens beneficium digno, omisso digniore, quanuis peccet eligendo scienter idoneum, relicto idoniore, defendit Adrianus Papa in. 4. sententi. de restitutione. §. Quia iam determinatum est. fol. 135. columu. 1. vers. pro decisione huius quæstionis ponam duas conclusiones. Domini. Soto. libro. 4. de iustitia & iure. quæstio. 6. articu. 3. pagina. 347. col. 2. probatur q̃ tunc non peccatur contra iustitiam commutatiuam: appellamus enim dignũ pro ratiõe p̃bendæ. Si ergo ecclesiæ minister applicatur pro quãtitate sui stipendij, non fit ei iniuria contra rigorẽ iustitiæ cõmutatiuæ, vt debeatur ei restitutio. Dixi cõtra rigorem: quia semper fit ei aliqua iniuria cõtra fidelitatẽ, postq̃ alius dignior poterat ei prouideri. tum quia ista non est mera iustitia distributiua: quoniam, & si sacerdotia & præbendæ debeantur dignis, & ditiora dignioribus, hoc tamen non est propter ipsos, sed propter ecclesias, quib⁹ ministeria debentur. cõtraria tamẽ accipiẽda sunt: quãdo illa est mera iustitia distributiua: scilicet qua distribuũtur bona, quæ ciuibus ob suã suorũq; causam sunt instituta. & est verior & æquior opinio secundùm Couarr. in dict. reg. p̃ctm̃. 2. part. §. 7. num. 6.

Hinc infertur idẽ affirmandũ de cõferẽdis magistratibus secularibus, qui administrãdæ iustitiæ seruiunt. Debẽtur enim dignioribus per distributiuam iustitiam: sed tamen illi p̃termittãtur, restitutio non est facienda prætermissis, sed populo, qui stipendia contribuit, & damnum accipit, iniuriaq; afficitur. Soto. lib. 4. de iusti. & iure. q. 6. art. 3. pagin. 348. col. 1. vbi agit de scholaribus suffragia præstantibus, aut alij aliter impediunt ne dignior cathedram consequatur, an teneãtur ad restitutionem. dicam infrà. in. l. 2. titu. 10. isto lib. 1.

Quid aũt si præsentet indignũ, & fuerit approbatus relatione patroni à Papa, vel alio ecclesiastico prælato? vt fit hodie, q̃ Papa cõfirmat p̃sentatũ à rege ad platuras per solas suas literas præsentatiuas, in quibus electũ à se cõmendat? Respondeo dicendũ. Qui scienter, seu crassa ignorãtia est causa immediata, quòd quis consequi valeat platuram, aliudue mun⁹ ecclesiasticũ, tenetur ecclesiæ instaurare quantũ de operis ad salutẽ rerũ & animarum necessarijs ex hoc ecclesiæ subtractum fuerit. Adrian. in. 4. sententia. de restitutione. §. supra citato fol. 134. col. 2. vers. 2. cõclu. vbi optimè hoc probat. Ratio ea est, quia quicunq; sua culpa occasionem damni dederit, totum damnum dedisse censetur. c. fin. de iniur. & dignus est præsentandus.

Vtrũ præsentans indignũ priuetur ea vice præsentandi dubiũ est. & videtur q̃ sic. tex. in auth. de sanctiss. episcop. §. si quis oratorij domus. ibi, tunc sanctissimus episcopus quoscũq; putauerit meliores ordinari procuret. &c. colla. 9. Itẽ eligendo indignũ huis est pro ea vice potestate eligẽdi priuatus, & ad superiorẽ deuoluitur potestas cõferẽdi. c. si cõpromissarius. de electio. libr. 6. Idẽ est si vicarius indigno cõtulerit beneficiũ: nõ em̃ poterit p̃ ea vice conferre digno, cũ functus iã fuerit officio suo. dict. c. si cõpromissarius. Rebuff. in cõcord. de collatio. §. si quis verò. verb. dispositiones. expressiùs in practi. beneficiorũ. in forma vicariatus. nu. 146. cũ seq. pagin. 75. si ergo cõferens beneficium est potestate conferendi priuatus pro prima collatione. c. cũ in cũctis. §. si. de electio. c. cũ vitoniensis. eo. titu. gl. in. c. cum singula. §. prohibemus. de preb. lib. 6. & in pragma. sanctio. gallica. tit. de collatio. §. q̃ si prędicta. verb. priuati. & hoc si sciẽter. quòd in dubio præsumitur electionem factã fuisse, cùm episcopus tenetur de vita & moribus illi⁹ inquirere, anteq̃ ei cõferat. c. innotuit. de electio. & Cardi. Zabarel. cons. 133. incipien. duo sunt. debet ergo habere plenã notitiã eius cui cõfert. c. bonæ. 2. in fin. & ibi Panormi. notabi. 1. de postulatio. præla. nã sicut qui cũ alio cõtrahit, nõ debet esse ignarus eius conditionis, cũ quo cõtrahit. l. qui cũ alio. ff. de regul. iu. sic & is qui vult alicui cõferre. Sed quis hoc faciat, nescio: sed non essent tot p̃ecora Meliboei ecclesijs p̃posita, si de his fuisset inquisitũ, quod dolẽdũ summo opere & conatu est. si tamẽ cõstaret aliqua iusta causa de ignorantia iusta excusabitur. c. postulastis. &. c. apostolicæ. de cleri. excom. ministrã. Rebuff. in pract. beneficio. pagi. 49. titul. poenæ cõtra collatores indignis cõferẽtes. nu. 2. igitur idem dicẽdum in patrono, cũ sit iustũ vt in eo puniatur in quo delinquit. c. ansit. & ibi gl. de appella. c. prouida. de electio. lib. 6. l. 26. titu. 5. part. 1. & prædicta poena cõtra eligẽtes indignum





indignum habet locũ etiam in electionibus laicorum. Bald. in cap. venerabilem. de electio. etiam si electio competat ex priuilegio. capit. secundò. & ibi Panormi. notabi. 1. de postul. præla. Gregorius Lopez in dict. l. 26. in verbo, *de aquella vez.*

¶ In hoc tamẽ dubio plures opiniões referuntur à Cæsar. Lamberti. de iure patro. 4. arti.

spaña q̃ los Reyes de Castilla cõsientã las electiones [a], q̃ se han

10. q. princip. 1. partis. 2. lib. 1. nu. 1. cũ seq. & Greg. Lopez in. d. l. 5. verb. *otro.* tit. 15. parti. 1. Pro quo fit conclusio. Patronus ecclesiasticus ratione ecclesiæ & non patrimonij præsentãdo sciẽter indignũ est priuatus pro illa vice iure p̃sentãdi. gl. in. c. cũ vos. de offi. ordi. Archi. in. c. vni. de præb. libr. 6. & ista conclusio ab omnibus recipitur, secundũ Cæsar. Lamber. vbi suprà. nu. 15. quia patroni ecclesiastici sunt electores, & dicuntur per suã præsentationẽ eligere. Ideo disposita in electione debent habere locum in eis. & sic procedũt fundamenta à me adducta in principio præsentis quæstionis.

Secunda conclusio. Patronus laicus præsentando minùs idoneũ si est intra quadrimestre tẽpus, non est priuatus, sed poterit aliũ præsentare, licèt primus ab eo præsentatus fuerit iudicatus minùs idoneus. de hoc est casus clarus in. c. cũ vos. de off. ordina. & in hoc casu est intelligenda opinio. Ioã. And. ibi cũ sequacibus, volẽtibus, q̃ multò magis præsentãdo aliquẽ nõ instituendũ debet posse variare præsentans, q̃ cũ præsentat idoneũ: nã debet intelligi, quãdo nõ præsentauit indignum, sed minùs idoneũ, & adhuc est infra quadrimestre. l. 5. titu. 15. parti. 1. quæ est opinio cõmunior: & isto modo intellecta non corrigit primam cõclusionem.

Tertia conclusio. Patronus laicus præsentans scienter indignũ, est ipso iure pro prima vice priuatus iure pręsentandi. tex. in. d. §. si quis oratorij. in authen. de sanctissi. episco. colla. 9. Panor. in. c. illud. nu. 8. & in. c. cum propter. nu. 6. de iure patr. & est verissima opinio secundũ eundẽ in ca. cum vos. col. 2. de offi. ordi. & cõmunis secundũ Cæsar. Lamber. vbi suprà. nu. 14. tenet Paul. de Citadi. de iure patro. 6. part. arti. 2. nu. 5. & est cõmunior opinio secundũ Roch. Curti. verb. honorificum. q. 4. nu. 15. & Grego. Lop. in. d. l. 5. tit. 15. parti. 1. Et ista opinio habet locũ, quãdo præsentatus ex eo est indignus, quia non habet requisita apposita per fundatorẽ in fundatione bñficij, quia erat præsentandus presbyter, & præsentauit puerũ. nã hoc casu fiet deuolutio ad superiorem, quia videtur delinquere, non obseruando intentionem fundatoris. Et hoc casu intelligo p̃cedere opinionem Barba. consi. 33. incipi. scripsit psalmista. in. 5. dubio. lib. 2. vbi quærit, Quid si patroni, qui secundũ dispositionem fundatoris habebant præsentare sacerdotem ad ecclesiam, & præsentarunt clericum primæ tonsuræ, an sint priuati iure præsentandi pro illa vice. Et dicit quòd sic. Forte tamen opinio, quòd intra quadrimestre tempus datum ad

de hazer de los Obispos y perlados. Porque los Reyes son pa

præsentandũ possit laicus dignum cumulare, non obstante incapacitate primi præsentati, est verior, & communior, & habet pro se legem partitæ. Et ad dictum. §. si quis oratorij. potest responderi vt gloss. & ibi Imol. in dict. cap. cum vos. Has tamen conclusiones feci. vt opiniones contrarias cõmunes concordare valeas. argum. c. cum expediat. de electio. libr. 6. ¶ Quibus autem differant patroni ecclesiastici, & laici, vide nouem differentias per Panormitanum in capitul. cum propter. columna secunda. numero quinto. de iure patronatus. & per Paul. de Citadi. de iure patro. 13. parte principali. l. 6. & l. 7. titul. 15. parti. 1. ¶ Quæro vlteriùs, Vtrum tempus quadrimestre datum secularibus patronis, & semestre ecclesiasticis ad præsentandum. c. vni. §. verum. & ibi concord. in gloss. de iure patro. lib. 6. currat à tẽpore notitiæ, an à tempore vacationis? Respondeo, quòd à tempore tantũ vacationis currere secundum cõmunem opi. Rot. decisi. 38. in antiq. & Cæsar. Lamb. in loco infra citato. col. 2. num. 1. & col. fin. vbi dicit, quòd ita obseruatur hodie, nam per ordinarium non admittitur ignorantiæ allegatio, vel impedimenti, sed lapso tempore ad præsentandum incontinenti ipse prouidet, dicit communem Rota antiq. decisi. 38. isto titu. in antiqui. & Cæsar. &c. quòd à tempore notitiæ currat patrono tempus. tenet Tiraquell. de retract. libro primo. §. 35. gloss. 4. numero septimo. vid. plures citat idem firmantes. Cæsar Lambertinus de iure patronatus. 8. articul. prima quæstione principalis. secundæ partis. 2. libri. fol. 263. columna secunda. cum sequentibus. Adde Paulum Parisiensem consil. quadragesimoprimo. columna prima. nume. vndecimo. lib. quarto. Ioan. Nicola. in tracta. beneficio. titul. tertio. nume. 34. pagin. 146.

a ¶ *Consientan las electiones.* Videtur non posse procedere ex Panormita. sententia in capit. cum terra. vlti. notabi. de electio. qui per illum text. vult, quòd cõsuetudo, vt electio dependeat à facultate seu voluntate principis, vel alterius non valet si tñ cõsuetudo habet vt reqrat̃ assensus post electionẽ, valet cõsuetudo, nõ tñ d̃bet induci retractatio electionis,

Universidad de Deusto
Biblioteca



ctionis, si ille dissentit sine iusta causa, & legitima. Sed Hispaniæ Rex habet istud ius regale ex priuilegio sedis apostolicæ, vt dixi in gl. 1. ideo non obstat. & Greg. Lop. idē annotauit in l. 18. tit. 5. part. 1. verb. *costumbre*. ¶ Sed est dubium, Quid sit electio? Dic esse vocationē ali cuius personę ad prælaturā, vel societatē fraternam canonicè factā.

trones de la iglesia, se gũ se cõtiene en este nuestro libro en el titulo de los Perlados, y clerigos, y de sus priuilegios.

Ita Host. in summa istius tit. §. 1. gl. in d. vnic. verb. vera postulatio. de postul. prælat. lib. 6. Panor. in rubr. eo. tit. nu. 2. Deci. in rubr. de elect. nu. 1. Boeri. decisio. 1. nu. 1. Petrus à Bixio. in directo. elect. 1. parte. c. 1. num. 2. vbi probat electiones omni iure esse comprobatas. Eandem definitionem posuit. Angel. in summa verb. electio. in prin. Archie. 3. parte. tit. 19. c. 2. nu. 1. 1. 17. tit. 5. part. 1. Colligitur etiam hæc definitio ex. c. cum in cunctis. & ex. c. cum ecclesia Vulterana. & ex. c. quapropter. de elect. & ex. c. olim. de arbitr. ¶ Dubitatur etiam, Quo in loco sit electio celebranda? Respondē q̃ in ecclesia cathedrali debet electio prælati fieri. c. q̃ sicut. & ibi Panor. nu. 2. de elect. Rota noua decis. 288. sub isto tit. citat. c. cum terra. & c. in causis. de electio. c. qua fronte. & c. constitutus. de appellatio. c. In nomine domini. 23. distin. vbi gl. verb. fieri locum id habere firmat adeò, q̃ si alio, quàm consueto loco fieret electio, esset nulla. ¶ Locus autem consuetus oportet sit in ecclesia, in capitulo, vel in alio loco honesto. Panor. in. c. in causis. nu. 3. & in ca. sicut. nu. 2. de electio. Specul. de elect. §. 1. nu. 11. versi. debent autem. Hostien. in sum. istius titul. §. vbi Bertachi. in tract. de episco. 2. parte. 1. lib. nu. 1. Archiep. Florent. 3. parte. titul. 19. ca. 2. §. 2. Angel. verb. electio. §. 11. versi. in quo loco. ¶ Quæri etiā posset, Vtrum electio facta loco interdicto, sit valida? Panor. in. c. 1. de postu. præla. respondet, q̃ licèt Archidia. in. d. c. In nomine domini. 23. distin. teneat quòd non, tamen Hugo Vercel. Ioan. Andre. & communiter Docto. tenent quòd valet electio, vel postulatio, quia sunt quidam contractus. Quod probatur per text. in. d. c. 1. Idem tenet Angel. in sum. verb. electio. §. 12. versi. vtrum in loco. Collectar. in cap. cùm terra. numer. 4. de electio. ¶ Vlteriùs etiam quæritur, Vtrùm electio clandestina sit valida? Panor. in. c. 1. de clandesti. desponsa. nu. 2. tenet quòd non. glo. in cap. 1. vt ecclesiast. benefi. in verb. occulta. in fin. per tex. in cap. quapropter. in fin. de elect. Felin. in. c. consuluit. col. 7. nu. 20. de offi. delega. Rebuff. in concordata tit. de collatio. in princi. pagin. 19. versi. idem si fuerit extra curiam. vbi probat collationē beneficij nostri, seu clam factam valere. Selua. de beneficio. 3. parte. quæst. 17. nume. 4.

Quæro etiam, dato quòd in ecclesia ex iusta causa nõ potest electio fieri, mutaturq; propterea locus, Vtrùm debeat in citatione seu edicto locus Vtrũ debeat in citatione, edicto locus inseri, & causa mutati loci? Respondē quòd sic, secundum Speculat. de electio. §. primo. numer. ult. Bertachi. in tracta. de episco. 2. parte. 1. lib. num. 3. quæst. 3. argumen. text. in cap. bonæ. 1. de electio. cap. fin. de rescrip. & cap. 1. de dilatio.

Versatur etiam & aliud dubium, Vtrùm ex electione ante collationem beneficij dicatur quis in eo ius habere? Videtur non habere. eo q̃ cõfirmatio requiratur. gl. in clem. vnica. verbo. dispositionem. de supplen. negligen. prælat. & in clem. quia contingit. §. vt autem. verb. electionē. de religiosi. domi. Si ergo ad actus perfectionē requiritur confirmatio, non est illi per electionem ius acquisitū. glo. in ca. sicut viri. 40. distin. Deci. in rubr. de electio. Quæ communis opinio est & verior, secundum Ludoui. Gomes. post gl. ibi. in regul. cancel. apostoli. de triennal. possess. q. 35. col. 2. versic. Tamen istis non obstantibus q̃ per solam præsentationem, vel electionem, siue confirmationem, vel institutionem non tribuitur ius in re, sed ad rem: & sic quoddam præparatorium ad consequēdum beneficium. Facit. c. cum olim. ibi, vel confirmatione à nobis, vel ab ipsis &c. de consuetudi. Nauar. in repe. c. accepta. opp. 6. num. 2. pagi. 110. de de resti. spoli. & quæ not. Boeri. decisio. 2. nu. 47. & sic episcopus dicitur post consecrationem. cap. cum in cunctis. §. cum vero. de electio. conci. Triden. sessio. 23. can. 2. & sic ante consecrationē non vacabunt beneficia quæ habet cum plene non dicatur ius habere in dignitate episcopali, vt consului in fauorem per illustrissimi ac Reuerendissimi episcopi Tudensis, Canonicus Zamorensis tempore præsentationis.

His tamen obstat gl. in. c. quanto. 63. distin. quæ asserit per solam electionem electum cõsequi ius plenum prælaturæ. Quæ etiam opinio cõmunis est secundũ Ioan. de Selua in tract. de beneficio 3. parte. q. 11. nu. 44. & in. q. 1. nu. 5. eiusdem. 3. partis. Bertachin. in tract. de episcop. libr. 2. q. 29. nu. 49. Deci. in. c. postq̃. nu. 3. versic. Secundò noto. de electi. Felin. in. c. cùm Bertholdus. nu. 2. de re iud. Rota noua. decis. 489. nu. 2. Panor. in. c. trãsmissam. col. 3. nu. 3. de electi. Cæsar Lãberti. de iure patro. 8. arti. q. 5. princip. 2. partis. 2. libri. nu. 5. Facit. c. 2. de in



de in integrum restitu. vbi electus potest defendere suam electionem. capit. cùm dilectus. de consuetudi. capit. cupientes. §. cæterum. de elect. libr. 6. Sed prior opinio verior est, & forte magis communis: quæ procedit in electionibus collegialiter vel alio modo factis ab ijs, qui eas confirmare non possunt. Si tamen ab alijs fiat electio, qui potestatem habent confirmandi, talis electio ius plenum in re tribuit, cùm loco plenæ prouisionis habeatur, vt annotauit Pelin. in capi. eam te. col. 3. de rescript. Et in hoc casu procedit opinio communis contraria vltimò loco relata. Non ita erunt communes contrariæ sed vnaquæq; in casu suo locum habebit fœdere concordiæ.

Est & alia non minus elegans quæstio, Vtrùm electus ante confirmationem possit exercere ea, quæ pertinent ad administrationem prælaturæ? Respondē quòd non ante expeditionem literarum apostolicarum. extrauag. 1. §. præsenti. de electio. inter cõmunes. Nec beneficia prouidere poterit. Ioan. de Selua. de benefi. 2. parte. q. 15.

Nota tamen beneficia solùm ad prouisionem, & collationem episcopi spectantia non transferri in capitulum sede vacante, sed episcopo reseruari. cap. vni. §. primo. ne sede vacan. libr. 6. Ioan. de Selua. in tracta. de beneficio. 2. parte. q̃. 11. Cæsar Lamberti. de iure patrona. 14. artic. 2. quæst. principa. 1. partis. 2. libri. numer. 7. Ioan. Franciscus in tracta. de officio & potestate sede vacante. 2. parte quæst. 1. Rebuff. in practica beneficiorum. titu. de deuolutionibus. nu. 71. Ad idem est tex. in capi. 1. la. ne sede vacan. & capi. 1. de institu. lib. 6.

Probatur vlteriùs. Nam episcopi nomen ex cõfirmatione venit, non ex sola electione. capi. primo. de translatio episco. Non igitur istud nomen ei competet, ac per consequens non erit episcopus seu prælatus. ¶ Hinc asseruit Bald. in. l. si nondum. colum. prima. nume. secundo. C. de furt. nõ dici occidisse prælatum, qui tantum electum, nec adhuc consecratum occidit. glo. etiam in clemen. vni. verb. episcopis. de foro competen. asserit nomine episcopi electum tantùm & confirmatum venire. ¶ Confirmatur vlteriùs ex capi. transmissam. de electio. & capi. auaritiæ. eodem titu. lib. 6. Quibus constat electum non confirmatum non posse quicquam exercere de his, quæ pertinēt ad beneficium, seu prælaturam, ad quam est electus. Facit capit. iscui. de electio. libro. 6. Per prædicta igitur ante confirmationem non dicetur nec erit episcopus abbas, seu prælatus.

Hinc fit, vt electus ante confirmationem in habitu, non autem in actu dicatur episcopus. glos. in clemen. 2. verb. pontificum. de celebra. missa. text. & ibi Panormi. numer. 2. in capit. tua. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli. & capit. tam literis, vbi Panormi. nume. 2. de testib. glo. in cap. primo. verb. dedicanda. de religiosi. domib. Quæ glos. firmat episcopum in consecratione recipere nomē, quemadmodum nouitius in professione. Citat. Ripa in cap. eam te. nu. 1. de rescript. Hinc etiam dixit glos. in clem. 1. verb. quemuis pontificem. de pœn. electos, nec tamen consecratos non esse episcopos. c. nulla ratio. 62. distin. Nec ante susceptionem pallij dicitur electus Archiepiscopus. ea. nisi. de autorita. & vsu pallij.

Hinc etiam est, quòd electus ante confirmationem non debet administrare. si autē administret, dicitur intrusus, ac iure priuabitur. capit. auaritiæ. de electio. lib. 6. vbi Philip. Franc. conscribit septē casus, in quibus electus ante confirmationem administrare potest. Et Rebuff. de pacific. possess. in 4. limita. nume. 242. & in praxi beneficiorum. titulo. de miss. in possessionem. nu. 10. pagin. 89. & latiùs ibidem pagin. 31. nu. 7. regul. de subrogandis litigantibus. glo. 4. nu. 7.

Ex quibus notanter infero, Imperatorem ante confirmationem & consecrationē non esse Imperatorem. & sic carere administratione. li. bene à Zenone. ibi. Ex eo tempore valitura, quo motu diuino imperiales suscepimus insulas. vbi glos. asserit. argumen. quòd non valet ante ipsius coronationem priuilegium. C. de quadrien. præscript. Bart. in. l. ex eo. ff. de militia. testam. per illū tex. vbi electus non potest dici miles, antequàm sit in matricula descriptus. text. in clem. 1. ad medium. de iure iur. ibi, Ego H. rex Romanorum annuente Deo futurus Imperator. & ibi not. glo. in verb. futurus. Bart. in prooem. digestorum. nume. 15. tenet in Imperatorem electum non dici ante consecrationem Imperatorem. Ias. in. l. 2. nu. 5. C. de in offic. testamen.

Temperandum tamen est istud dictum, ac asserendum, quòd Imperator possit ex electione tantùm priuilegia concedere, & dicatur Imperator, contra prædicta. Quæ communis est opinio secũdum Deci. consil. 194. nu. 1. libr. 1. & Hierony. Cagnol. in repe. prooem. digestorum. nu. 40. glos. in c. legimus. verb. Imperatorem. 93. distinct.

At vt veritas huius dubiæ quæstionis appareat, opportunum erit aliquas subijciamus assertiones. Quarum prima sit.

Ex electione sola, quamuis ex ea acquiratur ius ad rem electo ante confirmationem, nõ tamē poterit administrare, nec ea, quæ sunt iurisdictionis, nec ea, quæ sunt ordinis. c. auaritiæ. de elect. lib. 6.

Ratio est, quia administratio non est ei cõcessa ante ingressum officij. l. obseruare. §. fin. ff. de offi. procõsu. Paul. Castren. in. l. absenti. col. 2. ff. de dona. nume. 2. Sed ante confirmationē caret ingressu: ergo & administratione.

Secunda

Universidad de Deusto
Biblioteca



Secunda conclusio. Electus nondum consecratus, tamen confirmatus potest, quæ sunt iurisdictionis ministrare, gloss. in capit. transmissam, de electio. capit. quia in cunctis. §. Cum vero. & ibi glo. de electio. quæ firmat, quod ante consecrationem nihil attingere debet, cap. qualiter. eod. titu. Quæ item sunt ordinis episcopalis, potest post consecrationem exercere, glo. in dict. c. transmissam. & cap. is, cui procuratio. isto titu. lib. 6. Ratio huius conclusionis est, quia episcopatus est ordo. capit. claros. 21. distinctio. Consecratio autem est illa, quæ confert ordinem, non electio, secundùm gloss. in proœm. sexti. verb. episcopus. Panormi. in capit. quanto. de offici. ordin. Ripa in capitam to. num. 5. de rescript. vbi si sibi cit aliquas declarationes, quando electus sola electione consequitur iurisdictionem, prælaturæ, & administrandi, non tamen exercitium. capitul. pastoralis. in fin. de rescript. quod consequitur per confirmationem. glo. in ca. quanto. 63. distinctio. Panormi. in cap. transmissam. de electio. Felin. in cap. cùm Berthol. dus. colum. 2. de regiud. Adde Rochum Curti. de iure patro. verb. honorificum. q. 39. nume. 70.

Quod tamen fallit in abbatia. Abbas enim ex electione consequitur ius, quia poterit conferre minores ordines, licet non sit consecratus: Abbas enim minores ordines confert. c. cùm contingat. de æta. & quali. Domi. in. c. is cui. de elect. libro. 6. Ripa in cap. eam te. num. 9. de rescript.

Potest etiam ante benedictionē vti baculo pastorali. Cardin. in clem. attendentes. §. statuimus. col. 2. de statu monach. Et mitra, secundum Host. & Ioan. Andr. in. c. cum inter monasterium. de regiudi. Firmianus in tracta. de episcop. in. 4. parte. 2. principa. libri. 1. q. 1.

Est & aliud dubium, cui competat iure communi conferentia beneficia: Respondeo, Episcopo loci, vbi beneficia sunt. c. omnes basilicæ. 16. q. 7. cap. 2. de concess. præben. c. ordinarij. de offi. ordina. lib. 2. per regulam tamen cancellariæ apostolicæ Pauli tertij de mensibus reseruatis habet Papa sibi reseruatos octo menses ad prouidendum, reliqui quatuor ad ordinarium pertinent. Dicit enim regula, *Omnia & singula beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura, qualitercunque qualificata, secularia, & ordinum quorumcunque regularia, vbilibet existentia, in singulis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris mensibus &c.* Item Dominus Paul. Papa Quartus zelo iustitiæ & rectæ gubernationis motus, negre x sibi commissus pereat ex defectu proprij prælati, concessit sex menses alternatiue per singulos annos prælatis residentibus in suis episcopatibus, & diœcesibus: cuius tenor, qui adhuc typis non est traditus, quamquam à plurimis desideretur, talis est.



## Reseruatio mensium Apostolicorum, & concessio alternativarum omnibus ordinarijs in suis ecclesijs, seu diœcesibus residentibus.

*Sanctissimus in Christo pater & Dominus noster Dominus Paulus diuina prouidentia Papa Quartus (qui certis modo & forma tunc expressis antea reuocauerat quoscunque gratias præuentiuas emanatas à suis prædecessoribus ad beneficia vacatura) cupiens prouidere de beneficijs ecclesiasticis clericis pauperibus, & alijs personis benemeritis, reseruauit generaliter dispositioni suæ omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura & sine cura, secularia, & regularia, quorumuis ordinū, qualitercunque qualificata, & vbilibet existentia, quomodolibet vacatura extra Romanam curiam, alias quam per resignationē singulis mensibus Iulij, Augusti, Octobris, Nouembris, Ianuarij, Februarij, Aprilis & Maij, in antea vsque ad quinquennium à die publicationis præsentis constitutionis computandum, quomodolibet pertinentia ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem, quorumcunque collatorum, & collatricum, secularium, & regularium: non tamen Cardinalium sanctæ Romanæ ecclesiæ, aut aliorum comprehensorum sub concordatis initis inter sedem apostolicam, & quoscunque alios, & acceptatis & obseruatis inter eos, qui debuerunt illa acceptare & obseruare, quæ lædere non intendit. Et volunt quod in supplicationibus, seu cedulis gratiarum, quæ fient, etiam motu proprio, de dictis beneficijs tunc vacantibus fiat mentio dispositiue de mense vacationis illorum: alioquin gratiæ prædictæ sint nullæ. Et quod priuilegia, et indulta apostolica de disponēdo de huiusmodi beneficijs quomodolibet concessa quibusuis personis, & collegijs cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, etiam cum clausulis derogatorijs derogatoriarum, ac fortioribus, & insolitis, decretisque irritantibus, & alijs*



*& alijs nullatenus suffragentur aduersus reseruationem huiusmodi. Decreuitque in præmissis sic iudicari debere per quoscunque, &c. Et insuper sanctitas sua volens gratificari ordinarijs collatoribus, concessit eis (quotienscunque, apud eorum ecclesiā, seu in eorū diœcesibus residerint) facultatem liberè disponēdi de quibusuis dignitatib⁹ personatibus, administrationibus, officij, canonicatibus, præbēdis, ac alijs beneficijs ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, secularibus, & regularibus quorumuis ordinum pertinentibus ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem eorum, quæ in antea vacare contigerit in singulis mensibus, Augusti, Octobris, Decembris, Februarij, Aprilis, & Iunij) dummodo non fuerint alias reseruata generaliter dispositioni apostolicæ, vel affecta ex generali reseruatione apostolica: etiam si præsentationes, nominationes, vel electiones aliorū consueuerint præcedere: quæ saluæ sint, non obstante prædicta reseruatione: quam, & decretum in ea contentum noluit habere locum quoad eos: dummodo non se intromittant de collatione & prouisione beneficiorum pro tempore vacantium in reliquis sex mensibus, videlicet Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris, quæ ex tunc: prout ex ea die, & e contra reseruauit, vt præfertur, dispositioni suæ, decernens irritum. &c.*

Contra istam definitionem iudicij, de qua supra habitum est, oppono. Non solum tres personæ, sed etiam quatuor in quolibet iudicio interuenire necesse est. c. forus. de verb. signi. & in cap. 1. 4. q. 4. ergo definitio non est bona, cũ debeat continere rem definitam. l. 1. §. dolum. ff. de dolo. gl. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. Sed cum sit cõmunis, defendere oportet. Ideoque respondendũ est, quod ad esse iudicij necessitate præcisa & formaliter, tres personæ requiruntur, vt in definitione: sed ad bene esse, & ex quadam necessitate cautiua quatuor adesse debent, scilicet, vltra iudicis personam, actoris, & rei, testium personam non præcisè, sed ad effectũ, vt actor obtinere possit. quia, actore non probante, reus absoluitur. c. vni. vt eccle. benefi. ie. fi. de iureiur. Hippoly. sing. 169. incip. Nota. est regula. Sed interuentus testium in iudicio, non est precisè necessarius, quoniam sine testibus iudicium, & sententia valida est, secundum Azo. in sum. C. de iudi. Bart. in l. prolatam. col. fi. C. de senten. & in l. per hanc. C. de temp. appella. Alexan. consi. 105. num. 4. col. 2. libro. 5. Et sic intelligendus est text. in dict. ca. 1. 4. q. 4. Et in allega. c. forus Confessio inquisiti sufficit ad condemnationem ipsius, nec sunt necessarij testes, sed in subsidium. l. vni. C. de confess. l. 7. tit. 3. part. 3. Etiam si confessio fuerit facta in processu nullo, debet sequi condemnatio. Singularis est doctrina Innocen. in cap. qualiter & quando. col. 3. num. 7. de accusa. versic. Item ad prædictas pœnas. Panor. in cap. dilectus. col. fin. num. 14. de Capell. monach. Felin. in cap. cum dilecta. nu. 14. de resc. & Iaſ. in l. cum te transegisse. num. 5. C. de transact. Curti. in l. manifeste. num. 14. ff. de iure iurand. Guilliel. Benedi. in cap. Raynutus. verb. mortuo ita que. in 1. nu. 161. de testam. Guid. papa decis. 120. incip. Dominus Antonius. Cattelian. Cota in memorialibus iuris. verb. confessio. versi. quintum singulare. Rodericus Suarez in repeti. l. post. rem iudicatam. notab. 3. num. 5. ff. de re iudi. Et est cõmunis opinio secundum Franciſc. de Areti. in citato. c. qualiter & quando. n. 31. Tenet etiam Panormit. in cap. at si clerici. col. 2. num. 5. de iudi. & Deci. ibi col. 2. nu. 3. Hippolyt. in repet. rubricæ. C. de probatio. nu. 88. & in singul. 201. & 374. & in l. 1. §. diuus Anto. nume. 12. ff. de quæstio. in quibus locis dicit hanc communem opinionem. & in consi. 48. num. 3. & consil. 46. num. 17. & Ioan. Bernard. in practica canonica. crimina. c. 119. verb. confessionibus. Limita tñ vt per Deci. in. d. c. at si clerici. & Hippoly. singul. 201. incip. In confessum nullæ sunt. Quibus adde Bart. & eius additio. in l. si ità stipulatus. §. Chrysogonus. num. 3. ff. de verb. oblig. & Matthiesi. in gu. 53. incip. Nota vtilem. Si vero factum seu delictum fuerit negatum, & reus fuerit testibus conuictus, sine confessione erit condemnandus. text. secundum Bald. in cap. ad nostram. c. 1. fi. versi. & nota. de proba. Sequitur Hippoly. singul. 108. text us expressus est pro sententia Bald. in l. qui sententiam. C. de pœn. Item probatur ex l. 9. titu. 11. infra hoc libr. l. ibi, *prueue lo con dos hombres.* Item huic solutioni adstipulatur, quod in omni dispositione tractatur per prius, & non posterius, vel per id, quod venire potest in subsidium. l. 1. §. denuntiari. ff. de vent. inspi. glos. singul. in l. de vno quoque. ff. de re iudi. vbi citãda est pars, cui negotium principaliter tangit, non tamen requiritur, quod citetur persona. cui incidẽter damnum euenire potest. vt contingere potest in possessore maioricatus viuente successore legitimo ex vi fundationis. Quod est singulare. Consulo tamen ad cautelam, quod citetur, quemadmodum citari solent. per generale proclama prætendentes interesse. Igitur ad definitionis propositæ institutũ redeundo, bene definitur a communi. dicenti, q̃ est actus trium, & nõ quatuor personarum: cum sit præsumendum pro reo, quod interrogatus a iudice dicet veritatem, quilibet enim præsumitur bonus quo ad mores. c. dudum. de præsumptio. glo. in cap. 1. de scruti. & in l. cum pater. §. rogo. ff. de legat. 2. Et iure naturæ hoc procedit. glos. in l. fin. ff. quod met. caus. Angel. in l. sciendum. in fi. ff. de verb. oblig. Socin. in consi. 15. incip. Omnipotens Deus adsit. Visis prædictis instrumentis. col. 4. nume. 15. lib. 1. Hippoly. in. 1. 1. nu. 67. C. ad leg. Cornel. de sicar. Alciat. in tracta. de præsumptio. reg. 3. præsumptio. 2. Cæsar Lamberti. de iure patro. 5. art. 10. q. principal. 1. partis. 1. libri. nu. 44. Latius in. 2. arti. 10. q. princip. 1. partis. 2. libri. nu. 6. Corne. consil. 165. nume. 60. lib. 2. & consil. 181. nume. 62. & consil. 121. nume. 5. in eod. 2. libr. & consil. 28. nume. 4. lib. 3. &. consil. 176. num. 10. lib. 4. cultores enim veritatis esse debemus. l. 1. C. de edicto diui. Adri. toll. Homines enim ad veritatem nati apti, semper meliora, & veriora sequuntur, secundum Aristot. 1. Rhetoricorum. Vnde mendacium opponitur veritati, secundum Augusti. in libr. contra mendaciũ. Et Tho. 2. 2. q. 110. Ergo non est præsumendum delinquere. l. merito. ff. pro socio. Et sic probatio, quæ fit per testes, est subsidiaria.

Secundo vtiliter inquirendum est, Quare dictũ est in hac rubrica. De iudicijs. in numero plurali,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& nõ De iudicio, in singulari. idq; patet in rubricis isto tit. in libris. C. & Digestorũ, & in Decretalibus, Sexto, & clemẽtinis? Respondent elegan ter scribẽtes in rub. De iudi. quod ideo dictũ est, quia duo sunt iudicia, aliud scilicet ciuile, & aliud criminale. De quo dicitur in. l. destitisse. ff. de iudi. c. dilecti. de iudi. &. c. at si clerici. & cap. cum nõ ab homine. eod. titul. glo. & communis in rubr. ff. isto titu.

Contra istam rationem docto. iudiciorum diuisionem iuducentem potest opponi vnico argumento, quod huiusmodi est. Non debet fieri per pluralia id, quod fieri potest per pauciora. §. quibus. in. i. consti. C. clemen. auditor. de rescr. vnde cum iste terminus, iudicium, generaliter sumptũ comprehendat vtrũque scilicet, iudiciũ ciuile, & criminale, nõ probè dictum est, de iudicijs: & consequenter gloss. & communis peius fecerunt illo modo exponendo, cum potius deberet in singulari, de iudicio, dicere. Quod optimo corroboratur fundamento. Nam vis videre, quod si dictum esset de iudicio, sub hoc termino, iudicio, comprehenderetur de necessitate tam iudicium ciuile, q̃ criminale? Quia in rubricis superioribus de iudicijs, visum est de remedijs, quæ oriũtur tã ex causa ciuili, quam criminali: vnde cum remedia criminalia sub iudicio criminali, & ciuilia sub iudicio ciuili discuterentur, merito si Iuris lator dixesset, de iudicio, inteligeretur tam de ciuili, quam criminali. Solui potest, quod ita dictum est, de iudicijs, vt distinctius, & clarius iudicia ostenderet, Nam si dixisset, de iudicio, aliquis redderetur confusus, cum multiplex sit iudicium, vt dixi suprà in. i. quæst. argum. text. in. §. cumq; hoc Deo. in Procemi. Institu. Item quia sumus in rubricis, in quibus non versatur præiudicium, vel saltem modicum, de quo non curat Prætor. Vel ita fuit voluntas Iurisconsultorum. Et non abs re dictũ fuit, De iudicijs. & nõ, De iudicio: quia terminus, iudicium, debet correspondere legibus sub eo sitis, quæ loquũtur de vtroque iudicio, tam ciuili quã criminali, & sic in rubricis Digestorum. Codcis, & Decretalium habetur de vtroque, vt facerẽt ad titulum illa iura dictum est, De iudicijs. Quia debent esse collocata sub congruis titulis, & respondere rubro. sub quo est lex posita. l. fi. ff. de condi. indebi. ideo dixit, De iudicijs, indefinitè. Tum etiam propter nimiam facilitatem, vel propter nimiam subtilitatem, nec reddi, nec inueniri potest vera ratio istius quæstionis. l. non omnium. ff. de legib.

Tertio modo iuxta prædicta. Quæro de alia diuisione iudiciorum, quæ necessaria, & admodum vtilis est, viris potissimum practicis. Et hæc quidem est, Quot reperiantur iudicia? Ad quam quæstionem respondẽ ex dictis in superiori quæstione. 2. Aliud esse ciuile, aliud criminale, aliud mistum Ciuile dicitur iudicium, quod petitionem alicuius rei cõtinet absque origine alicuius criminis, vt ex causa mutui, venditionis, locationis, vel huiusmodi. l. properandum. in princi. C. de iudi. Specula. de contuma. §. sequitur videre. nume. 1. Bald. in rub. de iudi. col. 1. l. 9. tit. 4. part. 3. Criminale est, quod descendit ex delicto. continens pœnam cõtra reum inquisitum de crimine. l. seruos. C. ad leg. Iuli. de vi publi. l. vbi. C. de falsi. in princ. & per totum Insti. de publi. iud. l. 2. ff. eod. c. cum non ab homine. cum simi. de iudi. dict. l. 9. titu. 4 part. 3. Dicitur etiam criminale, quando pœna pecuniaria est fisco applicanda. glo. in. l. 3. verb. aureorum. ff. de sepulc. viola. & glos. in. §. in summa. verb. extraordinaria. Insti. de iniur. Et glos. 1. in. l. aut damnum. ff. de pœn. Guido Papa consil. 130. num. 1, estque cõmunis opinio secundùm Curti. iuniorem in. l. 2. §. sed & si agantur. num. 2. ff. de iudic. Tenent Panorm. & communiter docto. teste ibi Ripa num. 92. de iudi. super rub. Et est vera, & communis opinio secundum Robert. Maranta. in sua pract. 1. distinct. iudiciorum. nu. 1. pagi. 80. Quando autem pœna esset applicanda parti, esset ciuilis, & non criminalis causa. glo. in. dict. l. 3. verb. aureorũ. Imol. in rub. ff. de publi iudi. Quæ sententia communis est, teste Iaso. in rubric. C. de iudi.

Aliud iudicium est mistũ, scilicet, qñ non merè ciuiliter, nec merè criminaliter agit, sed causa est inter ciuilẽ. & criminalẽ, vt in. c. tuæ, de procu. De cuius intellectu singulariter est consulendus Augusti. Beroi. in rub. de iud. nu. 33. Et ibi Ripa. nu. 99. Robert. Marant. loco citato. nu. 73. pagi. 104. vt quando pœna applicatur fisco, & parti. vt in. l. 2. titu. 9. libr. 8. infra. & in. l. 2. titu. 3. libr. 4. foro legum.

Subdiuiditur secundo modo iudiciũ in ordinariũ. & extraordinariũ. vr habetur in. c. quoniam contra. ibi, tam in ordinario, quam in extraordinario. de probatio. Ordinarium est, in quo concurrunt tres personæ, iudex, actor, & reus. c. 2. de offi. iudi. c. forus. de verb. signi. Ioan. Igne. in repeti. l. 1. nu. 17. C. qui admitti. Vel est ordinarium, quando proceditur vel per viam accusationis, vel per viam actionis ciuilis, quæ sunt remedia ordinaria. l. nihil aliud. ff. de actio. & obliga. & in prin. Incti. de public. iudi. Bart. in extrauag. Ad reprimendum. in verb. accusationem. & in rubric. ff. isto titul.

Iudicium extraordinarium dicimus, sine figura iudicij, vbi duæ tantum personæ interueniunt, & sic est iudicium trãsfiguratum, in quo non est aduersarius, sed tantum iudex, & petens. & per consequens



consequens vbi agitur iudicis officio, secundùm Igneum vbi supra. Ex quo potest inferri, quòd in extraordinario iudicio, cùm non sit propriè iudicium, filius potest agere sine licentia patris, sed in ordinario non: quia non censetur habere integrã personam, propter patriam potestatem. glo. in. l. fi. §. necessitate. C. de bon. quæ libe. gl. in. l. 3. §. causa cognita, & in. l. si seruus. ff. de bono. posse. & in l. cogi. §. si pater. ff. ad Trebell. & in. l. cum filius familias viaticum. ff. si cert. pet. quam ibi ponderat Roma. & glos. in. l. 1. verb. cum ignorante. C. qui admitti. vbi col. 3. numer. 18. dicit veram, & cõmunem hanc sententiam Ioanes Igneus.

Quartò dubitari circa prædicta potest, Vtrùm iudicium super crimine agitatum per viam inquisitionis, dicatur ordinarium, vel extraordinariũ? In qua quæstione Innocenti. variauit. Sed verior sententia est illa, in qua firmat esse extraordinarium, secundum Deci. & Aretin. quã prosequitur Beroius à nume. 35. inclusiuè, vsq; ad. 37. in rub. de iudi. vbi videre licet. Innocen. opinio est in capi. cum oporteat. de accusa. & glos. in ca. quoniam contra. de proba.

Probatur quod si extraordinarium ex text. in cap. quoniam contra. de proba. Sed potest euitari, dicendo, quod simpliciter loquitur de extraordinario ad differentiam ordinarij. non tamen dicit text. inquisitionis iudicium esse extraordinarium. de hoc enim nullum verbum: & licet glos. ibi de eo exemplificet. tamen illa expositio non est necessaria, cumaliter illud verbum, extraordinario, possit intelligi. vt ex glo. ibi colligitur. Sed dic, quod attento ordine inquisitionis, ordinariũ dici non potest, cum ordo procedendi sit extraordinarius. Nam ordo inuentus in hoc iudicio inquisitionis. non dicitur solennis, nec præcisus, qa consensu partium remitti potest. in. c. 2. de accusa. lib. 6. alias enim a iudice, nec a partibus remitti posset. vt habetur in. l. prolatam. C. de senten. & glo. nota. in Clem. Sæpe. de verb. signi. in glo. fin. vbi habetur. quod solus Princeps poterit remittere ordinem iudiciorum. est gl. expressior in verb. mandamus. in. d. Clem. Sæpe. & glo. in cap. fin. de hæret. lib. 6. Lanfran. de Oria. in repeti. dictæ Clem. Sepe. in prin. num. 3. dicit singul. esse Panorm. inquit notandam in cap. dilecti. col. 3. num. 5. & ibi Additio. de iudi. Philip. Frãch. in cap. statuta. nu. 2. de hær. lib. 6. Augusti. Beroi. in rubr. de iudi. nu. 36. col. 15. & iterum col. 16. num. 37. Robert. Marant. in practi. 9. distinctio. principal. iudici. nu. 3. pagi. 187. Item suadetur. Nam signum, per quod cognoscitur quid esse extraordinariũ est, qñ per ordinariũ tolli dicitur: quia ordinariũ facit extraordinariũ cessare. l. in causæ. 1. ff. de minorib. l. ait prætor. & l. elegãter. in prin. ff. d̃ dolo. l. si cũ exceptione. §. eum qui. ff. de eo, quod metus causa. l. in prouinciali. & ibi Bar. ff. de noui operis nuntia. Sed inquisitionis iudicium cessat propter iudiciũ accusationis. quod dicitur ordinarium: quoniam si perueniẽte legitimo accusatore, iudex, qui inquirere cœperat, ab inquirendo desistere debet. glos. magna ad fin. in cap. qualiter & quando. 2. de accusa. & ibi Panor. capitul. 1. 15. q. 5. Ergo fatendum est iudicium inquisitionis extraordinarium esse, & non ordinarium, quemadmodum Innocent. sibi contrarius tenuit in capit. dilecto. de senten. excom. libr. 6.

Quæro. 5. Iudiciũ quot habeat partes? Respondendum est, q̃ tres. Principium, quod durat à citatione, vsq; ad contestationẽ litis inclusiuè. Medium, quod protenditur vsque ad conclusionem in causa. Finis vsque ad ipsam sententiã diffinitiuam computatur. tex. in authẽ. ad hæc. C. de iudi. & ibi notat Iaso. colũ. 1. Barto. in. l. 2. num. 6. ff. de furt. Iaso. in rubri. C. de iudi. col. 2. Niconiti. in repet. capit. quoniam contra. verb. citationes. nu. 52. de probatio. & Panormita. in suo process. iud. fol. 7. col. 1. & Robert. Maranta. in speculo aduoca. 6. part. num. 4. text. in authen. vt defuncti, seu funera eorum nõ iniuri. §. illud. versi. sancimus etiam. colla. 5. Est præterea notandum iudiciorum conditionẽ in triplici differentia esse. est enim vniuersale, generale, & particulare. vt melius q̃ alibi explicat Zasi. in. l. qua quisque. col. 2. num. 8. cum sequenti. C. de edend.

Quæro. 6. Vtrum ad hoc quòd possit veniri. ad citationem in dicialem, requiratur monitio extra iudicialis? Respondeo quòd nõ requirarur de necessitate iudicij, sed ex quadam honestate. text. in l. quidam Hiberus. ff. de serui. vrba. prædio. Et est opinio communis secundum Sebastian. Sapi. in rub. ff. de iudi. num. 9. Datur tamẽ cautela, vt semper fiat ista monitio extra iudicialis: quia si non fieret, non possent repeti expensæ, quæ fierent in citatione iudiciali. Bald. in. l. nõ ignoret. C. de fructi. & lit. expen. Angel. de Perusio in. l. debitores. col. 1. C. de pigno. & in. l. 3. C. de obsequijs patro. præstand. Bal. Guil. de Cun. & Salicet. in, l. edita C. de edend. Specula. titu. de denuntia. & conclu. §. 1. circa prin. Anto. de Butrig. in capi. 1. de libelli oblatio. & in cap. nouit. de iudic. Iaf. in. l. certi. cõ. dictio. colũ. 1. num. 4. ff. si cert. petatur. & in. §. sic itaq; col. 8. num. 44. Instit. de actio Ludo. Rom. in singul. 396. incip. Alio sero dominus Manuel dixit michi. subiciens. Quod est menti tenẽdum, quia millies in facti contingentia habebis.

Dubitatur. 7. Vtrum iudicium incipiat a citatione. vel a contestatione? Sit breuis responsio in hoc dubio practicabili, q̃ iudicium proprie sumptum pro causa & instautia, vt in titulo. De iudi.

incipit à litis contestatione: impropriè autem incipit à citatione quantũ ad aliquos effectus, quos operatur citatio. Sententia est Paul. Castrensis in.l.1.num.4.C.de iudic.& in.l.amplius non peti.ff.rem ratam habe.communis secundùm Francis.Curti.iuni.in rubri.nu.11.ff.de iudi.l.7.titul.3. part.3.& text.in capi.ex parte.2.de verbo.signifi. Curti.etiam tradit quot modis iudicium incipiat à litis contestatione.in repeti.rub.C.de in ius vocand.col.1.

Hic infertur declaratio ad dict. capi. gratum. de offi.delegat.vbi habetur, quòd ad perpetuandam iurisdictionem iudicis delegati, sufficit citatio.c.si à subdelegato.de offic.delegat.libr.6.notatur in cap.licèt vndiq;.eod.titu.Barto.in.l.more maiorum.ff.de iurisdict.omnium iudic.vbi Paul. num.9.& Angel.col.3.dicunt, quòd ita indefinitè seruatur, & tenent Canonistæ, & est vera, & cõmunis opinio secũdùm Iaso.ibi num.57.& magis communis secundùm Francis.Curti.in.d. rub.C. de eden.nu.5.Panor.& Deci.in.c.relatum.num.2 de offi.delega.glos.in verb.litis.in præcitato.c.ex parte.de verb.signifi.Alexã.num.30.& Deci. nu. 46.& Ioan.Baptist.q.26.artic.3.numer.45.vbi ait istam esse communem sententiam Legistarum, & Canonistarum.& Zasi.num.35.dicit eam communẽ, veram, & indubitatã opinionẽ in.d.l. more.ff.de iurisdict.om.iud.Et per.d.c.gratũ.fuit obiectũ Azo.quum esset aduocatus in causa delegata, allegando magno boatu.c.relatum. de offic.delega. Alter aduocatus dicebat, Dñe Azo, aperite oculos, respicite.c.proximè sequens post.ca.relatum.scilicet,ca.gratum.& aliud defendetis. Et ita Azo.confusus tacuit. Propterea inoleuit prouerbium, Relatum, & Gratũ, fecerunt Azonem vituperatum.prout refert Ioã.de Imol.in ca.relatum. col.2.de offic.delega.vbi testatur hãc esse cõmunem opinionẽ etiam de iure ciuili. Et ad text.in.l. & quia.ff.de iurisd.omn.iudi. respondent docto. dum dicit, res geri cœperit. hoc intelligendum videlicet fore per citationem, cum citatio sit de processu, & sit actus iurisdictionalis.vt notatur per glo.in.ca.prudẽtiam.in prin.in verb. citra formã. de offi.delega.& probatur in.c.gratum.eod.titul. §.omnium.Insti.de pœn.teme.litigãt. Et est ipsa veritas secundùm Lanfranc.in repet.ca.quoniam contra.verb.citationes.nu.1.de proba. Imò secundùm eum, ipsa citatio est primus actus & processus.Bart.& Ange.in.l.1.ff.de in ius vocan. & probatur ex ordine titulorum.ff.veteris. Nam Iurisconsultus volens agere de iudicijs, primò posuit iurisdictiones iudicum: & postea appropinquando ad materiam iudiciorum, posuit titulum. de in ius vocando, vt designaret, quòd ab eo incipit iudicium.vt declarat Bart.in rubr.ff.ne quis eum qui in ius voca.& est fundamentum ordinis iudiciarij, vt testis est Specul.titul.de citati.§.1. Ex qua cõmuni opinione infertur non bene dixisse glo.in.l.& quia.verb.antequam.ff.de iu.omn.iudi.dicentem iurisdictionem iudicis delegati per litis contestationem perpetuari, non aliàs. Quam ibi reprehendunt communiter doct. Non obstat d.l.& quia.vt responsum est.nec text.in capi.relatum.de offic.delega.quia text.ille suppleri debet per textum sequentem in cap.gratum.secundùm q Imola in vtroque textu fatetur. Licèt aliqui dicant, quòd.c.relatum.correctum sit per capit.gratum. Sed meliùs est dicere, q suppleatur, vt correctio vitetur.c.cùm expediat.de electio.libro.6. Et etiam in terris Imperij esset seruanda ista opinio communis, si lex regia non esset in contrarium, quemadmodum probat Ioan.de Imol.in dict.ca. relatum.col.fin.fretus tali fundamento. Nam ex quo sunt opiniones inter Legistas, & reperitur expressè decisum de iure Canonico citationem sufficere ad perpetuandam iurisdictionem, standũ est iuri Canonico.per ea, quæ notantur in.c.licèt.de foro compet.& in cap.Rainutius.de testamen.& in cap.1.noui operis nuntia. Quæ doctrina est optima in actu practico, & à me copiosè exposita in.3.quæst.prooemiali.colum.11.12.&.13. cum sequent.istius primi tomi. In nostro tamen Regno regia lege statutum est, per litis contestationem, & non per citationem cœptam litem dici.l.19.&.21.titulo quarto.par.3. Alia est in contrarium imo quòd per citationem dicitur literis cepta in.l.35. titulo decimooctauo.parti.ead.tertia. Et huic opinioni gloss.in dict.l.& quia.accessit Iacob.Butrig.Cynus, & Rayne. ac idem Iacob. Butri.in.l.prima.C.de litis contest. Fundant se in ca. relatum.de offic.delega. Et ad tex.sequentem.gratum.respondent, quòd est seruandus in foro Canonico. Sed nulla est constituenda differentia secundùm communem, nec est correctio, si supples text.in dict.capitu.relatum.dum dicit, Si verò ante litis contestationem.per text.in dict.capit.gratum.scilicet, & ante citationem. Sed etiam instari potest contra communem per text.in capit. meminimus.ibi, quòd si ante citationem iter arripuerit.&c.de appella. Sed text. ille procedit quo ad effectum deuoluendi causam ad iudicem ad quem per appellationem, in causa nondum formata per contestationem. Si volueris videre opiniones in hoc magno dubio, vide collectas meliùs quàm alibi à Ioanne Brunello in tractat. De dignitate & potestate Legati.conclus.30.folio.90.& ibi firmat communem opinionem veram esse, & citat aliqua iura ad eius confirmationem. Item lis dicitur pendere per citationem, vt ea legitimè exequuta, nihil nouari posit.vt in Clem.2. & ibi fusè pro-



*parano recebir pena porende.* Quia est intelligenda, id est, per accusationem, & acta facta à transigente.l.qui cœtu.§.fina.ff.ad legem Iuliam.de vi. Tradit latè dominus Anto. Gomez in libr. De delictis.capitul.3.num. 55.vbi vide. Facit dictum Angel.in.l.plerisque.colum.fin.versic.in eadem glo.ibi, & etiam ante accusationem.in verbo. sed vide ne decipiaris, quia non dico quòd tollatur ius accusandi, sed quòd recipiens satisfactionem non auditur si accusat.C.quando ciui. actio præiudicet crimi. Sed non obstat, quia iam fuit accusatus, & non apparuit de delicto, & fuit excarceratus, & datus pro non criminoso, & sic liberatus, à pœna, vt in nostro Regno probant prædicta verba legis partitæ, ibi, *dado por quito.* Item quando post cõmissum delictum esset lapsum longum tempus, pœna corporalis moderanda est.l.si diutino.ff.de pœn.vbi gloss.dicit idem esse, quando aliquis stetit pro crimine diu incarceratus. Sequitur Robert.Maranta.in Specul.aduocato.6.part.pagin.661. versic. Item circa executionem.num.60.& est frequenter recepta secundum Doctor.Marti.Nauar.in cap.consideret. in prin.nume.124.de pœnit.distin.5.& est ordinaria teste Anto.Gomez in libr. De delictis.c.1. nu.8. vbi vide. Igitur si fuit in carcere per duos annos, liberandus erit, maxime cum delictum non fuerit probatum, cessante omni collusione.

Ampliatur quod locum habeant supradicta etiam in inquisitione, tum quia per eam de crimine cognoscitur, tum quia inquisitio in locum accusationis succedit. Bald.& Alexand.in.l.properandum.in fin.princip.C.de iudi. Augusti.Beroius in cap. venerabilis. num.37. colum.19. & colum.penult.num.78.de iudi.vbi Bald. & Panormita. Robert.Maranta.in Specul. aduo.5. parte. numero.6.

Amplia etiã dispositionem.d.l.properandum. quod etiam in consistorio Principis currit instantia, & perit: intantum, quod sententia lata in consistorio Principis, perẽpta instantia est nulla.glo. in authen. vt sponsali. largi. specialis sit contractus.§.hoc quoq;.verb.præiudicium.colla.9.quã citat Matth.de Afflictis in decisio.283.versi. Secunda nullitas allegabatur.nu.4.& Thom.grammati.18.nume.voto.31.glos.in authen. Si appellatione.verb.nullum.D.de tem.appella. Sed tenendum est cõtrarium saltem quo ad effectum, quia potest ferri sententia etiã post triennium in consilio Regis.Bal.consi.217.col.fi.libr.3.Robert. Maranta.vbi suprà.n.15.in.5.parte.

Amplia.3.quia in stántia iudicij currit, etiam si steterit casu, vel alio impedimento, & est necessaria restitutio.vt probatur in.l.1.§.si quis propter. ff.de itine.actuq; priua.& in.l.sed & si Pretorem, §.ait Prætor.ff.ex quibus cau.maio.l.2. ff. si quis cautio.est text.in dict.l.properandum.in princi. qui indistinctè vult, quod currat.Bald.in authen Item si appellationem. C.de tempo.appellatio. Maria.Soci.consi.31.nume.11. libr.1. inter consil. Bartho.Socini.vt si stetit per iudicem secundum communem opinionem teste Soci.qui alia plura allegat in dict.consi.31.nume.9. Et est magis communis sententia secundum Robert. Maranta.in Specul.aduo.5.part.nume.31.versi.quid autem.& nu.41. Consilium tñ bonum erit secundum eum, sæpiùs protestari, vt saltem obtineri posit restitutio in integrũ aduersus lapsum instantiæ. Vide Lucam de Penna.in.l.2.colum.fin. C. de naufragijs.libr.10.

Amplia.4.in causis executiuis.& summarijs habere locum, & currere instantiam quamprimum inceptum est cognosci de meritis causæ. Panor. in cap.venerabilis.de iudi.col.fin.num.22.vbi dicit, quo vidit de facto dubitari de hac quæstione, nec meminit se legisse. Sed Barba.ibi in addi. miratur de Panorm.quod non viderit Bar.in.d.l. properandum.§.& si quidem.vbi dicit, q idẽ est in causis summarijs. Et dicitur lis in illis consterari eo ipso, quod incipit tractari de meritis causæ. alleg.l.nihil.&.l.nulla.ff.de procura.quod menti tenendum dicit ibi col.2.num.1.pluribus rationibus firmat Ludo.Roma.consil.174. Amplissime doctor, spectabilis domine colleteralis.col.1. dubi.1. Et Socin.consil.95. Capiendo primum consultationis.lib.1. vbi etiam col.1. refert tenentes contrarium. Et Feli.in.cap.penult.de iudi.col.fi. num.23.vbi inquit hanc opinionem veriorem esse de iure. Alexand.consi.50. Visis actis causæ. colum.3.lib.2.num.7.versi, Præterea & fortius. Robert.Maranta, vbi suprà.5.parte.num.4.vbi dicit ad maiorem declarationem, quod in huiusmodi causis summarijs ille actus, qui solet fieri post litis contestationem in causis, in quibus lis contestatur, habet vim contestationis, vnde ab illo actu incipit currere instantia. Panor.in cap. insinuante.in fi.de offi.delegat.& in cap.venerabilis.num. 22.de iudi. Cardi.in clem.constitutionem.§.fi.de elect.colum.fi.num.7.Bar.& Bald.in.l.nulla. & in.l.nihil.C.de procu.Ias.in.l.properãdũ.C.de iudi.per glos.quæ ad hoc dicitur singul.in.c.1.verb. absentia.de electio.lib.6.

Amplia.5.quod instantia.d.l.properandum. etiam ex consensu partium non potest prorogari.glo.& Bart.in.d.l.properandum.& in.l.2.ff.de iudi.glos.in pragmatica sanctione gallicana. titu De causis.§.& ne.verb.prorogationem. Et est opinio communis secundum Imol.in cap.penul.nu. 7.de iudi.& Robert.Maranta.in Specul. aduoc. 5.part.num.23. Quid autem si interueniat iuramentum?

Universidad de Deusto Biblioteca



mentum? Vide glo.in.d.l.properādum.cum alijs citatis à Robet.Maran.vbi suprà.qui tenent non firmari.Sed hoc est quo ad ius ciuile.l.non dubiū.C.de legi.Secus de iure Canonico secūdum Ioā.de Imol.in d.c.pen.col.fi.Bartho.Soci.tracta.fallen.regula 182.incip.Instantia causæ principalis.Quid autem in instātia data ad appellandum? Vide Imol.loco proximè citato.nu.8.&glo.in dict.pragma.sanctio.gallica.verb.prorogationē.quæ tenet posse,saltem intellige suspēdi.clem.quādiu de appella.Et est cōmunis opinio ꝙ suspendi possit,non tamen prorogari secundùm Augusti.Beroium in capit.cum sit Romana.nu.53.de appell.inibique allegat contrarium sentientes. Et agit egregiè de intellectu dict.clement. Quandiu. de appella.

Ampliatur.6. dispositio.d.l.properandum.ꝙ etiam tale tempus instantiæ suspendi non possit ex consensu partium,nec iudicis.Bart.in.l.properādum.in prin.de iudi.Hoc probat,dum ait.Quis erit modus:cogita ꝙ erit tantùm vnus modus, vt renouetur instantia.Ergo sensit,& expressè voluit,ꝙ non possit suspendi,quia non esset tantùm vnus modus renouatiōis. Voluit Soci.in cōsil.31.colum.3.versi.ex quibus.num.11.lib.1.expressius Paul.de Cast.in.d.l.properandum.in prin.Et Panor.in consil.16.incip.In præsenti quæstione.col.4.&seq.lib.2.&est communis opinio secundum Hierony.Gratum in cōsil.15.col.1.nu.2.lib.2. Quæ sententia est verissima in puncto iuris.Facit text.in d.l.properandum.in prin.Nam vult omnes lites non vltra triēnij metas post litem cōtestatam esse protrahendas.Quæ verba eius sui natura comprehendunt suspēsionem,cum per suspensionem lites vltra triēnij metas protraherent,cum verum esset à die litis cōtestatæ,tempus maius triennio præterijsse,seu præterire potuisse,quod quidem expressè per legē vetatur.Tum etiam,quia d.l.loquitur indefinitè,& indefinita legis æquipollet vniuersali.l.si pluribus.ff.de leg.2.Vnde perinde est,ac si dixisset,nullo modo protrahantur.Tum etiā,quia sumus in materia fauorabili,& publica,vt lites finiantur:quo casu verba generalia ita generaliter intelligūtur,vt nō patiātur aliquā restrictionem,sed latissimè accipiantur,vt traditur in rubr.ff.solut.matrimo.per Gratum in dict.consil.15.libr.2.

Ex quo infertur iuramēto non firmati,vt suprà dixi amplia.5.Bart.&Ias.nu.21.in d.l.properandum,Panor.in c.pen.de iudi.nu.15. Quæ opinio manifestè probatur in.d.l.properandum.in prin.vbi lex ipsa omnino aufert potestatē ipsis litigantibus ad prorogationem instātiæ,ac iudici præcipit,ꝙ non obstāte litigantium cōsensu perempta instantia per lapsum trienni) minimè procedat in causa. Et est cōmunis opinio secūdum doct. Couar.in repe.c.quanuis pact.in.2.par.§.1.versi.tertiò Bartolus idem.&c.nu.4.de pact.lib.6.

Amplia.7.procedere etiam de iure Canonico.vt optimè probat Couarru.loco proximè citato.Sed cōmunis est in contrariū,quemadmodū ipse fatetur ibi.imo ꝙ instantia non perit de iure Canonico.per tex.in.c.pen.de iud.c.fi.de probatio.&.c.cùm olim.verb.iudices.de priuileg.glo.in.c.vlti.de dolo,& contu.& in dict.c.pen.& in ca.anteriorum.§.ad hoc sancimus.2.q.6.quarum opinio cōmunis est,secūdum Felin.in.d.c.pen.& Iaso.in dict.l.properandum.num.27.C.de iudic.Et Alex.consi.64.col.2.lib.4.Et Barba.consil.1.col.21.libr.3. Et in praxi est recepta, vt testatur Couar.in.d.§.1.Et vltra eum est cōmunis secundum Ioan.Bernar.in tracta.regularum. cum fallentijs.regul.338.incip.Instantia de iure Canonico. Philip.Corne.consi.111.incip.Licèt prima facie.colū.1.num.2.lib.1.Et consil.210.incip.Visis nonnullis actis causæ.col.fin.num.6.libr.4.Facit.l.19.& ibi Grego. Lopez.in verbo,*tres años*.titul.12.part.5. Ex hoc deducitur, quòd in foro ecclesiastico etiā in omnibus terris subiectis ecclesiæ,vbi seruatur ius canonicum,nunquam perit instantia, siue in ciuilibus, siue in criminalibus.vt post Corne. & Feli.in locis ab eo citatis tenet Robert.Maranta.in speculo aduocat. per quem videas viginti & plures limitationes in.5.parte.

Limitari etiam potest,quando pars interpellauit iudicem, aperiendo ei de compromisso petito,præsertim si iudex interloquendo pronuntiauerit instantiam amplius non currere in prædicta causa, stante compromisso.Ratio, quia est legitimè impeditus facto aduersarij. Ita tenet Iaso consil.35.incip.Circa primum dubium.column.2.versi.Circa secundum libr.1.comprobat hanc decisionem ex Salicet.in.l.fi.per text.ibi post Cin.C.de adulte.dicēte,quod si statuto caueatur,quod causa terminetur intra certum tempus,illud tempus non propterea currit ei,qui impeditur agere,& prosequi propter dilationem aduersarij.per illum tex.&.l.si cùm ipse.ff.de excusa.tuto. Secundo ad idem est glo.insignis in clem.Sæpe.de verbo.significa.in verbo,post dationem: quæ gloss. vult,quòd si assignatus est terminus reo ad respōdendum positionibus; quòd interim non currit tempus actori datum sibi ad probandum, donec reus est in negligentia respondendi. Quam dicit perpetuò menti tenendam esse Bald.in.l.fina.colum.4.de fer.num.11.& in dict.l.si cum ipse. vbi subijcit,quòd in practica est faciendum,quòd iudex declaret terminum non currere. Et Iaso in dict.consilio.35.colum.2.idem firmat.cui gloss. est addendus Decius,eam allega.in capit.licet.3.

notab



fusè probaui. vt lite penden. Itē ad effectū, vt per citationem præoccupetur,& præuenta sit iurisdictio: nempe si sunt duo iudices ordinarij, quorū quilibet habet iurisdictionem in solidum,& vnus facit citare,alius non potest ampliùs impedire,vt sæpe in practica versatur.gloss.in.c.licèt verb.vti nō cœperit.de offi.deleg.l.si quis posteaquàm.ff.de iudi.Item citatio dicitur de processu ad effectū, vt non possit committi die feriata.vt in.l. dies festos.ff.de ferijs.Fallit in Papa.Clemen.1.de iudi.non sic in oblatione libelli.l.miles.§.sexaginta.ff.de adult.Item inducit citatio interruptionē præscriptionis triginta annorum. l. sicut. C. de præscriptio.30.anno.Felin.in capi.illud de præscript.Balb.in copioso,& eleganti præscriptionum tracta.6.part.princip.quæst.4.princip.num.14.Per istos tamen effectus nulla fit nouatio, etiam necessaria,quia nulla qualitas adijcitur obligationi pristinæ, sed per contestationem verè incipit iudex,& per eam plures adijciuntur qualitates pristinæ obligationi. quēadmodum docet Paul. de Castr.in.l.1.col.3.oppositio.2.C.de iudic.

Octauò,est præterea dubiū. Aliquis contraxit in regno Hispaniæ,putà,Salmanticæ cum Petro, nempe ex causa depositi,vel mutui, fuit exequutus in regno Aragoniæ,Est dubiū in hac exequutione extra regnum facta, quæ leges sint seruandæ? Respondeo, quòd quo ad formam iudicij iura loci, in quo fuit facta exequutio,potiùs quàm locum natæ obligationis seruāda sunt.l. vinum.in.fi.ff.si cert.peta.l.in hac.ff.de tritico.l.1.in princip.ff.de vsur.Bart.in.l.1.C.de sum.Trinit.quæst.6.& quæst.8.gloss.in cap.fin.de hæret.Sebastian.de rebus.in tracta.De iuris prudentia.tit.6.de statutis.nume.29.pagi.37. Sed in his, quæ spectant, & pertinent ad substantiam contractus, vel obligationis semper attendi debet locus contractus celebrati, & secundum illius loci iura obligatio diffinienda est.l.2.C. quemadmod. testa.aperi.vbi Bald. & communis.Bart.Paul. Alexan.& Ias.in.l.à diuo pio.§.sententiam Romæ.ff. de re iudi.Bald.in.l.1.quæst.4.C.ne fili.pro patre.Ioan.Lupus in introductione rep.capi.per vestras.folio.2.col.2.versic.Ex quo infertur.numero.23.de dona.inter virum & vxor.Roder.Suarez.in.l.post rem iudicatam.in declaratione.l.5.tit.8.infrà isto libr.3.quæst.5.num.26.fol.168.colum.4.Ias.consil.48 col.2.num.3.libr.1.Anto.Gomez in.l.64.num.8.in ordi.Tauri.ff.de re iudica.quam nota,quia ego habui consulere in ea.Et sic obtentum fuit,& sæpissimè contingere solet.

Quæro.9.Iudicia vnde processerunt? Respondeo quòd a iure ciuili.l.2.in prin.ibi,omniaq; manu à Regibus gubernantur.ff.de origi.iur. Quanuis glo. verb.manu,exponat,id est,arbitrio.Illa tamen expositio non habet saporem, nec vtilitatē: quia etiam hodie omnia reguntur arbitrio Regum, & Imperatorum superiorem non recognoscentiū.§.Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem.Instit.de iure natu.l.1.ff.de constit.princip.verbum enim,arbitrium, non importat nudam voluntatem, sed rationem regulatam.l.fideicommissa.§.quāquam.ff.de lega.3.Panormi.& Felin.in capit.1.de constit.Et Princeps non ligatur suis legibus necessitatis vinculo,sed tantum vrbanitatis,& decentiæ funiculo.l. digna vox.C.de legib.l.ex imperfecto.ff.de lega.3.§.fin. Instit.quibus modis testamen.infir.capit.proposuit.de conceſſ.præbend.iuncto.ca.innotuit.de electio.Ergo verbum illud,manu,vt iacet, hoc est,potentia,est accipiendum.vt in.§.primo.Insti.de libert.vt sit sensus, quòd in primis Romæ cunabulis ius reddebatur manu forti, & armata, qua hodie manu fiunt exequutiones contra rebelles.l. qui restituere.ff.de rei vendi. Hoc idem probatur in dict.l.2.§.deinde.iuncto.§.post originem.inducē do hoc modo. Dicitur in.§.deinde. quòd actiones processerunt à lege.12. tabularum, quæ fuit initium iuris ciuilis: in illo autem.§.post originem.habetur,quòd ex post fuerunt in vrbe creati certi Magistratus ad debitæ exequutioni iura demandandum,& sic actiones,& iudices ab vrbe processerunt cum legibus. Certum autem est, ꝙ iudicium constat ex tribus personis verè, vel interpretatiuè,scilicet,actore,iudice, & reo.vt diximus in.1.quæst. huius tituli. Et Actor dicitur ab actione, sine qua experitur nullus.l.si pupilli.§.videamus.ff.de nego.gestis.not.in capi.dilecti. & in capit.examinata.de iudi. Quia igitur duæ partes substantiales ex tribus à iure Romanorum processerunt,sequitur ipsa iudicia iuris ciuilis esse.Facit.l.nulli.ibi,cùm duæ partes essent.ff.quod cuiusque vniuer.nomi.l. nominationum.C. de Decurio.libro.10.cap.licet de vitanda.de electio.quòd duæ partes alicuiꝰ corporis, vel Collegij totum ipsum constituere videntur. Tenet gloss.in princ.Instit.de obligatio.in verb.necessitate. ibi, cum omnia iudicia sint de iure ciuili. Et est communior opinio secundùm Iaso.in.§. superest.nu.43.de actio.Et ibi Ludoui.Gomez.num.34.col.14.firmat hanc communem sententiam doctor.& varijs fundamentis illam impugnare contendit.Et col.16.nu.41.dicit, ꝙ vtraq; opinio in disputationis congressu posset sustineri.

dubitatur.10. Iudicia ad quid fuerunt instituta? Respondeo,ꝙ sunt instituta, & reperta,vel distrahendarum cōtrouersiarum, vel puniēdorum maleficiorum causa.Ita Claud.Cantiūcula lib.de offic.iudicis.c.2.nu.8.vbi ad hoc refert Ciceron.sic dicentem,Omnia iudicia,aut distrahendarum

con-

Universidad de Deusto
Biblioteca



controuersiarũ, aut puniẽdorum maleficiorum causa reperta sunt: quorũ alterũ leuius est, quod & minus lædit, & persæpe disceptatore domestico dijudicatur. Alterũ est vehemẽtissimum, quod ad grauiores res pertinet, & nõ honorariam operam amici, sed seueritatem iudicis ac vim requirit. Quod est grauius, & cuius rei causa maximè iudicia constituta sunt, id iam mala consuetudine dissolutum est. Nam vt quoq; res est turpissima, sic maximè, & matutissimè iudicanda est. Et idem Cicero. Hoc enim spectant leges, hoc volũt incolumem esse ciuium coniunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exilijs, vinculis, damno coercent. Bonus text. est in l. congruit. ff. de offic. præsid. l. 16. titul. 4. part. 3. Inter iudicium Ciuile, & Criminale sunt plures differentiæ, quanuis regulariter sit procedendum in causis criminalibus ad instar ciuilium. l. absentem. ff. de poen. Baldus in l. qui crimen. colum. 3. C. qui accusa. non pos. Hippolyt. in practi. causa. crimina. §. expedita. numero. 63. vbi constituit plures instantias, seu differentias inter vtrunque iudicium, alibi latiùs dicam.

Vndecimo inquirendum est, Quot modis iudicium perimatur? Respon. quòd quatuor modis sibi quærit iudicium finem. Primò tempore, vt in causis criminalibus, quæ biennio finiuntur: & in causis ciuilibus, quæ triennio pereunt. Primum probatur per. l. 3. C. vt intra certum temp. crimi. quæstio termine. l. 7. ibi. *Otrosi mandamos, que ningun pleyto criminal pueda durar mas de dos años, y si en este medio non pudieren saber la verdad del accusado, tenemos por bien que sea sacado de la carcel en que esta preso, y dado por quito.* titul. 29. partit. 7. De causis ciuilibus est text. in l. properandum. §. fina. C. de iudi. l. 27. titu. 4. parti. 3. Notat Ludouic. Burges. in rubrica. ff. de iudi. num. 14. Anto. Capi. decis. penul. Robert. Maranta. in Speculo aduoca. 5. parte. vbi ponit ampliationes, & limitationes ad prædictam regulam. Nicola. Boeri. in consuetudi. Biturice. titu. Des costumes concernans les Iuges & leur iurisdict. §. 23. vbi plures doctores refert in materia istius instantiæ. Iason. in. l. 1. ff. soluto matrimonio. num. 20. Augusti. post alios in cap. venerabilis. de iudi. Alexand. consilio. 180. incip. In causa & lite. num. 1. libr. 6. Paulus Parisi. consil. 158. col. 1. libr. 4.

Est tamen quæstio, Si actor velit expensas restituere, & de nouo causam agere finita instantia biennij in causa criminali, vtrùm possit? Baldus in. l. abolitionem. C. de adult, respondet quòd non. cuius verba formalia hæc sunt. Et nota hic casum, quòd si accusator patitur labi tempus instantiæ, & si hoc modo tacitè desistit, quòd ipse non potest de nouo accusare. Licet secus sit in causa ciuili, vbi finito tempore instantiæ, potest ipse idem de nouo agere per nouum libellum. per. l. properandum. C. de iudi. Secus in causa criminali. argum. l. nostræ. Idem tenet Salicet. in. l. 5. C. vt intra cert. temp. & in. l. properandum. §. fin. C. de iudi. Ioann. de Anani. in cap. licet. colum. 5. de accusa. Anto. Capici. in decisi. 206. Rober. Maranta. in Specul. aduoca. 5. part. nu. 48. pagin. 274. Petrus vero de Bella perticain. l. fin. C. vt intra certum temp. distinctionem talem assignat. Aut testes non fuerunt examinati, & à pœna non absoluitur, & delicto, sed ab instantia tantùm. Aut testes fuérunt examinati, & tunc à toto, nempe à pœna, & delicto absoluitur. Et hanc opinionem sequitur Carreri. in sua practi. §. 6. sub verb. homicidium. numer. 369. versic. Sed an per peremptionem instantiæ biennalis. Ioan. de Amicis in consil. 139. col. pen. numer. 9. Et est opinio satis æqua, & rationabilis secundum Thom. Gram. voto. 31. num. 16. fol. paruo. 267.

Alia est opinio, quòd lapsu biẽnij à litis contestationis tempore in causis criminalibus instantia non pereat, sed accusatus tantum absoluendus venit ab obseruatione iudicij. Quam tenet gloss. in dict. l. fin. in verb. absolui. Dicit gloss. expositiua, id est, ab obseruatione iudicij. vbi Ioan. Fab. in verb. censemus. Et Angel. sub. l. nouerint. colum. fin. versic. in text. legis nra. Et Bald. qui expressè inquit, quod debet ferri sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, seu processus: sed absolutoria, seu condemnatoria super crimine non tenet: quia non durat lis super principali, licèt duret in isto articulo, in quo dubio reuocatur, an instantia sit finita, vel nõ: & super isto dubio emanat sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, aliàs non esset necessaria. Confirmatur ex capitul. 2. de colluſ. detegẽd. vbi crimen semel in iudicium pro positum, non est relinquendum à iudice indecisum, nec sub dissimulatione debet transire, quanuis accusatus cum accusato in gratiam redijssent. & in cap. scripta. eodem titu. l. 9. titul. 4. lib. 4. forlegum. Ioann. Lup. de Palati. Rub. singula. in tracta. De gubernatione regni. libro. 4. capit. 14. Et delicta non debent remanere impunita. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquili. cap. ut fame. de senten. excommu. Hippoly. Marsilius in consil. 3. nume. 23. Et vndecunq; crimina clamerint. punienda sunt. cap. ecce. 24. quæstio. 3. ergo pro confirmatione istius vltimæ opinionis. Et facit. l. 28. ibi, *y executen la justicia contra los que fueren hallados culpantes.* titul. 15. libr. 2. suprà. Ex quo fundamento potest inferri, quod non obstante remissione facta accusatore delinquenti, poterit iudex de nouo inquirere contra reũ, & ipsum pœna ordinaria punire. Nec obstat. l. 22. titul. 1. part. 7. ibi, *Vala quanto para no*



notab. de proba. Tertiò his astipulatur, quo d notãter scripsit Bal. in. l. fi. in fi. C. de adulte. per tex. ibi in verbo, culpam. firmãs ibi determinari quæstionẽ, q; si per statutũ assignatur alicui terminus decem dierũ ad probandũ, & actor facit quicquid potest intra istud tempus, nec stat per eum, sed per aduersarium, quòd istud tempus non nocebit actori. Et ad hoc dicit etiam facere. l. intra vtile. ff de minori. & l. si cùm ipse. ff. de excusa. tuto. Cui sentẽtiæ etiam quarto loco fauere videtur, quod egregiè voluit idem Bald. in. l. 1. §. fi. ad fi. per gloss. ibi. ff. de edend. quòd si aliquis tenetur mihi edere instrumentum, vel positiones, quòd interim antequam edat, nullus terminus mihi currit. Et suadetur quintò ex Bald. & Imol. in. l. quandiu. 3. ff. de acquirend. hære. dicẽtibus, quòd si datus est alicui terminus ad probandum, & productis capitulis, disputatur, an capitula sint admittenda, quòd interim non currit terminus. Itẽ. 6. non longe abest pro confirmatione nostri dicti illud, quod firmant Baldus & Salicetus. per text. ibi in. l. 1. C. de iuramen. calum. vbi post Specula. fatentur, quòd si iudex assignauit parti terminum ad probandum, & pars illa petit de calumnia iurari, interim non currit terminus aliquis datus aduersario ad probandum. Dicit etiam Bal. ibi post Speculat. in titulo. De dilatio. §. 1. in versicul. Sed nunquid. quòd si alicui statutus est terminus ad probandum aliquam exceptionem, quòd donec disputatur, an illa exceptio sit admittenda, vel non, quòd non labitur terminus datus à iure ad ipsam probandum. ergo instantiam causæ peremptam non esse, imo a die petiti compromissi, vel impedimenti desijsse currere, maximè iuncta interlocutoria iudicis, coram quo causa ventilatur. Item & septimò facit regula. l. final. C. de annal. except. qua cauetur, impedito agere non currere tempus præscriptionis. Iason. in. §. rursus. num. 24. vbi Ludouic. Gome. numer. 13. Instit. de actio. Panormit. & Felin. in cap. ex transmissa. de præsc. Francisc. Areti. in. l. pacta nouissima. C. de pactis. Tenet Ioan. Igneus in. l. dudum. nume. 29. C. de contrahend. emptio. l. quæsitum. ff. de re iudi. l. 2. §. si non propter. &c. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautionibus. Ex quibus deducitur intellectus ad. l. 11. regum Catholicorum, editam in oppido de Madrid, ann. 1502. quæ præcipit partibus respõdere positionibus, quòd interim alterutra pars, siue actor, seu reus fuerit petens, & protestans, tempus probationis ei non currere antequàm aduersarius respondeat in forma prædictæ legis de Madrid: & erit protestatio vtilis protestanti coram iudice per prædicta: cùm positiones fuerint à iure inuentæ, vt actor, vel reus releuentur ab onere probandi. l. cum qui. ff. de iure iuran. glo. 1. in. c. statuimus. de confes. libr. 6. Ergo reo vel actori recusanti respondere illis post iudicis iussum, est causa impedimẽti, quæ ipsi, & non collitiganti petenti declarationem positionum cum dicta protestatione nocumẽti causa esse debet. Et hoc est singulare, & quotidianum in actu practico. Idem dici potest ad alias leges imponentes certum tempus ad probationem faciendam, putà, decem dierum. vt est. l. 64. Tauri, ibi, *que los dichos diez dias. &c.* & l. 70. in eiusdem decisionibus cum sibi similibus, quòd si propinquus, vel dominus directus, vtilis, vel superficiarius ignorarunt conuentionem, & venditionem factam intra nouem dies ad eam retrahendam pro tanto, facto, & malitia venditoris, non debet eis nocere, quominus intra nouem dies à tempore, quo scire potuerunt, detracto aduersarij impedimento, retrahere possint. Quod in practica est verbum iuridicum, & notandum.

Dubitatur vlteriùs, Instantia quæ dicatur? Et est dicendum, quòd est exercitatio ipsius iudicij. Et incipit à contestatione litis, & durat vsque ad sententiam, si feratur: & si non feratur, vsque ad finem triennij. l. properandum. in prin. C. de iudi. l. græcæ. §. & post litem. ff. de fideiuss. nisi per legem, vel statutum alia tempora super instantia essent instituta. Causa verò accipiẽda est pro ipso iure deducto in iudicio. vt est text. in dict. l. properandum. in prin. ibi. ita quòd omnes lites super pecuniarijs causis. Et bene probat text. cum gloss. in. l. 1. in verbo. causa. ff. solut. matri. & doctrina Barto. in. l. causas. C. de transactio. & in. l. qui Romæ. §. Calimachus. ff. de verbo. obliga. Lis autem accipi potest dupliciter, propriè, & impropriè. Impropriè enim accipitur pro instantia. vt est text. in dict. l. properandum. in prin. & melius in §. fi. vbi glo. verb. nihilominus. Propriè autem accipitur, quando non solùm comprehẽdit instantiam, sed iudicium, & causam. l. litis nomen. ff. de verborum signifi. gloss. est menti tenenda in capi. 1. §. 1. verb. litis. de procura. libro. 6. & ibi notat Domi. colum. 2. num. 5. & Philip. Fran. colum. 2. & Francisc. Curti. in. l. post quam liti. num. 5. C. de pact. Sensit glo. in dict. l. properandum. §. fi. C. de iudic. Ex qua doctrina quòd appellatione instantiæ propriè non veniat literis deducitur ad statuta facientia mentionem de instantia, vel de lite, in quibus verba sunt propriè intelligenda. capit. in nostra. de iniur. Et idem censet Domini. Franch. & Curti. in locis præmemoratis. Quod est notandum.

Est autem dubium, Vtrùm instantia perempta, pereant ordinaria iudicij, vel acta probatoria agitata in iudicio? Respondendum est pro veritate quæstionis concluſiue. Peremptа instantia,

Universidad de Deusto
Biblioteca



tia, pereunt omnia ordinatoria iudicij, vt libellus, litis contestatio, & similia. l. cum lite. ff. iudi. solui. & ibi Barto. Sed agitata in eodem iudicio, non pereunt. gloss. in. l. properandum. §. 1. verb. iudicij. C. de iudi. Barto. in. l. 2. C. de edend. Ioan. Crottus in repeti. l. omnes populi. num. 139. ff. de iusti. & iur. & in. l. si insulam. col. pen. versic. Secunda difficultas. num. 79. ff. de verbo. obliga. Bart. in. l. 2. C. de fructi. & lit. expen. Quot autem modis pereat instantia, declarat Robert. Marant. in Specul. aduoca. 6. part. quæst. 3. num. 49.

Vtrùm autem instantia transeat in successorem? Imol. in cap. quia. g. nu. 3. & Panormi. col. 4. &. 5. de iudi. tangunt quæstionem. Deci. tamen ibi colũ. 2. num. 5. per conclusiones eam resoluit, vide per eum. Facit ad. l. 4. tit. 2. libr. 5. infrà. vbi in stantia transit in clericum successorem laici, vt in eo foro teneatur ostendere testamentum, quo tenebatur suus prædecessor. Adde Decium vbi suprà numer. 11. Barba. Consil. 1. col. 18. libro. 3. citat Imol. in. l. si eum hominem. ff. de fideiusso.

Quid si peremptа instantia, partes velint eam communi consensu restaurare, an possint vnico ictu omnia acta? Dicẽdum est quòd possint Bart. & doctores in. l. properandum. in prin. C. de iudi. Et est communis opinio secundùm Purpura. in. l. is apud quem. num. 89. versi. extẽdit Alexander. C. de edend.

Intelligе insuper, quòd peremptа instantia iudex nõ potest iudicare in negotio principali, condemnando, vel absoluendo: sed bene instantiam peremptam, vel se non iudicem, seu reum cõuentum ab obseruatione iudicij absoluendo, & actorem in expensis fore condemnandum declarare poterit. per. l. fina. C. si intra cert. temp. l. si præses quasi de settam. & ibi glos. C. quomodo, & quando iud. Cyn. in. l. properandum. §. si verò causæ. num. 5. versic. Vltimò iuxta præmissa. C. de iudi. Paul. de Castr. in. l. non idcirco. §. cùm postea. nu. 4. ff. de iudi. Roma. singu. 788. incip. Post lapsum terminum. Alexan. consi. 136. col. 1. numer. 1. libr. 2. & consil. 137. col. 2. lib. 2. & consil. 39. columna. 1. libr. 5. Decius consil. 34. col. 2. versic. Nam contumax. num. 6. libr. 1. Doctus, & vere ingeniosus doctor Francisc. Auiles in interpretatione capitis. 49. nu. 6. in forma secretæ syndicationis. in capitibus Prætorum. Sebastian. Vanti. in libro de nullitatibus processuum & sententiarum. titu. De nullita. ex defectu iurisditionis. versi. insuper aduertas. nume. 127. Facit text. singula. & practicabilis in Clement. Abbates. de rescrip. ibi, Si quis autem aliquem contra hæc vexare præsumpserit, in expensis sibi & interesse per iudicem (coram quo vexatio fiet huiusmodi) cõdemnetur. &c. Quem text. dicit elegantem, & iuris meliorem Barba. ibi nume. 23. ad hoc quod iudex, coram quo quis iniuste trahitur, licet non sit cõpetens in causa principali, est tamen competens super ex pẽsis imminentibus super illo articulo, de quo cognouit, vtrum esset cõpetens, necne. singul. secũdum eundem in cap. cæterùm. col. fi. deresc. Panormi. in. c. dilectus. 3. col. 2. nume. 1. de prebend. notat Deci. in cap. vt debitus. nu. 6. de appella. Et hæc iurisdictio est potius ordinaria, quam delegata secundum Panormi. in dict. cap. dilectus. Quod est notandum in actu practico pro intellectu. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. vbi habetur, quod iudex potest cognoscere an sit competens: sed si reperit se incompetentem, an possit super expensis factis in cognitione illius articuli pronuntiare. nihil enim ea in lege de hoc habetur. Sed tu dic quod potest. per dictam clemen. Abbates. quæ est singula. & notanda. quia quotidie practicatur secundum Barba. ibi. fol. paruæ impressionis. 31. col. 1 numero. 23.

Dubitari potest, Vtrum ex conuentione partium instantia dictæ. l. properandum. prorogari possit? Et respondetur quod non, etiam cum iuramẽto, vt supra dixi ampliat. 5. propter vtilitatem enim publicam id constitutum esse constat ex leg. properandum. C. de iudi. cap. finẽ litibus. de dolo & contuma. c. vt litigantes. de offi. ordi. libr. 6. ergo non licet prorogare. c. si diligenti. de foro compe. c. contingit. de sent. excom. Interest enim Reipub. vt quis re sua bene vtatur, & non malè. §. sed & maior. Instit. de his qui sunt sui vel alie. iuris. & ne laboribus, & sumptibus quis vexetur. c. vt debitus. de appella. c. vt litigantes. de offi. ordina. lib. 6. Quæ vexationes, & molestiæ inducuntur litigantibus, etiam si victoriã reportauerint, vt satius sit semel vinci, quam sæpius vincere, aut diutiùs litigare, vt docet experientia, quæ est rerum magistra. §. quæ omnia. Instit. de satisdatio. l. certi iuris. C. de iud. Clement. Dudum. §. scimus enim, & ex euidentia facti colligimus. de sepultu. Clemen. 1. de æta. & qualita. Clemen. Dispendiosam. de iudic. l. rem non nouam. C. eod. titul. cap. quam sit. de electio. libr. 6. cap. statutum. in princ. de resc. eodem lib. cap. pen. vbi gloss. versic. scien dum. 26. quæst. 4. cap. detestanda. de concess. præbend. lib. 6. tex. in authen. quibus modis natural. effici. legi. §. illud quoque melius. Paul. in. l. per hanc. nume. 2. C. de tempo. appella. Et non obsta re etiam innuit tex. in. l. minoribus. 25. annis subuenitur. ff. de mino. Ex quo illud Martialis lib. 7. epigrammaton.

*Iste bis decima numerantem frigora bruma*
*Conterit vna tribus Gargalianę foris.*
*Ha miser & demens vigintilitigat annis*
*Quisquam, cui vincit Gargaliane licet.*

Ideo



Ideo nõ immerito scriptum est in. l. item si res. §. vltimo. ff. de alienand. iudi. mutand. causa fact. Hæc enim verecũda cogitatio eius, qui lites exercatur, non est vituperanda. Cum aliis multis in in hanc sententiam allatis ab Alberic. in. l. etiam. in princi. ff. vt legato. nomi. cauea. Lucas de Penna in. l. litibus. C. de agri. & censi. libro. 11. Matthæ. Paco. in Commentarijs suis. ticul. de manda. apostolic. §. & vt obuietur. Petrus Rebuffus in cõcordatis in Prooem. verb. sumptibus. Et Cicero libro. 2. officiorum. admonens a litibus, quantum liceat: & nescit, an paulo plus etiam quam liceat, abhorrere, esse que non modò liberale nonnun quam de iure suo decedere, sed etiã fructuosum. Cui concinens gloss. in cap. penult. de emptio. & vendi. dicit, eum magnum commodum consequi, qui à lite recedit. Ideo inquit. instrumenta post transactionem reperta non instaurarilis. Et sequitur Antoni. ibi. Et Andre. Tiraquell. in lib. 1. de vtroque retractu. §. 8. gloss. 7. num. 21. Item quod non possit prorogari instantia, etiam cum iuramento, tenet Barto. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. Ioannes Corasi. in. l. admonendi. in. 1, parte. num. 50. ff. de iureiurãd. Et Vanti. loco iam allegato. pagina. 135. nume. 127. vbi tradit qualiter reuiuiscat instantia.

Secundo loco iudicium, seu instantia soluitur prohibitione. text. in. l. iudicium soluitur. ff. de iu dic. Nam nulli dubium est, vt ibi habetur, quin iudicium soluatur, vetante eo, qui iudicare iusserat, vel etiam eo, qui maius imperium in eadem iurisdictione habet: vel etiam, si ipse iudex eiusdem imperij esse cœperit, cuius erat, qui iudicare iusit. Tertio modo, seu quinto comprehendendo tres casus. quos statuit dict. l. iudicium est per sententiam: nam iudicium ex re iudicata finem accipit, l. 1. ff. de re iudica. Ludoui. Burgess. in rubric. ff. de iudi. num. 14. glo. in. l. 2. verb. quæstionem. C. vt lite penden. Curti. in. l. vn. num. 66. C. de proh. seq. pecuniæ.

Quero, Cœptum est iudicium coram vno iudice, an possit coram alio finiri? Et in hoc est dicendum, quod litè cœpta coram vno tribunali, non potest trahi apud alium, donec lis sit finita per sententiam, obstat enim litis pendentia. l. vbi acceptum est iudicium, ibi. & finem accipere debet. ff. de iudi. l. si quis postea quam. ff. eodem titu. l. incola. ff. ad municipal. l. cum quædam puella. in princi. ff. de iur. omnium iudi. c. proposuisti. de foro competen. adde. Mar. de Mãtua sing. 276. Barto. in. l. sepulchri. & ibi Additio. ff. de sepul. viola. Socin. consil. 237. colum. 1. libr. 2. Boeri. in consuetudi. Bituricens. rubr. Des costumes concernãs les iuges. §. 1. in verb. par preuention. Sebasti. Vãti. in libro. de nullitatibus processuum & sententiarum. rubric. De nullitate ex defectu iurisdictionis ordina. nume. 163. pagina. 149. Barbat. Felinus. num. 15. & deci nume. octauo. in capitul. ex tenore. de rescript. Francisc. Curti. in leg. cum quid. nota. tertia. nume. 8. ff. si certum petat. Anton. Corset. in suis singularibus. verb. iudicium. Et ibi est pulcha additio. Hippolyt. singula. 239. Barto. in authen. Si qua in prouincia. colum. 2. nume. 1. C. vbi de cri. agi. oport. Iaso. in. l. more, colum. 2. num. 1. ff. de iurisdict. omnium iudic. Ioann. Bernard. in tract. regul. cum fallẽtijs, regul. 382. verb. iudicium vbi semel.

Hinc infertur impetrantem literas apostolicas ad delegatũ facere debere mentionem de processu, & litis pendentia, quæ est super tali causa, proqua postulatur rescriptum, alias commissionem irritam esse non est dubitandum. cap. inter monasterium. de re iudi. cap. dilectus. de rescrip. cap. in nostra. de procura. cap. 2. de dolo, & contuma. & cap. super. eodem. de cohabi. cleri. & mulie. l. 2. C. vt lite pendent. authen. vt diuinæ iussio. per totum. colla. 8.

Ex quo deducitur, quod si causa agitatur coram ordinario, tenetur facere mentionem de tali litis pendentia, alias commissio esset nulla. text. secundum Panormita. & Ioan. Lup. ibi in repeti. cap. per vestras. 4. notabi. colum. 1. fol. 102. Donа. inter virum & vxor. citat gloss. in cap. prudentiam. §. Sexta. verb. vel aliam iustam causam Et ibi notat eam Panormit. de offic. delegat. sensit glo. in cap. vt debitus. verb. si dicat. ibi dum dicit. iurisdictio ordinaria iam cœpta. Et ibi notat Panormit. de appella. Bald. in. l. 1. C. de relationi. Intantum procedit, quod etiam non præsumitur quod Papa (quanuis possit) velit per suum rescriptum causam aduocare ad se pendentem coram ordinario, vel delegato, nisi de litis pendentia faciat mentionem. Hosti. Ioann. Andr. & Panorm. in cap. ex literis. de offi. delega. Hostiẽ. in summa. De offi. delega. §. quam delegari. versi. sed nunquid potest reuocari. Ioan. Lup. vbi suprà argumen. text. in dict. l. vbi acceptum est. ff. de iudi. Ratio, ne patiatur iniuriam iudex in iurisdictione. l. litigatores. ff. de arbitr. Secunda ratio potest esse: quia in tali lite coram sependente præsumitur magis instructus. text. in. l. r. &. 2. ff. de quibus caus. ad eundem iudi. ea. Tertia ratio: quia instantia est individua. l. in hoc iudicio. ff. famil. herciscund. ergo diuidi non potest. l. 2. §. & harum. & l. stipulationes non diuiduntur. & ibi Iaso. nume. 31. ff. de verborum obliga. Postrema ratio est: quia in iudicijs cum quasi contrahatur, non est admittenda variatio. l. si Prætor. ff. de re iudica. Ex quibus conijci potest decisio ad quæstionem illam de laico facto clerico quando exi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



matur a iudice seculari de gestis in habitu seculari. Et videtur dicendum, quod non sortiatur forum ecclesiæ, sed secularis, cui fuit subiectus statim, quo commisit delictum. l. 1. ff. de pœn. vbi Barto. Idem Barto. & alij secundum Iaf. per text. ibi in l. cum quædam puella. ff. de iur. omnium iudi. vbi subijcit, facta prius degradatione. Et hoc habeo pro indubitato. ibiq; ponit aliquas limitationes. De qua quæstione vide nota. per Ioã. An. & ibi Anto. Butriga. in cap. vni. de obli. ad ratio. Bart. in dict. l. 1. ff. de pœn. & ibi Alex. in additio. Oldra. consi. 4. Dyn. & Bald. in. l. idem Vlpianus ff. de excusa. tuto. Frederi. de Senis. consi. 97. Anchar. in reg. ea quæ. de regul. iur. libr. 6. Iacob. Butriga. Paul. & Iaso. in l. fi. ff. si ex nox. causa agatur. Archid. in cap. 1. 11. quæst. 1. Salice. in authen. Statuimus. C. de epis. & cleri. Panor. in. cap. quod clericis. de f. ro compe. Felin. in cap. fin. fallen. 8. versi. & facerent hæc. de cõsti. Decis. capellæ Tholo. 143. & 147. & 388. Specu. de reo. in prin. Luc. de Pen. in. l. final. C. de vete. libr. 12. Bartho. Brixien. in quæst. Veneri. incip. Aliquis litigabat. Alberic. in. 3. part. statu. quæst. 41. Imol. consil. 118. Resolutius traditur ab insigni iurisperito Petr. à Plaça in Epitome delictorum. lib. 1. c. 35. vbi concludit, quod erit iudex causæ, & non personæ clerici.

Vltra eos suadetur ex. l. si is qui Romæ. ff. de iudi. vbi instantia transit in successorem, ac in eo loco, vbi cœpta fuit, finiri debet. Ad idem est bonus casus in. l. 1. ff. de quib. rebus ad eundem iudicatur. vbi si plures coram vno iudice egerunt iudicio familiæ herciscundæ, & agant etiam communi diuidundo, vel finium regundorum, debẽt agere coram eodem iudice. vbi glo. verb. eundem iudicem. tres rationes ad hoc assignat. Facit. l. 1. ff. de offic. proconsul. & l. hæres absens. §. apud Labeonem. ff. de iudi. & leg. 1. §. de illo. ff. ad Trebellia. & ibi Iaso. vbi probatur idem esse in fideicommissario. Idem est in patre succedente filio, leg. tam ex contractibus. ff. de iudic. vbi Barto & Paul. Absurdum enim est, vt in vna eademque causa diuersa iudicia sequantur. l. fina. C. de mod. mulct. Facit. leg. nullum. C. de testib. l. quoties. C. de iudic. Continentia causæ diuidi non debet. facit. l. penult. C. de pedan. iudi. l. nulli. C. de iudi. Quæ autem dicatur continentia causæ, explicat Alciat. libro. 1. iuris parergon. cap. 9. Item suadetur ex. l. 1. ff. de offic. Præfect. Præto. vbi aduersus sententiam ab vno iudice latam, versa vice non potest peti sententia coram alio iudice. Facit text. in. l. in causæ. §. fina. ff. de minorib. quoniam super eadem re non debet quis ad diuersos iudices trahi. l. 1. §. fina. C. de assertione tollend. Et diuersitas iudiciorum inducit perplexitatem. l. qui de



crimine. C. de accusa.

Ex quibus infero veram esse opinionem. Anto. de Prato. in. l. 1. in fin. ff. quæ sentent. sine appell. rescind. cognitionem delicti commissi a clerico, & laico simul ad iudicem ecclesiasticum pertinere, & non ad secularem. Socin. consil. 12. libro 1. Idem Socinus. in capit. 2. column. 4. de mut. peti. Felin. in capit. 1. colum. 4. de præs. Thom. Ferra. cautel. 10. Ferdin. Loazes in tracta. matrimonij Regis Angliæ. 10. dub. numero. 20. Socin. iunior consil. 34. column 1. libro. 2. Bartbol. Soci. in. l. Senatus, in fine. ff. de reb. dub. vbi dicit hanc sententiam in praxi receptam esse. Idem testatur se Mediolani vidisse Chassanæ in cõsuetudi. Burgund. rub. 1. §. 5. versi. Archidiaconus. num. 70. Robert. Maranta. in Speculo. aduoc. de ordine iudicio. 4. part. distinct. 11. nume. 22. & statim subijcit. nume. 24. rationem prædictæ opinionis procedere in indiuiduis, non autem in diuiduis. Et tradit Doctor Couarru. lib. practi. quæstio. cap. 34. num. 1. vbi alios recenset. Hippolyt. etiam sequitur dictam opi. Anto. de Prato in singul. 180. Optimè Aym. Craue. consil. 232. libro. 2. Et confirmari possunt ex adductis à Ludouic. Gomez. in cap. 1. num. 47. de resc. libro. 6. Et ab Hippoly. in repet. rubr. ff. de fideiuss. num. 130. versic. Quir imo dico. Igne. in. l. 1. §. si quis in villa. nume. 27. ff. ad Sillania. Inter cætera adducitur text. in cap. per tuas. versic. quod autem. de arbitr. & l. si communem. ff. quemad. serui in quibus iuribus ratione indiuidui socius vtitur priuilegio socij. Facit, nã à duobus iudicibus simul procedentibus, quorum vnus est clericus, & alius laicus, est appellatio interponenda ad superiorem ecclesiasticum, ratione clerici, & non ad secularem. Cardi. in cap. super quæstionum. §. si vero duo. versic. Quarto oppono. de offic. delegat. Item suaderi potest hæc opinio. ex Anto. de Butriga. in cap. cæterum. col. 3. de iudi. dicẽte cognitionem iurisdictionis quando est controuersa inter ecclesiasticum & secularem iudicem, ad ecclesiasticum competere tanquam ad digniorem. Et est communis secundum Iaf. in. l. ex quacunque. col. 5. nume. 20. si quis in ius voca. non ierit. Et est singulare dictum secundum Ferdi. Loazes in tracta. super noua. conu. pagano. Regni Valentiæ. col. 52. §. Decimoquinto licet. nu. 3. ibiq; refert dictum Anto. de Prato. in loco prælegato. Hinc etiã Bar. in. l. præcipimus §. eodẽ obseruãdo. C. de appell. vbi additio. plura ad illũ conijcit, & dicit Bar. sententiam veram esse volentis, q. clericus & laicus si sint tibi ambo rei debendi, quod occasione clerici tam laicus, quam clericus sunt conueniendi coram iudice ecclesiæ Sequitur Socinus consil. 82. col. fi. nume. 10. lib. 2. Francisc. de Areti. consil. 25. col. fin. nume. 3. vbi reputat



putat esse pulchram hanc Bart. decisionem. Barba. consilio. 36. column. 8. num. 5. libro. 2. & consilio. 83. column. 1. libro. 3. Et dixit ipse Bart. in. l. solent. col. 2. nu. 14. ff. de aliment. & ciba. lega. q. quãdo hæredes sunt laici pariterq; & clerici, & ab eis alimenta exigãtur, q. talis petitio erit facienda coram iudice ecclesiastico, & iudex secularis coget laicos adire ad iudicium ecclesiæ. Et hic cogitur laicus ad prorogandam iurisdictionem non sui iudicis. Sed hoc vltimum est falsum secundũ Alex. ibi ad eum. Quia nullus potest cogi iurisdictionẽ prorogare, & subrogare non tenetur, ideo est verior opinio Bar. in. d. §. eodem obseruando. secundum quam intelligas istã, ne tãtum tamque insignem reprobes præceptorẽ, opinio cuius est communis secũdum Stepha. Auferi. in tracta. de pot. secula. super eccles. personas. nume. 15. q. 15. Item confirmatur. Nam mulier, quæ commisit fornicationem cũ clerico, efficitur de foro ipsius clerici, & in eo est punienda ratiõe clerici. Frederi. Senen. in consi. 367. incipit. Mulier accusata. col. 2. & August. in addi. ad Ange. de Areti. in tract. maleficio. in parte. *Che me hai adulterato la mia dona.* nu. 46. Postremo hanc sententiam, quod laici sint remittendi ad iudicem ecclesiasticum, tenet Paul. Paris. consi. 154. col. 1. in prin. nume. 1. lib. 4. & sequuntur omnes. vt colligitur ex Ioan. Neuiza. in sylua nup. lib. 6. nume. 43. qui pro & contra plura expẽdit in hoc a num. præcedenti. 38. Ioan. Crot. in repe. l. 1. col. 4. versi. Quinto nota. nu. 27. ff. de lega. 1.

Sed his non obstantibus, credere in specie proposita, quod clericus tradetur iudici ecclesiastico & laici, qui mixtim delictum cum clerico commiserunt; seculari, vt vnusquisque eorũ puniatur secundum legem sui fori. Tum, quia si esset vera ista sententia, daretur laicis occasio delinquendi sub tutela clerici: cum in eo foro iudices ecclesiastici modicam, mitiorem, aut nullam pœnam delinquentibus soleant imponere, quod non est dicendum: quia esset absurdum, & contra omnem iuris prudentiam. l. conueniri. ff. de pact. dota. potissimum cum de interesse publico Reipubl. agatur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. vt famæ. de sent. excom. Bart. in. l. quemadmodum. col. 2. nu. 4. C. de agri. & censi. libr. 11. vbi dicit legem pœnalem extendendam fore quemadmodum fauorabilem vbi agitur de delictis puniendis, in quo versatur fauor publicus. Commend. Iaf. in. l. 1. num. 13. C. de sacr. sanct. eccle. & in. l. si certis annis. num. 3. C. de pact. & in. l. si filius fami. col. 3. num. 7. ff. si cert. pe. ta. & in. l. cætera. §. si quis ad opus. nu. 20. ff. de lega. 1. Corset. in singul. verb. extensio. Hippoly. in practica crimi. §. diligenter. num. 130. & in consil. 85. nume. 16. & consi. 94. num. 3. His etiam conij-

ci potest, quod inquisitio delicti & pœna diuidua est inter delinquentes, ergo seperentur, & non eludatur iudex secularis prætextu clericj in sua iurisdictione. Item vbi materia est diuidua, res per partes sumitur. l. vni. §. vbi autem. C. de cadu. tollen. l. ei qui non amplius. ff. de dona. causa mort. Item probatur. Nam fratres tributarij non liberantur a contributione pro suis partibus, si habẽt fundum communem cum alio fratre clerico. cum hæc onera distribui possint per partes inter tributarios, non debet Respub. damnum pati, hos liberos, & immunes iudicãdo. Specula. de clericis coniuga. versi. Quid si clericus. Philip. Deci. in authẽ. Cassa. & irrita. num. 9. C. de sacrosan. eccl. & in. l. si emancipati. num. 5. C. de collat. Couarru. lib. practi. quæstionum. cap. 34. col. 5. reprobata opinione contraria Hippolyt. in singula. 180. Suadetur etiam. Nam quod laici delinquentes deberent cõueniri coram ecclesiastico, esset eis dare priuilegium, quod non est dicendum, cum crimen alicui priuilegium dare non debeat. l. 1. C. vbi Sena. vel clarissi. Præterea omnes loquuntur, quando causa est indiuidua, tunc socius gaudet priuilegio socij. Sic ergo ex prædictis tenendum est, quod si clericus, & laicus committant delictum simul, laicus erit remitteudus ad suum iudicem secularem, clericus vero ad ecclesiasticum. Et est opinio in praxi communiter admissa secũdum Petr. Rebuff. in prooem. regiarũ consti. Galliæ. glos. 5. num. 117. & in authẽ. Habita. priuileg. 106. C. ne filius pro patre. Et q. prior opinio nunquam fuerit in practica, testatur Nicola. Boeri. in Consuet. Bituricen. rubr. De iurisdi. §. 9. col. fi. versi. Et vnũ rogo nota. Et Couar. vbi suprà. Optimè per Aymo. Crauete in consi. 232. incip. Domin⁹ Nauizanus. &c. libr. 2. & respondet ad contraria. Et est. l. 123. versi. *e si son cleregos.* in legibus Styli. Quod est notandum, vt in iudicij limine scias iurisdictionem defendere secularẽ, quæ plus nimio a iudicibus opprimitur ecclesiasticis.

Præterea inquirendum, Quæ dicatur causa criminalis de iure regio, cum iam de iure communi actũ fuerit in superioribus. Quibus addendus est Ioan. Rogerius de Mora. in rubri. ff. de iudic. quã repetit. sub. l. 1. eiusdem titu. fol. paruæ impressio. nu. 15. versic. ad secundum. dum dicit glossa. Robert. Marant. in Specul. aduocat. 4. parte. de ordi. iudiciorum. dist. 1. & quæ adnotauit Anto. Gomez in tracta. de delictis. cap. 1. Et videtur dicendum iudicium criminale illud esse, in quo pœna mortis, vel trũcationis membri, seu corporis afflicti ua, relegationisque cõtinetur. l. 9. tit. 4. part. 3. dũ ponit regulam hisce verbis. *Criminal pleyto, tãto quiere dezir, como accusamiento, o querella que faze en juizio vn ome contra otro sobre yerro, que dize que ha fecho, de*

Universidad de Deusto Biblioteca



*que le puede venir muerte, o perdimiento de miembro, o otro escarmiento en su cuerpo, o echamiento de tierra.* Et.l. 24.eod.tit.ibi *fueras ende en pleyto en que cayesse justicia de muerte de ome, o de perdimiento de miembro, o de otro escarmiẽto de tierra.* Et.l.9.tit.16.part.3.ibi, *algũ malfecho del, de que pudiesse nascer muerte, o perdimiẽto de miembro, o echamiento de tierra, si le fuesse prouado* l.12.titu.5.part.3.in vers. *mas sobre pleyto.* Et de istis causis criminalibus est intelligenda lex. 83. condita a Carolo Cæsare. V. Hispaniæq; olim Rege in conuentu de Madrid, anni.1554.secundum Nunium Aduendanium in dictio.legum Partitarum.fol.11.col.2.versic.criminal.dicentem etiam, quod apud Castellanos non intelligitur causa criminalis, in qua quis condemnatur in pœna pecuniaria fisco applicanda, Ratio quia non est de expressis in prædictis legibus, sed nec est de mero imperio. vt in.l.is.titu.4.part.3.

Quo fit sententia communis docto.in rubri.de iudi.secundum Areti.ibi.& Bart. & Alex.in additio.ad eum.in.l.Prætor ait.in prin.ff.de sepulc. viola. Panor.& AEneã. Falcõ. verb.fortiter.in rub.de iudi.Alexand.in consi.66.incip.Viso processu causæ, col.1.vers.Solum ergo.libr.1.& cons. 82.colum.fina.num.7.eod.lib.Lanfran.de Oriano in tractatu.De arbitris.4.parte.num.2.Robertus Marant.dicit verissimam & communem opinionem in Speculo aduoca.de ordine iudiciorum in. 1. distinctio. nu.2.pagina. 81. colum.1.dicentium vnanimi consensu, quod quando pœna applicatur fisco, causa dicatur criminalis habere locum de iure communi ciuili & Canonico, nõ autem de iure nostri regni: quia nõ sufficit condẽnationem pecuniariam esse, nisi habeat qualitates, de quibus in legibus istius regni. Imo dicit Auendani.loco citato, quod ante rem iudicatam dicetur causa super crimen: post iudicatam vero dicet causa fiscalis, quia tunc solum de vtilitate fisci agitur, & ideo reus appellans a tali condemnatione pecuniaria, & non corporali, posset relaxari fideiussoribus. Sed ista sententia mihi dubia est, tũ quia de iure communi secundum communẽ sententiam causa criminalis dicitur, quando pœna fisco in totum, aut in parte est applicanda. Quæ opinio communis a doctoribus in iure consistit. Id autẽ inducere, esset in correctionẽ iuris, quod longe est alienum a legum partitarum conditoribus. Item quia fieret præiudicium fisco, quod esse non debet.l.Prætor.§.si dicatur.ff.de iniur.& ibi notat Angel.Idem in.l.licet.§.actorem. ff. de procura. Et sic videmus, quod in debitis fiscalibus nullus eximitur ante solutionem a carceribus.l. 4.titu.2.lib.4.infra.Item prædicta lex.83. de Madrid confirmat opinionem, inspecto procemio, iuncta Cæsaris responsione, quod in causa descendenti ex delicto quanuis pecuniaria sit, pendente appellatione, reus non sit dandus sub fideiussoribus: sed condemnatio pecuniaria, quæ applicatur fisco descendit ex causa delicti, vt quia fecit aliquid, vel non fecit quod erat a iure prohibitum, nempe quia conduxit reditus alicuius sacerdotij. vel emit triticum, & postea reuendit, vel vendidit vltra pretium taxatum sanctione Regia, vel huiusmodi, pœna contrafacienti descendit ex legũ transgressione, quod crimen esse nullus dubitare poterit.ergo.&c.Ideoq. leges Partitæ non loquũtur in hoc casu, nec in similibus, sed gratia frequẽtioris vsus verba fecerunt in illis casibus, quæ pœnam capitalem, vel similem, quemadmodum est relegatio, nõ tamen excluserunt alia crimina, quæ vindictam pecuniariam fisco infe endam induxerunt. nam iura iuribus concordari debent. cap. cum expediat.de elect.lib.6.

Tandem scire oportet. Quod dicatur iudiciũ summarium? Dicendum est, quod illud dicitur, quod summariè tractatur, non præcedente libello, nec litis cõtestatione, cum alijs solennitatibus, de quibus in.l.prolatam.C.de sent.& interlo.om iudi.& in.l.1.& in authen.offeratur. C.de lit.contest.glos.in sum.2.q.1.glo.in cap. de causis. verb. consensu.de offi.delega. Præposi. Alexandri. in cap.dilecto.col.11.num.27.de appellat & ibi Philipp.Franc.latè agit de nullitatibus. Dicitur ergo summarium, quando Princeps committit simpliciter causam, & de plano, sine strepitu & figura iudicij.vt in Cle.2.de iudi.& in Cle. Sæpe.de verb. signifi.Bart.in extrauag.Ad reprimẽdum.vbi est similis clausula.quomod.in cri.læsæ maiest. procedatur.Bald.in.l.iudices.num.6.C.de iud.Bertachi.in reperto.§.clausula summariæ. Card.in dicta.Cle.Dispendiosam.quæst.38.nu.40. Hippolyt.singula.102.incipit.Clausula summariæ.Georgi.Nat.in repet.dict.Clement.Sæpe. & ibi Lanfranch.ab Oriano.Io .Petrus a Ferrari. in sua practi.in forma libelli in actione reali.§.ad euidentiã. versi.Nonò quæritur.nu.17, Cels.in tractatu clausularum.fol.14.verb.summariè.Archiep.Floren. 3.part.titu.9.cap.15. vbi late declarat prædictam clausulam.Robert.Marant. de ordine iudicio. 4. part.distinct.9.nu.2.qui pulchrè loquitur. Obseruandum tamen est illud, quod ibi docet, nullum alium præter Principem non recognoscentem superiorem causam committere posse cum tali clausula, simpliciter, &c.glo.fin-in.c.statuta.de hære. lib.6.& ibi Franch.num.2.singul.secundum Lanfran.in repe.Cle.Sæpe.in prin.num.3.de verb. signi.vbi est alia glo.simi.verb.mandamus. Panor. in.c.dilecti.col.3.nu.5.& ibi additio.de iudi. gl.in cap.indemnitatibus.verbo, sine strepitu.de elect. lib.6.Robert.Marant.vbi suprà.nume.3.Francis.

Auiles



Auiles in capitibus Prætorum.cap.36.verb. summarias.nume.5.Paul.Parisius.consi.118.nume.11. col.1.lib.1.Constat. Nam ordo iuris est inductus per supremum Principem, qui potest in totum, vel in partem remouere tale ius positiuum. c.proposuit.de cõces.præbend.l.digna vox. C.de legi. Innocen.in cap.cum ad monasteriũ.de statu monacho.nec inferior potest tollere legem superioris.Cle.Ne Romani.de electio.Facit text.in cap. quod dilectio. de consangui. & affini.& Specula.titu.De legato.§.nunc ostendendum.versi.75. nu.48.vbi habetur etiã legatum de latere nõ posse dispensare in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis a iure prohibitis.Couar in Epitom.quarti Decretali.2.part.cap.6.§.10.nume.11.versi.nullus autem.

Ex quo deducitur ratio non leuis decidendi ad leges regni, quæ volunt, quod in aliquibus casibus procedatur sũmariè, simpliciter, & de plano.&c.vt in causa gabellarũ.l.19. titu.2. infra hoc libro.3.l.122.in quaterno gabellarum. Item summaria causa est illa, quæ non excedit.400. teruncios, seu marauedis.l.60.cõdita in oppido de Madrid.an.1534. quæ iuris communis vtitur fundamẽto, cum summaria causa dicatur breuis, & modicæ summæ.text.in authen. nisi breuiores. vbi Bar.& Bald.C.de sent.ex breuicu.recitand. gloss. in authen.vt iudi.sine quoquo suffragi.§.necessitatem.in verb.non scripto, colla.2. & in authent. de manda.princip.§.sit tibi quoque. iuncta gloss. verb.breuiores.colũ.3.Breuis, seu summaria causa dicitur, quæ non excedit duos aureos.l.si oelũ. §.fin.cum leg.sequenti.ff.de dol.& glos.in dict.§. sit tibi quoque.Item dicitur causa breuis, quando est talis, in qua plus expenderetur in sportulis, quam sit valor causæ.Bart.in.l.mediterraneæ.C. de an.& tributis.lib.10.Felin.in cap.nõnulli.col. 1.de rescrip.ne laboribus, & expensis in re modica quis grauetur, erit merito causa summariè tractanda.argu.text.in cap.finem litibus. de dol.& contu.Adde Francis.Nico.in repe.cap. quoniam contra.notab.3. de probatio. Quæ autem dicatur modica causa, est relictum iudicis arbitrio, secundum Bart.in.l.sed & si susceperit.§.1. ff.de iudic.& in.l.diu⁹.ff.de bon.damna.Bald.in.l.2.col. 3.C.de pedan.iudi.Felin.in.c.in causis. col.3.nu. 2.de testib.expressius Bart.in.l.admonendi.nu. 54, versi.sed aduerte.ff.de iuretur: quem sequitur ibi Ias.nu.172.in rep.& Ioã. Coras.nu.51. Curti. iunior.num.67.qui hãc firmat communem opi. Ripa libr.1.respon.cap.1.nume.56.Robert.Marant.de ordi.iudicio.4.part.9.distinct.nu.73.glo. in.l.sed & si susceperit.§.1.verb.modica.ff.de iudic.glos.in cap.fin.de iudi.lib.6.cap. de causis. de offi.delega. Ex qua doctrina colligere poteris, quando est deferendum iuramentum in supplementum probationis: nam inter aliquos causa magna diceretur duorũ aureorum, & inter alios, attenta qualitate personarum, causa mille duplarum esset parua. secundum Bart.loco proximè adducto.& quantitas parua dicitur ad decem castellanos vsq;.l.2.& ibi Grego. Lopez. verb. *diez marauedis*.tit.2.part.3.

Quanuis autem causa sit summaria, debet fieri petitio, quæ debet poni in actis: & licet non solẽnis, quemadmodum in plenarijs, tamẽ qualis qualis sufficit petitio, cum ex petitione debeat formari sententia.Card.in Clemen.Sæpe.§,non sic. versi.Octauo nota.nu.3.de verb.signi. Bal.in authen.offeratur.nu.5.C.de litis contest. & videtur text.in dict.l.60.in conuentu de Madrid cõdita anno.1534.per quã declaratur capitul.36. in capitibus Prætorum. quod est in volu. pram. regum catholicorum.ibi, dum requirit in causis summarijs, quod petitio detur in scriptis.scilicet vltra. 400.marauetinos.

Est quæstio quotidiana, Vtrùm in causis summarijs vnus testis, vel fama inducat plenã probationem? Bart.in.l.2.§.sin vero post num.1.C.vbi in rem acti.& in.l.1.C.quorum bonorum. Matthes.in suis sing.notabi.2. Hippoly.in singu.433. incip.Trita est. vbi dicunt sufficere, nec necessarium esse iuramentum in supplementum probationis in causis summarijs, & parui præiudicij.Ias. in rep.l.admonendi.col.90.num.187.ff.de iure.iurand.vers. Decimo prædicta regula. vbi ponit plures casus, in quibus testimonium vnius testis plenã probationem inducit. post Specul.titu.de testib.§.restat.vbi scripsit.30.casus.quos videas.

Item causa alimentorũ est summaria, ne durante lite ordinaria petens detrimentũ patiatur. Tamen præstatio alimentorũ filio, vxori vel huiusmodi personis facta, non nocebit causæ principali.leg.si iudex.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. Et ibi Pet.de Bellapertica in sua repet. Alberi.in l.fina.ff.de appel.recip. vbi dicit quod sententia alimentorũ non sit principalis, sed incidens. tunc alimenta sunt præstanda, & non appellatur. Rebuff.in constitu. Galli.rub. De sententijs prouisio.arti.1.glo.2.num.34. Quod est in practica notandum, quia quotidie tractatur in iudicijs.l.7. titu.19.parti.4.ibi, *el juez de aquel lugar de su officio deue saber llanamente, e sin alongamiento no guardando la forma del juyzio q̃ deue ser guardada en los otros pleytos.* Summaria etenim causa est illa, in qua agitur de præstandis alimentis. Quæ suadetur, quonia expeditur de plano, & etiam diebus feriatis. l.2. ibi, alimenta constituantur. ff.de fer.l.35. titul.2. partit.3. Alexand.in add.ad.Bar.in.l. si quis a liberis.§.si quis ex his.ff.de libr.agnoscend.Bald.in

Universidad de Deusto
Biblioteca



l.si quis in suo.num.5. C.de inoffi.testamen. vbi dicit,quod causa alimentorum,est summaria: nõ sic in causa legitimæ,quia non est summaria, non obstante,quod legitima succedat loco alimentorum,quod est menti tenendum,secundũ Bal.ibi.

Intelligenda est hæc nostra assertio, quod iudicium istud in causa alimentorũ sit summarium eo casu, quãdo agitur de alimẽtis præsentibus, vel futuris, non tamen quando quæstio est de præteritis, qa isto vltimo casu non est iudicium summarium. Bald. in. lege prima.col.2. versi. Quæro nũquid.C. de si deicom. Itẽ idem est observandum, si alimẽta debeantur ex contractu. Bald.in.l. nõ nunquam.col.1.lectu.2.ff.de iudicijs. Item intellige postquam summariè cõstat in iudicio, quod petens alimẽta erat habitus pro filio,vel vxore illius,cui petũtur,nõ aliàs.dicta regia.l.7.&.l.3.tit. 8.lib.3.for.legum.interimq. erunt expensæ causæ principalis ministrandæ a patre, seu a marito, vel monasterio,filio,vxori,vel monacho agentibus contra alterutrum eorum.c.ex parte. de accusa.Rota antiqua.decisio.798.Panor.Areti.& Feli.in dict.c.ex parte.Io.Lup.in repeti.rub.§.39.incipiẽ,Ampliabis octauo.d donat.inter vi.& vxo.

Dubitari potest. Quæ alimenta sint istis personis assignãda? Dic quod alimẽtorũ taxatio,& moderatio faciẽda est secũdũ quãtitatẽ bonorum disponẽtis.Doctor Couar.in Epitome.4. Decretal. 2.parte.c.8.§.6.nu.7.ibiq. tractat.quib⁹ personis & a quibus alimenta debeatur. Paul.Parisi. consi. 98,col.fi.n.28.lib.2.Corne.consi.128.incip. Circa hãc cõsultationẽ.col.3.nu.9.lib.3.E victus est dãd⁹ secundum etiam qualitatem personarum,glo. singula.in ca.episcop⁹ verb. victu.10.q.2.cui est ad

¶*Ley.I.Que los señores de los lugares no estoruen que vayã los pleytos ante el Rey, ni impidan la jurisdicion Real.*

¶El Rey don Alonso en Leon.
¶El Rey don Enrique.II.en Toro.
¶El Rey don Iuan.I.en Valladolid y en Guadalajara.

*ADDICION.*

*Esta ley se contiene en la ley.1. tit.1.lib.4. Recopilad.y vease la ley.2.del mismo.tit.y lib.adõde se confirma el Versi.fi.desta ley.*

IVrisdiciõª suprema ciuil,e criminal pertenesce a nos,fũdada por derecho comun entodas las ciudades, villas, e lugares de nuestros reynos o señorios. Y por esto mandamos, que en la jurisdicion suprema que nos tenemos en defecto de los nuestros jueces inferiores ningunos ni algunos de los señores que tienen, o tuuieren ciudades, villas, o lugares en los dichos nuestro reynos, e señoríos, sean osados de im-

dẽd.Chassan.in cõsue.Burgũdię.rub.6.§.4.verb. vestir & habiller.numero.fo.16.&.l.20.titul.16. part.6.& glo.in.l.seruis vrbanis. verb.cibarijs. ff. de lega.3.quod rusticus non vescitur nisi cepis,caseo,& fabis.Itẽ rusticus non debet incedere eques. glo.not.in.l. idemq.§. idẽ Labeo ait.verbo. eum oportere. ff. manda. Ex qua ibi Bald. infert, quod nõ debent ẽis refici expẽsæ vecturarũ.Et qd est ar.pro quæstione rustici producti in testem, qui noluit venire nisi eques, quod cogatur venire pedes: qa eqtare suæ nõ competit cõditioni. Et ibi ad Bas.vid additionem. De alimẽtis a utrẽ vxori,filio,vel certis aliis psonis prestãdis,vid per Guid. Pap.qcst.439.incip. An vir teneat. Quid autem appellatione alimentorum veniat, est l.victus. ff.de verb.signifi. Chassanæ.loco supra proximè citato bene loquitur verb.& alimẽter. Bonifaci.in peregrin. verb. alimẽta. Petrus Rebuff.in cõsti.regijs Gallæ.1.pa tit.tract.de sent.prouisio.ar.1.glo.2.num.1.

Item est summarium iudicium, quòd competit hæredi scripto ad cõsequẽdã hæreditatẽ ex remedio.l.fi.C.de edi.diui.Adriã. & cõc.l.2.tit.14. part.6.De quo latiº dicemº in.l.1.tit.2.lib.5.infra.

Item executiuum remedium, quo quis iudicis præcepto virtute instrumenti publici cõpellitur soluere debitum in eo contentum, est summariũ. l.4.&.l.5.titul.8.infra isto libr.3.vbi latiùs de eius intellectu & materia agam, & de alijs iudicijs, in quibus summarie procedendum est. Quoniam iurisdictio est fundamentum iudicij,ideo de ea agit rex Catholicus in.l.1.istius tituli,ad cuius cõmẽtum his præhabitis me conuerto.

¶*Lex.I.*

a ¶*Iurisdiction.* Super hoc verbo, Iurisdictio, aliqua sunt



sunt prænotanda. Et in primis Quæro, quid sit iurisdictio? Concluditur respondendum est cum gl. in.l.1.verb.potest.ff.de iurisd.om.iudic.q est quẽdã potestas,de iure publico introducta, cũ necessitate iuris dicendi,& æquitatis statuendæ. Ita etiã descripsit Azo.in summa.C.de iur.om.iudi.Cyn. in.l.imperium.col.5.num.8.versi.si autem quæritur.ff.eo.titulo.Bart.& cõmunis in dict.l.1. ff. de iur.om.iudi. Et quanuis multa opponantur per docto.tamen ista est vera & realis definitio secundum Paul.Orianum in rep.rub.ff.de offi.eius cui mand.est iurisdi.colum.4.nu.9. Et Paul.de Cast. in.l.1.num.2.eo.tit.Chassanę.in consuetudi.Burgundiæ.rub.1.in prin.col.3.num.18.versi. iurisdictio enim.Fabian.de Monte.in tracta.de emptio. & vendi.quæst.4.prin.nume.11.Et dicit communem Alciat.in cap.quod sedem.num.34.de offic. ordina.Doctissimus Doctor.Ioan.Oroscí.probitatis & eruditionis rarissimum exemplũ in dict.l. 1.ff.de iurisdi.om.iudi.nu.37. Augusti.Beroi.in rub.de consti.num.52. Cõmunem contra communẽ in hoc vi.per eund.Io. Oroscí.in.l.imperium.nu.70.de iur.om.iud.

Secundò Quæro, Vtrum iurisdictio temporalis sit in rege Castellæ? Dicendum est quod sic.Iurisdictio enim omnis in principe Romano. est & ab illo reliquis Magistratibus communicatur. Et omnis iurisdictio ita est in Imperatore, vt ne minima iurisdictio conferri possit. nisi authoritate principis mediata,vt docet Bald.in cap.1.§. iudices vero.de pace iur.firm.Alex.in consil.24. incip. Ponderatis his quæ in themate narrantur. col.1. lib.5.Et Francis.Curt.iunior.consil.65.nu.2. Anto.Rube.con..77.colum.1.&.2. Thom.gramma. voto.28.nume.11.Claudi. Cantiuncula in libr.2. de offi.iudi.cap.3.& numer.3.Et etiam tenet Bal. in titulo.De pace constantiæ.nu.23. Paul. Parisi. vbi alios recenset, qui hanc sententiam probant in consi.1.num.12.libr.2. iurisdictionem omnem primum penes populũ fuisse, ac deinde ab eo ad principẽ translatã.l.1.ff.de consti.princip. Alex. Ias.& Paul.Orian.in.l.1.nume.31.ff.de offic. eius cui mand.est iurisdict.Ergo quemadmodum penes populum erat, fuit,& est apud regem Hispaniæ nullum recognoscentem superiorem in temporalibus.vt supra dictum fuit in Proœmi. quæstionibus.quæst.3. eamq; iurisdictionem supremam, mediam,& infimam apud Regem Castellæ tam ciuilem,quàm criminalem esse, & ab eo tanquam a principio fundantur cæteri habentes illam in nostro regno.& hic probatur.& in.l.4.tit. 1.lib.2.supra.l.18.titul.4. par.3. & .l.18.titu.23.eadem.3.part.Couarru.in libr.practi. quæstio. cap. 1.nu.9.Late. Nuni.Auendani. de mandatis reg. cap.1.ex quo plura deducenda sunt ad hunc locum, quæ omittenda censui, quoniam ibi scripta optime & late sunt.

Quæritur tertio, Iurisdictio quot modis capiatur? Dic quod potest capi vt genus. Item & vt species differens ab ipso genere. Primo casu qnando capitur vt genus, continet sub se & merum & mixtum imperium,& simplicem iurisdictionem,vt species ipsius iurisdictionis in genere sumptæ.gl. in verb.iurisdictione.in authent.de defen.ciui.§. iusiurandi.Bart.& Docto.in leg.prima.& in.l.imperium.ff.de iurisdi.om.iudi.Bald.in capitul.1.§. ad hæc.column.secunda.in titul.de pace iuram. præstan.Paul.Paris.consilio.nono.columna.secũda libr.1.Augustin.Beroi.in capitul.licet causam. numero.2 .de probatio.vbi alios refert. Corne. cons.270.col.2.nume.9.libr.1.vbi ponit quot sint species iurisdictionis.

Secundo casu,quando capitur in specie terminus iurisdictio,continet simplicem iurisdictionẽ differentẽ a mero & mixto imperio,vt ꝓbat tex. in.d.l.imperiũ.adfin.Paul.Paris vbi supra.Nec in conuenit,q idem nomẽ & terminus capiatur quãdoq; vt genus,quandoq; vt species, nam in simili hoc habetur.in.l.1.ff.de adoptioni.

In dubium succedit quarto loco, Vtrùm cõcessa iurisdictione omnimoda, cẽseatur in totũ concessum merum,& mixtum imperiũ? Ioan. Andre. in addi.ad Specu.tit.de iurisd.om.iudi. Roma.in l.si duo.ff.de acqui.hære. Felin.in capit. quod sedem.col.fin.in cap.graue. de offic.ordi. quos sequitur Paul.parisi.cons.9.col.2.lib.1. tenẽt quod sic. Cõfirmatur etiam si non fuisset posita dictio, omnimoda:nam iurisdictio est genus ad imperiũ & iurisdictionẽ.l.imperium.ff.de iu.om.iudi.Sed posito genere, ponuntur & eius species. l.si chorus.ff.de lega.3.Posita ergo iurisdictione simpliciter,ponitur merum & mixtum imperium, & iurisdictio in specie.Nec obstat, si quis velit dicere, quod iurisdictio est intelligẽda prout est species. Quia responsio facilis est.Nam dico,quod potius debet intelligi in genere, cum analogum per se positum,stet pro digniori significato.l.1.§. qui in perpetuum.ff. si ager vel emphy. peta. igitur & in casu proposito,Faciunt quæ scribit Barth. Chassanæ.in consuetu. Burg. fol.13.col.1. versic. contrariam partem.

Ex quo infertur quòd ex concessione simpliciter facta alicui de aliquo oppido, seu ciuitate, censetur illi concessa iurisdictio actiua, vti post Bartol.probare contendit Augusti.Beroi in capitul.licet causam.column.quinta.num.12.de ꝓba. Roderic. Suares allegatio.6. versic.hinc est. citat Petrum ab Anchar.in regula.Accessorium.de regul.iur.libro. sexto. textus in leg.prima.§. cum vrbem. ff.de offic.præfect.vrbani vbi legislator

Universidad de Deusto
Biblioteca



commisit vrbem præfecto Prætorio simpliciter, mentionem de territorio vllam minime faciens, tamen lex arguit, quòd territorium eidem præfecto videtur esse commissum, & sic, tãquam accessorium sequitur principale. l. si vt certo. §. vsque adeò. ff. cõmoda. Bald. vbi vide in cap. 1. de capita. qui curi. vendi. col. 3. nu. 5. cum. 2. sequen. Ex quo poteris quodlibetice hanc quæstionem. tractare per plura fundamenta ad vtranque partem inibi per eum adducta. Bart. in. l. 2. ff. de verb. sign. vult, quòd si princeps concedit alicui ciuitatem, cẽsetur concedere cum omni sua iurisdictione. Sebastia. Sapia in repil. imperium. nume. 26. ff. de iur. om. iudic. reputat notandam Bart. decisionem.

His etiam quinto loco est quæstio, Princeps cõcessit iurisdictionẽ i aliquo castro, oppido, seu villa, quæ tempore concessionis habebat quingentos vicinos: deinde aucta est ad mille vsque, An in nouos incolas, & in eiusdem villæ, seu oppidi augmẽtum iurisdictio exerceri possit? Bald. in. l. cum fundus. de legat. 2. in terminis huius dubij tenet, quod si Imperator exemit castrum à sua ditione, & illud postea crescat. efficiaturq; ciuitas, quod totum hoc sit exemptum. Quem ibi sequitur Cuman. & Marti. Laudens. de Castellanis. conclu. 32. Albert. Brun. in tract. de augmento & diminu. conclus. 6. Couar. nunc Archiepiscopus nouissimè in lib. practi. quæstio. cap. 2. ibiq; facit quasdam conclusiones. Quorum opinio suadetur. Nam quando respectu alicuius indiuidui, vt oppidi, villæ, seu castri, quod esset concessum modo prædicto, est credendum principem ad omnia contenta sub illo indiuiduo concessionem suam locum habuisse. l. peculium. in prin. ff. de legat. 2. l. quod in rerum. §. 2. & l. grege legato. ff. de legat. 1. si tamen excederet terminos sui indiuidui, vt quia titulo emptionis, aliàue causa ampliatũ fuit suum territorium, in qua adiectione iurisdictio erat Regis, vel concedentis, non debet extendi ad augmentum. Quia limitata causa, limitatum producit effectum. l. non modus. & ibi Bald. C. de seruit. l. in agris. cum simili. ff. de acqui. re. domi.

Præterea & sextò dubitatur, Vtrum iurisdictio sit in Rege Castellæ, cum nõ recognoscat superiorem in temporalibus, vel in Papa? Et est dicendum quòd est in Rege. Et est communis secũdùm Bermondum Chouer in commentarijs de publicis concubinarijs. pagin. 381. versi. breuiter opinio. vbi adducit in simili pro rege Franciæ viginti fundamenta, & respõdet ad alia viginti priori loco negatiuè inducta contra Regem. In quo dubio distingue vt ibi per eum, habita semper cen sura sanctæ Romanæ eccleſiæ, sub cuius correptione id refero. Et Andræ. ab Exea plures refert authores de hac re agentes in cap. 1. num. 291. versic.

Et quia argumentum Inno. vbi vide Barba. col. 9. de consti. tenendo, quòd Papa est superior in tẽporalibus & spiritualibus secundum communem opinionem, quæ priori videtur contraria. Quam ita dixit Areti. consi. 58. colum. 2. & refert Andre. ab Exea vbi suprà. num. 204. Nauar. in ca. nouit. de iudi. 3. notab. Couarru. regul. peccatum. 2. par. §. 9. nu. 7. de regul. iur. lib. 6. Quibus in locis optimè agere videntur in hac sententia & duæ cõmunes contrariæ. pagella. 144. Accipiendũ est, quòd quo ad spiritualia habeat in actu. vt post alios videre licet p fratrẽ Francis. a Victoria in libro nũc primum in lucem edito. de potestate ecclesiæ. In habitu tamen habet iurisdictionem temporalem & princeps exercitum. Et sic quo ad temporalia debet habere gladium in vaginam, præterquàm incertis casibus a iure expressis. Et sic hæ duæ cõmunes opiniones contrariæ concordari possunt licet opinio legistarum probetur per legem primã. titulo primo partita secunda. & legẽ septimã & legem vigesimam quintam. titulo tertio libro primo supra, & eam sequitur Michac. libro tertio §. vigesimo secundo numer. septuagesimo primo desuc. creatio. Adde Iacob. septima cens. Episcopum Ciuitatensem meritissimum de institu. catholicis capitulo quadragesimo quarto numero vigesimo primo. dicẽtẽ iurisdictionẽ ciuilẽ esse in rege & non in Papa. vide ipsum. & intellige vt supra in mea concordia & omnis iurisdictio ceu infonte residet in Papa, & in episcopos, & alios ab eo immediatè deriuatur fluit & resluit. Sanctus thom. quarto contra gent. capitulo septuagesimo sexto & in quarto sententiarum distinctione vigesima. quæstione quarta articulo tertio ad tertium. Erue. libro de potestate Papæ. Ekius. de sacramento ordinis homili. quinquagesima secũda turre Cremata de potestate Ecclesiæ libro secundo capitulo quinquagesimo secundo, vsque ad sexagesimum quartum. Soto in quarto sententiarum distinctione vigesima quæstione prima articulo segundo cum duobus sequentibus: probat franciscus Vargas optime in libro de Episcoiurisdictione cõfirmat sextò. & septimò à pagina septuagesimaquarta cum sequenti ideoque ab omnibus Episcopis, & prelatis ecclesiasticis appellatur ad Papam Sicut a temporalibus ad regem vt ibi habetur in confirm. 9.

Septimo dubitatur, Quotuplex sit iurisdictiõ Dic quod duplex, ordinaria, & delegata. Bartolus in legem imperium in fine. ff. de iurisdictione omnium iudicum. cum quo est communis sentẽtia scribentium secundum Paulumde Orian. in re pe. rubr. ff. de offi. eius cui mand. est iur. nume. 9. Aliam distinctionem, quam videas, ponit Bald. in. l. 2. C. de emancip. libe.

Octauo,



Octauo, Quo iure iurisdictio fuit inuenta? Dicendum est, quòd de iure gentium: sed distinctiones iurisdictionis, & magistratuum per ius ciuile factas fuisse autumant. Ita eleganter explicat lasi. in. l. ex hoc iure. columna secunda. ff. de iustitia & iure.

Nonò potest in dubium reuocari. In quo differat ab officio? Magistraliter docet Bar. in. l. prima. ff. de iurisd. om. iudic. colũ. 2. n. 9. Barbati. in rub. de offi. delega. nam in multis differunt, vt ipsi declarant.

Decimò succedit quæstio, Vtrùm concessa iurisdictione simpliciter, veniat ordinaria, & delegata? Quòd vtraque veniat, tenet Alexand. in rub. ff de iur. omni. iudic. quẽ sequitur & intelligit Paul. Orian. in rubrica. ff. de officio. eius cui mand. est iur. hunc vide pro vtraque parte tam affirmatiua, quàm negatiua. in numero decimo. & vndecimo & est communis opinio secundùm Lud. Gomess. in capitulo primo. numero. 67. de rescriptis. libro sexto. Sed vt meliùs capere possis, adduco in medium conclusiones sequentes, quarum prima sit conclusio.

Si lex, vel statutum loquitur per genitiuum faciendo mentionem de iurisdictione, tunc appellatione iurisdictionis non venit delegata: quia genitiuus importat proprietatem. l. secunda. §. primo. ff. de religio. & sump. fune. notat Alexand. in rubrica. ff. noui ope. Quæ tamen conclusio intelligenda est cum modificatione aliqua. Prima, vt procedat, nisi ratio subiectæ materiæ contrarium suadeat. vt constat in rubrica. ff. & C. de iurisdi. omni. iudi. Facit in argumentum. l. si vno. & ibi glo. ff. locat.

Secundò modificari debet conclusio, vt procedat, nisi ponatur dictio (omnis) vel (omnimoda) nam tunc comprehenditur & delegata. vt patet in dicta rub. de iurisdi. om. iudi. Comprobatur ex Bart. sententia. in. l. serui electione. §. fin. ff. de leg. 2. vbi dicit, quòd licèt aliàs qui legat domum communem, videtur tantùm legare partem suam, vt ibi, tamen si dicit omnem, vel totam, comprehenditur etiam pars alterius. Suadetur etiam per glos. in clementina prima. in verb. omnimoda. de foro competente. nota. secundum Gaspar. Vallas. in. l. imperium. numero. 272. ff. de iur. om. iu. vbi firmat hanc conclusionem, qui ita eam intelligit. Alexand. in rubrica. ff. de iurisd. omni. iudi. numero primo. vbi omnino vide addi. Thomæ Diplo. litera. B. in verb. hæc glossa. Idem Alexan. in. l. ait Prætor. ff. de re iudi. Et ab opinione Alexan. non est recedendum secundùm Alciat. in dicto capitulo. quod sedem numero. 51. Licet Anto. de But. in capitulo. suà nobis. de offic. vicar. & Iason. in dict. rub. de iurisd. om. iudi. affirmare contendant contrariam sententiam. Sed in oppositum Alexãdri est text. in capitulo. in literis. de offi. delega. ibi, eius iurisdictio. & capitulo fin. eod. titulo. ibi, istorum iurisdictio. & vtrobique adnotauit Panormitan. Iason. in. l. ait Prætor. columna secunda. ff. de re iudi. vbi in istis duobus iuribus est genitiuus, vt retuli, & tamen non important proprietatem quia proprietas iurisdictionis non est penes delegatum. l. & si Prætor. ff. de officio. eius cui mand. est iurisdict. l. solet. ff. de iur. omni iudi. Ergo contra Alexan. & sequaces. est etiam text. in capitul. quærenti. de offi. delega. ibi, eius iurisdi. & ipsa rubri. de offic. delegat. quæ per genitiuum loquitur. Sed hæc iura procedunt ratione subiectæ materiæ vt fatetur Alexan. in dict. l. ait Prætor. & in allega. rub. aliàs secus. Et Vallas. in citata. l. imperiu adducens Bartol. in. l. prima. §. si potestatis. ff. de pecul. vbi expressè dicit, quòd ratione subiectæ materiæ genitiuus verificatur ratione vsus tãtùm & possessionis, vt ibi per eum.

Secunda conclusio sit. Si lex, vel statutum facit mentionem de habente iurisdictionem, venit etiam iurisdictio delegata: quia verbum, habere, continet amplam significationem. l. habere. ff. de verbor. obliga. & l. stipulatio ista. ff. eo tit. de verbor. & firmat Bar. in dict. l. prima. §. potestatis. & Alexand. vbi suprà.

a ¶ *Conoſciendo, o negando.* Et sic simpliciter, clarè, & sine plica. l. 42. capit. 12. libro pragma. quæ loquitur in positionibus. Vide quæ dixi suprà in glos. 1. quæstione. 2. Est tamen notandum, quòd litis contestatio non requirit solennem interrogationem, aut responsionem, imò potest contestari per responsionem aduocati si eam approbet. secundùm Panor. per tex. ibi in capi. cùm causam. col. 2. num. 1. de appellatio. Et ista est ipsa veritas secũdùm eundem in ca. vni. nu. 14. de litis contest. Vtrùm autem per exceptionis obiectum inducatur litis contestatio, est videndus Panor. in. dict. cap. vni. num. 18. de litis contest. Adde de hoc text. in capit. 2. de litis cõtestatio. lib. 6. vbi vide Bertach. in indice. verb. exceptio peremptoria. versi. 6.

b ¶ *Haſta nueue dias.* Nota quòd lis est contestanda vsque ad nouem dies à die propositæ petitionis à domino, vel eius procuratore? aliàs transacto termino, habetur pro confesso in causa sibi petita.

Citat Montalu. in. l. 2. titulo sexto. libro secundo. foro legum. Bonifa. in peregri. verb. litis contestatio. glo. 2.

Quæro quatenus dicit, q̃ sufficit quòd notificetur procuratori libellus, qualiter sit intelligenda nostra lex Respon. quãdo dominus fuit præcitatus, secùs si non fuit, qa tunc contumacia procuratoris non nocet domino in respondendo, cùm sit res maximi præiudicij. Barto. in. l. vni. §. si procurator. numero primo. ff. si quis ius dicen. non obtemp. vbi Bald. 2. lectu. numero primo. Bart. in. l. quanuis. columna secunda. numer. 11. ff. de dam. infect. Alexan. in consil. 108. numero octauo. libro sexto. & consil. 207. numero quarto. libro septimo. Iaso declarat in dict. §. si procurator. numero vndecimo. versicu. Quarta conclusio. Et est communis secundùm Socin. numero. 5. Ratio potest esse: quia non respondere ad rogata à lege, vel ab homine, est delictum. nam contumacia est delictum. l. omne delictum. in princ. ff. de re milita. l. contumacia. ff. de re iudi. glos. in. l. si filius. ff. de interrog. actio. l. 10. titul. 9. part. 1. Iaso. l. sancimus. numero. 20. C. de iudic. Felin. capit. ex parte. num. 27. de const. Ioann. Lup. capit. per vestras. fol. 66. colum. 4. nume. 18. de do. inter vir. & vxorem. Corne. consi. 45. num. 1. lib 3. Sed mandatum domini nõ extenditur ad illicita in dubio. ergo. &c. Alexand. consi. 37. num. 7. libt. 6. Quod intelligas ne obstet ista. l. in fi. in procuratore generali, secùs in particulari, cuius cõtumacia nocet domino per hãc. l.

Quid autem erit, si contumax moriatur antequam pronũtietur pro confesso, an ista ficta confessio & pœna transeat ad hæredem? Responsum est singulare, & menti tenendum Bar. quòd non, in. l. 1. §. Sed & constitutio. nu. 4. ff. de calumniatori. vbi sunt eius verba. Et idem dico, vbicũq; quis propter cõtumaciam deberet haberi pro confesso, si antequam super hoc pronuncietur, decederet, non præiudicaret hæredi per eandem legem. l. eius qui delatorem. vbi Bart. ff. de iur. fisci. & in l. 1. ff. de priua. delict. & per eundem Bart. in. l. ex iudiciorum. ff. de accusat. Fallit in casibus annotatis per Bart. in. l. 2. ff. de his qui sibi mor. consci. scilicet, in crimine læsæ Maiestatis, & hæresis, & in casu. d. l. 2. quem not. quia raro inuenies.

Vtrùm autem simul & semel cũ pluribus possit quis litem contestari? Et est dicẽdum quòd sic. secundùm Angel. in. l. duo rei. ff. de duob. reis. Et similiter potest quis in vna comparitione euade-

Universidad de Deusto
Biblioteca



re contumaciam multorum terminorum, comparendo contra omnes facientes eum citari. secundùm Angel. vbi suprà. l. accipientis. ibi, sufficere vnam authoritatem. ff. de autho. tuto. Adde Bar. in cap. illo vos. col. 2. de pigno. l. 3. versi. *e si muchas demandas*. tit. 10. par. 3.

Quid autem erit, si iudex restrixerit tẽpus datum ab ista lege, an valeat abbreuiatio temporis? Videtur quòd non: quia est indultum à lege beneficium, quod nemini est auferendum. regu. Indultum. de regul. iur. lib. 6. Item ex his, quæ notat Bart. in. l. 2. num. 4. ff. de re iudica. in opinione Iacobi de Are. qui dicit, quòd in nullo casu potest iudex diminuere terminum iuris, nisi in casibus à iure expressis. per dict. reg. Indultum. & per glos. in cap. cùm sit Romana. verb. resciśius. de appel. quæ tenet. q̃ regulariter iudex non potest abbreuiare terminum iuris, nisi iusta causa interueniente, & in certis casibus. Est. l. 1. ff. de feriis. vbi iudex non tollit terminum à iure concessum. Et ista est prima opinio communis secundùm Ias. in. d. l. 2. num. 22. & Ripam. nu. 14. glo. verb. terminũ. in. c. si tibi absenti. de præbend. lib. 6.

Alia fuit Bar. in dict. l. 2. num. 4. quòd ex causa semper iudex potest diminuere terminum iuris. Mouetur primò ex. c. Pastoralis. de exceptio. in ducendo illum text. Terminus dilatoriarum, est litis cõtestatio: nihilominus iudex diminuit prædictum terminum, vt in. d. c. pastoralis. ergo pro conclusione.

Secundò. Ad agendum quis habet triginta annos. l. sicut. C. de præscrip. 30. vel. 40. anno. nihilominùs iudex diminuit terminum prædictum. l. Titia. ff. de accusa. l. diffamari. C. de ingen. & manu. Et alia exempla latiùs ibi adducit & reassumit Ias. in. d. l. 2.

Tertia fuit opinio Bald. in. d. l. 2. ff. de re iudi. q̃ iudex causa cognita semper posit terminum iuris restringere. glo. in authen. de exhi. reis. §. sanci mus. verb. hoc est viginti. colla. 5. & in authent. de litigios. §. omnem. Confirmatur ex Innocen. in. c. ad petitionem. de accusa, quem sequitur Lanfran. in repe. cap. quoniam contra. verb. citationes. nu. 17. de probatio. quòd terminus solitus apponi in quacunq; citatione, potest ex causa per interlocutoriam abbreuiari, ergo causa cognita. Facit clemen. Quanuis. & glo. verb. terminum. de appell. vbi iudex à quo potest abbreuiare terminum iuris ad apostolos petendos. Maran. in spec. aduoc. de appellatione. 6. par. iudic. num. 212. Quod intelligo ex iusta causa præcedente, non aliàs. Item termiuus ad agendum statui non debet sine causę cognitione. Latè probat Alex. consil. 109. num. 7. lib. 1. Et sic conciliatur opinio Bar. cum sententia Baldi. Et ita dicamus in casu istius legis, quòd iudex potest limitare tempus datum ad contestandum, iusta causa existente, præcedente cognitione causæ, secundùm præmissas Bartol. & Bald. opiniones.

Huic sententiæ refragatur. l. si quis instituatur hæres. ff. de hære. insti. vbi prætor non potest statuere minorẽ terminum, q̃ sit statutum à lege. & ibi notat Barto. & Sebalti. Sapia in rep. rubr. C. de successo. edi. nu. 3. Sed ipse respõdet hoc esse verũ nisi ex causa: quia cõmunis doctrina est, q̃ quando tempus statuitur cũ ministerio iudicis, potest ex causa per iudicem abbreuiari. vt notant Rom. & moder. in. l. 2. ff. de re iudi. Et est cõmunis secũdùm Imol. in. d. c. cùm sit Romana. vbi vide Feli. nu. 1. dicẽtem sequendam esse opinionem Bart. & ibi ampliat, & limitat plurib⁹ modis. Et Deci. nu. 13. Adde Iaso. in. d. l. 2. nu. 14. qui cæteris aliis meliùs recolligit istud dubium. Tangit Tiraquell. de retract. lib. 1. §. 1. gl. 10. nu. 60. vbi tenet, q̃ tempus à lege cõcessum à iudice abbreuiari non potest. Et sic videtur concludendum in casu nostræ legis secundùm opinionem Iaco. de Are. quæ est communis, vt dixi, à qua in dubio non est recedendũ, maximè cùm melioribus rationibus iuuetur. Ad de Deci. in rub. nu. 4. C. de successo. edicto.

Vtrùm autẽ reus opponendo exceptiones generaliter contra libellũ, q̃ est incertus, vel obscurus, & protestando q̃ terminus legis ei non currat propter nullitatem, habeatur pro confesso transacto termino nouem dierum? Videtur quòd nõ: quia libello valido quis tenetur respondere, non autem inualido, vt dixi suprà glos. 1. quæst. 5. Roma. consil. 199. colum. 2. Deci. in capit. ex tenore. numer. 6. de rescriptis. Item probat Specula. de libello. conceptio. §. fi. versi. cautus. vbi dicit, quòd quando reus opposuit libello actoris, quòd est incertus, & obscurus, & sic nõ procedit, debet iudex pronuntiare reum non teneri respondere tali libello, & eum absoluere ab obseruatione iudicij, condemnando actorem in expensis, iuxta. ff. 1. ff. si mensor. fals. mod. dixe. & capitulo examinata. de iudi. Et hanc practicam sequitur Anto. de Butrig. in cap. fi. de sib. obla. Ias. in. l. omne officium. col. 4. nume. 11. ff. de ofti. assessorum. Alexand. in l. 1. colum. 1. ff. de edend. Tamen consulendũ est, quòd his non obstantibus lis contestetur, quia cum difficultate iudices recederent à litera huius legis.

Quid autem si haberet declinatoriam fori? Videtur, quòd non teneatur respondere. secundùm Bald. Paul. Rom. & Ias. in. l. si tutor. numer. 3. ff. de iureiur.

Est tñ dubium, an ad hoc vt habeatur pro confesso, sit necessaria accusatio contumaciæ à parte? Respon. quòd trãscurso termino nouem dierum dato



dato ad contestandum, est habitus pro confesso, siue incusetur contumacia, siue non. Text. hic, *si assi no respondiere, que sea auido por confiesso por su rebeldia*. Tenet Bald. in. l. si tutor. 1. lectu. C. de interdicto matri. num. 1. Retuli ad Segur. in repet. l. 3. §. fi. ff. de liber. & posthum. nu. 82. vbi aliqua dixi ĩ materia huius legis.

Praxis autẽ recipit contrariam partem: imò q̃ ad hoc vt habeatur pro confesso, requiritur partis incusatio, & non aliàs pronũtiabitur q̃ confesso. Stylus audientiæ, seu Tribunalis est seruandus, cũ sit consuetudo optima legum interpres. Matth. de Afflict. decisio. 135. nu. 3. & decisio. 78. nume. 6. de consti. ergo pro ista parte erit iudicandũ. Item probatur hic, dum ait, *por su rebeldia*. Cùm ante incusationem contumaciæ non possit quis dici contumax. l. properandum. §. 1. C. de iudi. vbi notat Bald. col. 1. num. 4. Et ita procedit. l. 1. tit. 39. lib. 3. ordi. Lusitaniæ. ibi. *a ssua rebelia o julgador conteste por ele. &c.* Et hodie contumacię incusatio vnica sufficit. l. 51. tit. 4. libr. 2. nouæ compilat. quã not.

Dubitatur præterea, Vtrùm aliquo remedio possit subueniri contumax habitus & declaratus pro confesso? Et videtur quòd non, quia est verus contumax, & ideo non audiatur appellans. l. properandum. §. finautem reus. vbi Bald. nume. 5. Et ibi latè Celsus in additione. C. de iudic. & confessio ficta diciturmanifesta. Iaso. in. l. manifestè. nu. 4. per. titul. ibi. ff. de iureiurand. vbi vide per eum norata. Sed iste non est verus contumax, sed fictius, ideo appellationi suæ erit deferendum. secũdùm Bald. vbi suprà. Tenet expressè ipse Bald. in l. magnam. col. 8. nu. 21. C. de contrahen. & com. stipu. Alex. in dict. §. finautem. num. 17. & in. l. sæpe. nu. 79. ff. de re iudi. Rota. nou. decisio. 364. clemen. vni. de dolo & contuma. Hippolyt. sing. 87. Et sic erit optimum consiliũ q̃ appellet à pronuntiatione iudicis, in qua declarat eũ confessum, qua de re ipsum condemnat. Et sic in causa secũdæ instantiæ non allegata allegabit, & nõ probata probabit. Si est minor. 25. annis, petat restitutionẽ ad uersus lapsum temporis, quæ ei concedenda est, cùm constet de læsione. clem. vnic. de in integ. restitu. cum ibi notatis. & argum. eorum, quę notantur à Bald. in. l. clarum. C. de ant. præstan. Et restituendus est minor etiam aduersus confessionem à se expressè factam de delicto, si aliter non constaret de crimine. Bar. in. l. auxilium. §. in delictis.

nuestra ley, aun que no sea dada la sentencia[a] contra el sobre ello, y si el procurador fuere rebelde, y no responde- real dicho plazo: que no sea restituydo: el Señor del pleyto, maguer que diga

num. 2. ff. de minorib. Angel. in. l. certum. §. in pupllo. nume. 2. ff. de confess. Alexand. & Iaso. colũ. 2. nume. 7. in. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iure iurand. Ias. in. l. cùm quis. nume. 10. C. de iur. & facti. ignorã. Deci. in. l. nihil consensui. §. non capitur. ff. de regiur. Alciat. in tract. de præsumptio. 1. regul. præsumptio. 44. nu. 10. Hippoly. in. l. 1. §. fina. numer. 70. & in. l. de minore. in princip. num. 44. & in dict. l. 1. in princi. nu. 18. ff. de quæstio. Quanuis aliud velit Boeri. decisio. 63. nume. 7.

Est tamen dubium pulchrum, Vtrùm condemnatus de crimine, vel actione, quæ aliàs per sentẽtiam induceret condemnato iuris infamiam, propter contumaciam in non respondendo, efficiatur infamis? Dicendum est conclusiuè, q̃ condemnatus per contumaciam non fiat, nec efficiatur infamis. l. 1. vbi glo. & doct. C. de modo multa. Tenet Bart. consil. 11. Quæritur & in dubium reuocatur. col. pen. Iacob. de Bellouisu in practi. judicial. fol. 68. col. 4. versi. Et nota bonum argumẽtum. titul. de diuersis pœnis. dicens condemnatos extra ordinem iuris, infames nõ esse. Calde. consil. 1. tit. de accusa. Boeri. eos sequitur decis. 64. nu. 9.

Quæstio sit decima, An in casu, quo quis habetur pro confesso propter contumaciam, probare contrarium, & sic assumere in se onus probandi contrarium, suamq; innocentiam? Respon. quòd sic. l. 2. C. qui testamen. face. possunt. secũdùm Angelum, Salice. Paul. Alex. & Iaso. nu. 6. qui omnes notant, q̃ licèt quis habeatur pro cõfesso, & conuicto, ac si esset confessus delictum, tamen hoc non obstante, admittitur probatio in contrarium de innocentia accusati. Facit in simili, qui est contumax in respõdendo positionibus, habetur pro confesso. c. si post præstitum. de confess. lib. 6. Rota nou. decis. 681. Tamen non obstante ficta confessione, potest probare contrarium, si vult. Ioan. And. ad Spec. de deposito. §. nouo. versic. Verùm tamen. Bal. in. l. 2. §. quòd si actor. per illũ text. C. de iu. calum. Paul. in. d. l. 2. nu. 5. & ibi Ang. & Ias. vbi vide Deci. col. fi. & quæ dixi suprà. q. 7.

a *Aunque no sea dada la sentencia.* Et sic ipso iure per transcursum temporis sine alio processu & sententia est habitus pro confesso, vt hic habetur. Requiritur tamen interlocutoria saltem sententia hoc declarans. Nam vbi ipso iure propter quid præexistẽs deuenitur ad certũ actũ, semper requi

Universidad de Deusto
Biblioteca



nitur sententia declaratoria super præexistenti. Bartol.in.l.eius qui.ff.de iure fisc.Bald.in.l.iubemus.§.sanè.C.de sacrosanct.eccles.Roma. consil. 211.col.3.versic.Secūdò moueor.Et est tex. singu. in cap.cùm secundùm leges.de hære.libr.6.

Pœna autem hic posita locum habet, quando reus fuit citatus, & recepit copiam petitionis: secùs tamen si nunquam comparuit in iudicio, nec recepit copiam libelli, quo casu ex vi citationis procedit missio ex primo & secūdo decreto contra contumacem.l.vni.tit.9.vbi dicam infrà hoc lib.3.l.42.cap.5.lib.pragma.

Quæro, Vtrùm dispositio huius legis procedat,quando quis fuit citatus ad domum? Aliqui tenent quòd sic. Sed ego teneo contrarium: quia ex sola citatione personali, vel ad domum, sine eo quòd perueniat copia petitionis ad manus rei qui comparuit in iudicio,non habet locum dispositio istius legis,vt habitum fuit suprà. Ergo multò minùs ex citatione facta ad domum tantùm.

Dubitatur insuper,Nūquid ab ista iudicis pronuntiatione, in qua cōfessum esse iudicatur, possit contumax appellare? Videtur quòd nō. Nam à pœna legis nō admittitur prouocatio, seu appellatio.glos.in cap.super his.de accusa.in verb.arbitrium.quam dixit ordina.Philipp.Deci.in capit. ad hæc.3.nu.4.de appell.Ange.in tract.de maleficijs.verbo.& ibi caput à spatulis amputeť.nu.45. Feli.in.c.Rodulphus.col.2.de resc.Barba.in.c. cū veniissent.nume.32.de iudic.Et est text.in.l.si quapœna.ff.de verb.signi.& ca. quia nos. de appella. Et per hanc rationem tenuerunt nonnulli docto. in.c.fi.de iur.calum.q cōfessus ille,de quo ibi, ex eo, q ď calūnia iurare noluerit, & si appellauerit, nō audiatur. De quo per Spec.de iur.calū.§.fi.Tamen glo,in.l.creditor.§.iussus.ff.de appell.quam ibi approbat Bart.tenet, quòd iste talis fictè confessus bene admittitur appellans. nam iste est fictus contumax, quod cùm ita sit, ideo bene sua erit admittenda appellatio: cùm verus contumax in non veniendo, si non sit manifestus, optimè si appellauerit,audiatur.glos.in clem. vnic. de dolo & contuma. A fortiori per consequens fatendum erit in ficto contumace.glo.in.l.& post edictum. & ibi text.in fine.ff.de iudic.Et istam partem veriorem iuris affirmare cogor. Nec obstat quod dixi, quòd à pœna legis non appellatur. Nam & si id verum sit, bene tamen à declaratione sententię legis à iudice facta appellari potest. prout est sententia glossę.singul.& aureæ in cap. cupientes. §.quod si per viginti. de electio. lib.6. in verb. priuatos. Et tenet Panor.in cap.peruenit. de appell. & per prædict.glos. quæ hanc posteriorem confirmat sententiam,responsum assignatur ad dict.capitul.quia nos.& ad allegat.l. si qua pœna. Quod reputo notandum in actu practico.

Quæritur vlteriùs, Vtrum sit aliud suffragium contumaci huic,de quo in litera huius legis. Et respon,quòd appellet sibi id esse reliquum, vt prædictum est, & tunc in secunda instantia probabit rem aliter se habere. vt per Bald.in.l. ita demum. col.fi.C.de procura.Anto.in cap.fina.de confess. qui ita quo ad nostram legem est accipiendus. Vtrùm autem opponere possit,quòd libellus est ineptus super quo facta est confessio ficta, & sententia non valuit,quia qui primitiua vituperat deriuata excludit?

Videtur quòd sic.Bald.in margari.verb. exceptio. quæst.12. Anto. & Imol.in capi.cùm dilecti. de emptio.& vendi.Generaliter enim est prænotandum, quòd potest allegari contra prædictam confessionem fictam,quicquid potest contra veram.vt per Anto.de Butriga.in capi.fin. de cōfes. Nam quemadmodum per veram confessionem partis receditur à præsumptione iuris & de iure, quæ resultabat ex sententia. vt singulariter notat Innocen.in cap.quia plerique.de immu. eccles.& ibi docto. Panor.in cap. is qui. de sponsalib. & in ca.cùm contingat.de offi.delega.glossi.in authen. de æquali.doti.§.illud.Bart.Bal.post Cyn. in authenti. Sed iam necesse. C.de dona.ante nuptias. Barto.in.l.absentem.ff.de pœn.ita per fictam cōfessionem secundùm Bartol. in dicta.l. absentem. fina.colum. Vera tamen & ficta confessio differunt inter se. In primis circa prorogationem iurisdictionis: nam per veram confessionem,quam quis facit coram iudice non suo, fit prorogatio iurisdictionis.vt notatur in cap.p.&.g.de offi.delega.Et dicam in.l.1.infrà.titul.sequen. Tamen per fictam confessionem inductam per legem, vel statutum contra aliquos contumaces, non videntur tales in iudicem cōtra eos procedentē velle suā iurisdictionem prorogare,si aliàs non erat eorum iudex, nam semper poterit opponere aduersus talē sententiam per fictam confessionem latam de cō petentia iurisdictionis.Bartol. in.l. si conueuerit. ff.de iurisdi.om.iudi.& in.l. si quid ex quacunq;. ff.si quis in ius voca.Baldus in.l.1.C. vbi de crimi. agi oport.Nunquam absens & contumax iurisdictionem prorogare videtur. Innocent. de eo qui furt.ord.suscep. in capit. innotuit. & Bald. in.l. si quis ex consensu.C.de episc.audi.Beroi.in capi.si duobus.nume.36.de appellatio. Absens & contumax in iurisdictionem iudicis nō consentit, imò illam negligit.l.si quis ex aliena.ff. de iudic.l.2.ff. si quis in ius voca.l.de ætate.§.qui tacuit.ff. de interroga.act.cap.cùm parati. de appella. Quod est menti tenendum pro exbannitis.

Inquirendū est de vtili quæstio. & in praxi necessaria, Vtrū si volo,possim opponere aliquā exceptionem



ceptionem cōtra talem fictam confessionem, ex quo infrà nouem dies non cōtestatus sum litem, fateor me confessum, tñ infrà viginti dies (iuxta formam.l.1.titul. 8. infrà isto 3.libro.) ab isto die nono volo opponere exceptiones meas peremptorias ad repellendam intentionē aduersarij sup principali quæstione, vt pacti de non petendo, iureiurando, vel præscriptionis. Et dic q possum eas opponere, nam à lege ista hoc non est prohibitum, imò censeri debet permissum, cùm certum sit, q per hanc fictam confessionē litis contestatio fuit inducta,cōfirmādo petitionem actoris, ideo post hanc contestationem exceptiones peremptorias vsq; ad viginti dies proponere potero. Quod est notandum pro intellectu huius legis. &.d.l.1. tit. 8.lib.isto.3.infrà.nam à multis doctissimis ita practicatur, tñ à pluribus ignoratur, & potissimùm ab aduocatis nostræ tempestatis iunioribus. Per hoc enim lex hæc eliditur, & reus fictè confessus iuuatur plurimū. Adde quæ notat Paul. de Castr. in.l.si Titius.ff.de verb.obliga. & quæ dicit Bart. in.l.creditor.§.iussus.nu.2.ff.de appella. vbi dicit q confessus & condemnatus poterit appellare, ac in causa appellationis vsque ad sententiam reuocare suam confessionem.l.fi. C.de erro. aduocat. secùs tñ esset si esset conuictus & confessus. vt per Bart.vbi suprà. Rigor tamen huius legis quòd habeatur pro confesso, qui litem infrà nouem dies non fuerit contestatus, minimè seruatur, imò explosus est apud regios supremosque iudices. teste Couar.lib.1.Variarum resoluti.capi.1. nume.8.& Ioan.Matienz.in Dialogo relatoris.3.part. capit. 44.numer.6. Inferiores tamen iudices non recedant ab obseruatione legum, etsi duræ sint, cùm eis non sit hæc facultas tributa. Et rigor huius legis est in viridi obseruātia & ita sæpius vidi in practica, quanuis contrarium teneant Couar. Ioan. Matienzi.dialogo.vbi supra. & Auiles in capitibus prætorum capi.15. nume.22.

a ¶ *Maguer que diga q el procurador.* Lex in hoc correctoria est, cùm a iure communi contrarium extet statutum.vt habetur in.l.proinde. §.sed procuratori.ff.ad.l. Aquiliam. & in.l.1.§. sed procurator. ff.si quis ius dicen. l. si procuratorem.de legat.3.l. ex hoc edicto.§. planè. ff. de eo per quem factum erit.l.1.in fin.& ibi Bart.fusè.quem videre licet ad hunc punctum. ff. quando appella.sit.

Et circa hoc,quando factum,contumacia,& negligentia procuratoris noceat domino, aliqui distinguunt in capit.1. vt lite non contesta. scilicet, quòd aut procurator est generalis, vel specialis. Priori casu dic, quòd bene noret. Et sic loquitur

que el procurador[a], no tiene de q̄ pagar.

l.procurator.ff.de tributo. Posteriori verò casu respondendum est, quòd aut facit ea, quæ sunt mādati, aut ea,quæ sunt contra mandatum,id transiliendo, seu transgrediendo. Secundo casu die, quòd non nocet domino factum ipsius, si statim vt scitum est à domino, id reuocauit, & contradixit. capit.cùm olim.1.de offic.delegat.qui text.ita loquitur. Si verò facit ea, quæ sunt mandati: tunc ea, quæ facit confitendo, negligendo, contradicendo, vel quasi, præiudicant domino. Sic enim loquuntur omnia iura, quæ dicunt factum procuratoris nocere domino. Dolus autem procuratoris non nocet domino ignoranti, sed scienti, & non contradicenti. text.in capitu.1.in fine.vt lite non contesta. Quod reputat notatu dignum Hostiens.colum.tertia.versicul.Potuit tamen. quem refert Ancharra.nume.12. Anton.column. tertia. versicul. Pro discutienda hac materia. & ibi Panormita.& alij.

Dubitatur præterea, An ista lex locum habeat in causa criminali,in qua agitur de pœna crimina liter intentata? Videtur asserendū quòd nō. Quia ista lex dicit,q procurator,vel ipse causam contestetur: sed procurator non potest interuenire in causa criminali.c.si quando.2.q.6.l.pen. §. ad crimen.cum simi.ff.de publi.iudi.ergo ita est cōcludendum in præsenti lege. Ita etiam in simili Bald. decisum reliquit in Margarita.verb.contumax in productione instrumenti. citat.l.fina. C. de fide instrumen.

Quid autem erit in querela iniuriæ, quando de ea ad vindictam corporis afflictiuam agitur? Videtur q simile responsum, qđ in superiori est quæstione assignatum, & hîc affirmandum fore. Item quid si ciuiliter de tali sit actum iniuria? Dicendum censerem in vtroque casu legem istam non habere locum: cùm negari non possit, quin causa iniuriarum criminaliter, seu ciuiliter intentata, sit causa criminalis.capit. tuæ.de procuratori. Facit.l.2.titul.3.libr.4.for.leg.&.l.1.2. &.3. titulo.9. libr.8.infrà.

Non ab re quæri insuper poterit, Vtrùm per verbum,dubito quid petis,visum sit fieri litis cōtestatio? Et vē q sic ex Barto.in.l.si debitor.ff.de rei ven.Anto.in.c.1.de litis cōtesta. Oppositū tñ asserendū vī tali fundamēto. Certū iuris elementum est,quòd qui dubitat, nihil firmat,nec negat. Per quæ verba litis contestatio fieri debet. vt notatur in capitul.primo.de lit.contesta.& capit.dudum. de electio. Quia dubitare, est medium inter affirmare,& negare.glos.per text.ibi in regu. Is qui tacet.& ibi Dyn.de reg.iu.lib.6.nam pro eodē sunt

dubitare

Universidad de Deusto
Biblioteca



dubitare & tacere, cùm paria sint, non respondere, vel respondere imperfectè. glo. in Clemen. Cõstitutionem. de electio. & in. c. de muliere. de spõsa. l. vt responsum. C. de transact. Sed non inducitur litis contestatio per taciturnitatem, ergo nec per verbum, dubito. Item suaderi põt. Nam lex ista desiderat, q̃ ritè, & rectè lis contestetur: sed p̃ verbum, dubito non respõdetur huiusmodi, ergo pro confirmatione. Quod etiam confirmatur. Nam si quis vigore legis, seu statuti tenetur purè litẽ contestari, vel respondere positionibus, & respondet cũ plica aliqua, incidit in pœnam statuti. secundũ Bar. in. l. 1. §. si q̃s simpliciter. ff. de verbor. oblig. & in. l. 1. ff. de vulga. Domi. in. c. cupientes. de electio. lib. 6. & in cap. 1. de lit. contesta. eodem libro. & est. l. 11. Regum Catholicorũ facta in oppido de Madrid. anno ab orbe redempto. 1502. Ex quo apparet dicta doctorum in principio istius quæstionis adducta, propter sua verba non posse hic adaptari.

*¶ Ley. II. Que la contestacion se pueda hazer ante el escriuano, o en qualquier lugar.*

¶ El Rey don Enrique. II. en Toro. Año de mil cccxcj.

*ADDICION.*

*¶ Esta ley se contiene en la ley 2. titul. 4. libro. 4. Recopil.*

Porque acaece, que en el plazo de los nueue dias en que el demãdado ha de cõtestar la demãda que le fuere puesta, segũ dispone la ley ante

Quid autem erit, si reus respondet ad petitionem actoris, dicendo, quòd nescit, nec credit ea quæ dicit, vtrùm per hæc verba inducatur litis cõtestatio? Et videtur q̃ sic, iuxta verbũ Petri, Matthæi. 26. nescio quid dicis. vbi per hæc verba negauit Christum. gloss. est iuncto text. in capit. cùm ad sedem. de resti. spolia. verb. se nescire aut credere. Quæ est singu. & notanda, probans in terminis hoc dubium. Sed dicta. l. 11. hoc negat, ibi, *cõfessando lo, o negando lo simplemente, è sin cautela, è no por palabra, de creo, o no creo. &c.* Et hic habetur, ibi, *derechamente a la demanda contestando el pleyto o no sciẽdo, o negando. &c.* ¶ Vtrùm autem tempus nouem dierum sint vtiles, vel continui? Respon. q̃ continui, & currunt de momento aũ momentum. Probatur hac lege, ibi, *hasta nueue dias continuos.* De quo tempore est text. in. c. quia diuersitatẽ. de concess. præbẽd. & in clem. vni. de in integ. restitu. Per Ioan. Andr. in glo. verbo, continuũ. vbi constat currere à tempore notitiæ tale tempus & sic post intimatiõem petitionis factã partiprincipali, vel eius procuratori ad id legitimè cõstituto, vt hic habetur. Confirmatur ex his, quæ Lapus notat allega. 78. colum. 8. versi. Ad quartam quæstionem. nume. 9. cum multis adductis per Andræ. Tiraqu. De vtroq; retract. libro. 1. §. 35. gloss. 4.

desta, ay algunos dias feriados: y otrosi no puede ser auido el demandador para ser presente a la respuesta: ni otrosi puede ser auido el Alcalde, ni el Escriuano del pleyto. Porende declarando e interpretãdo la dicha ley: mãdamos que la contestaciõ del pleyto pueda ser hecha en cada vno dellos dichos nueue dias[a]: si q̃er sea feriado o no: el demandador p̃sente, o no[b]:

¶ *Lex Secunda.*

a ¶ *En cada vno de los dichos nueue dias.* Et sic totus terminus debet labi ad hoc, vt non contestans litem incidat in pœnam, nempe quòd pro confesso habeatur. capit. commissa. de elect. libr. 6. Vnde die feriata potest contestari, cùm confessio recipi possit. Innocen. in capit. vltra tertiam. de testi. Bald. in Marg. verb. feriæ. §. vlti. Robert. Maran. in speculo aduoca. 6. part. actu. 10. num. 36. ibi quæ plura congerit, quæ possunt fieri diebus feriatis. Est etiã videndus Feli. in cap. significauerunt. nu. 9. de iudi. Gregor. Lop. in. l. 33. verb. *mouer demanda.* titu. 2. & l. 35. eod. titu. part. 3.

b ¶ *El demandador presente, o no.* Nota hanc legem nouii iuris promulgatoriam in nostro regno: nam iure communi sancitum erat in contrarium, quẽadmodum ostensum reliquit Bald. in. l. rem iudicio. colum. 2. versic. Tertiò quæro. nume. 4. C. de lit. contesta.

a ¶ *Hecha la contestacion ante el escriuano.* Vt in suppli catione probat tex. in authentic. Quæ supplicatio. C. de precib. Impera. offe. Etibi Baldus & Paul. Facit etiã pro confirm. l. vbi ab sunt. ff. de tuto. & curato. datis ab his.

b ¶ *Que el demãdador.* Hæc litera corrupta est ĩ antiqua impressione, dicens, *el demãdador.* Hic autem est restituta. Sic ergo dicere debet. *Que el demãdado sea tenudo de lo dezir al demandador.* Colligitur ex fine istius legis, ibi, *el demandado pague las costas.* Probatur etiam ex text. insigni in Clemẽti. 1. de appel. ibi, Est tamen appellatio ignoranti appellationis. &c.

¶ *Lex. III.*

c ¶ *Bueluen maliciosamente.* Quod fieri non debet, cùm malitijs hominum sit obuiãdum. l.



y en qualqer lugar do puede ser auido el juez en su casa, o en la audiẽcia do suele juzgar. Y q̃ pueda ser hecha la contestaciõ ante el escriuano[a] q̃ tuuiere la demãda escripta, pueda la cõtestar ante otro qualquier escriuano publico dẽl lugar, dõde es el juzgador con testigos a las puertas de las casas do morare el juez o en el nr̃o palacio si el pleyto fuere en la nr̃a corte. Y que esto aya lugar assi en los pleytos q̃ son mouidos, como en los q̃ se mouierẽ de aqui adelante: y si la contestacion fuere hecha en ausencia de la parte: q̃ el demãdador[b] sea tenido de lo dezir al demãdado el primer dia q̃ pareſcieren en juyzio, y a dẽ mostrar la contestacion ante el alcalde: y si assi no lo hiziere, y sobre la contestacion las partes contendierẽ si es hecha, o no, que el demandado, pague las costas que dende en adelante se hizieren fasta q̃ el demãdado muestre la contestacion como dicho es.

*¶ Ley. III. Que las demandas que fueren puestas a bueltas de otras escripturas no ayan pena por defecto de cõtestaciõ.*

*ADDICION.*

*¶ Esta ley se contiene en la ley 3. titul. 4. libr. 4. Recopilat.*

Porque acaesce q̃ los q̃ cõtiẽdẽ en pleyto en las escripturas q̃ p̃sentã bueluẽ maliciosamẽte[c] nueuas demãdas sobre cosas q̃ atañen a los dichos pleytos en que las dichas escripturas presentã. Porẽ demãdamos, q̃ aun q̃ la parte no respõda conosciẽdo, o negando hasta los nueue dias, q̃ las tales demandas q̃ son assi puestas a bueltas de otras escripturas, o razones, que sea auido por confieſſo[d]. in fundo. ff. de rei vendi. Et facit dicta l. 11. de Madrid, an. 1502. text. in fui ratione in. l. 1. in principio. ff. de edend. ibi. & demonstret quid dictaturus sit, vel id dicendo, quo vti velit. Et. l. cũ seruus. versi. Sed nos. ibi. Nam non vti que si ille in folle reliqua obtulit, libet erit. ff. de condi, & demonstrat. Allegãs simulationẽ, speciẽ ipsius ostendere debet. Paul. in l. fina. nume. 5. C. de fide instru. gloss. verbo. Speciem in capi. 1. de except. libr. 6. l. si in rem. cum simili. ff. de rei vendi.

d ¶ *Que sea auido por cõfieſſo.* Deficit negatiua, nõ, prout ex mente legis apparet: imò debet dicere, *no sea auido por confieſſo.* Nam clare, & sine plica tenetur respondere, vt dixi in. l. prima. supra eodem. & l. tertia. & quarta. in ordi.

# Titulo. IIII. De la orden de los juyzios y del juramento de calumnia.

in ordi. iudi. & Aranzeli tab. fol. 147. libr. Pragmaticarum reg. catholic.

¶ *TITVLVS. IIII. De ordine iudiciorum.*

¶ *Lex Prima.*

## ADDICION.

¶ Este titulo no se contiene en la nueua Recopil. pero pone se el orden judicial, por sus titulos particulares, y assi despues del titulo, de la contestacion de las demandas, se pone el titulo de las excepciones dilatorias y peremptorias, y consecutiuamente los demas titulos cõcernientes al orden judicial.

¶ *Ley. 1. La orden que se deue tener en los processos de los pleytos para que breuemente sean expedidos.*

¶ El Rey don Alonso en Alcala. Era de mil cccl xxxvj.

¶ El Rey don Iuan Primero, en Biruiesca.

## ADDICION.

¶ Acerca desta ley se vea la ley. 1. titul. 5. libr. 4. Recopila. adonde se dispone el orden que se ha de tener en contestar las demandas y poner las excepciones, y en parte esta esta ley confirmada, y en parte alterada, porque en quanto esta ley dize que el Reo tiene veynte dias despues de contestada la demanda, para poner sus excepciones peremptorias, esta confirmada por la dicha ley. 1. Pero en quanto esta ley dize, que se de al actor termino de ocho dias para responder a las excepciones del Reo, esta alterada por la ley. 2. titul. 5. libr. 4. Recopila. adonde se manda, que para el dicho effecto se le den al actor seys dias de termino, y dentro del presente sus scripturas. Pero si el Reo pusiere reconuencion, que en tal caso se den nueue dias de termino al Actor para responder y presentar scripturas, y en quanto esta ley dize que no se determino al Reo para responder a la replica del Actor. Esta corregida por la dicha ley 2. adonde se manda que se den seys dias de termino para responder a la replica, y presentar sus scripturas. Y que dende en adelante no sean mas rescebidas, sino fuere con juramento que haga q̃ nueuamente viene a su noticia, y entonces las podia presentar el Actor hasta la sentencia interlocutoria, y el Reo hasta la diffinitiua. Y en quanto esta ley dize que se rescriba juramento de calumnia a las partes. Vea se la ley. 1. titul. 6. lib. 4. Recopila. adonde se dize, que concluso el pleyto para prueua, se de sentencia de prueua, y que las partes juren de calumnia, y en quanto esta ley dize que el juez de copia a las partes de los articulos y positiones, y que les de termino de ocho dias para responder a ellas. Esta alterada por la ley. 2. titul. 7. libr. 4. Recopila. adonde se manda que sin dar traslado, ni termino para deliberar y sin consejo de letrado, la parte responda a las posiciones que le fueren hechas, y sino sa procurador respondan teniendo special poder para ello. Y en quanto esta ley dize que la parte responda a cada articulo, so cada posicion contenido, y que las respuestas sean ciertas, claras, y no obscuras por palabra de niego, o de confiesso, o de creo, o no lo creo. Esta confirmada por la ley. 1. tit. 7. lib. 4. Recopil. y la vna y la otra corregidas y declaradas por la ley. 2. tit. 7. li. 4. Recopil. adõde se dize q̃ cada vna de las partes respõda a cada posicio cõfessando la, o negãdo la simplemẽte y sin cautela, y no por palabra de creo, o no creo, y q̃ sea obligado a responder a cada vna parte de la posicio, aũq̃ tenga dos, tres, o mas partes, y no pueda responder niego la, como en ella se cõtiene, o segũ la pone. Y vea se la ley. 1. tit. 7. li. 4. Recop. por la qual se cõfirma esta ley en el verſi. Si la parte pregũtada:) hasta el verſi. Pero q̃ sobre.) el qual verſic. se altera y declara por la ley. 4. tit. 7. li 4. Recopil. Y en quãto esta ley dize, q̃ se den ocho dias para cõtradezir y tachar los testigos. Esta declarada por la ley. 1. tit. 8. lib. 4. recop. adõde se dize q̃ se de termino de seys dias despues de hecha la publicacion y notificada a la parte, y no dende en adelate, y q̃ si al juez pareciere q̃ las tachas son concluyẽtes, q̃ reciba a prueua dellas, y q̃ el termino sea peremptorio, y no sea mas de la mitad del termino q̃ fue dado en el negocio principal, è menos si pareciere al juez, de suerte q̃ lo podia abreuiar y no alargar, y q̃ no se de restitucion para las poner, ni prouar. Y vea se la ley. 2. ti. 8. li. 4. reco. por la qual se cõfirma esta ley en el verſi.



a ¶ *Por malicia.* Simile verbum est in. l. 11. tit. 19. lib. 2. supra. Malitijs enim hominum est obuiandum. l. cùm ij. §. si cùm lis. ff. de transact. l. arbitrio. §. si dolo. ff. de dolo. l. magis. §. si pupillus. ff. de reb. eo. l. in fundo. ff. de rei vendica. l. si legatarius. C. de lega. l. quæstio num. in fine. & authentic. hoc amplius. C. de fideicõmiss. Rayner. de Forliui. in l. omnes populi. num. 16. ff. de iusti. & iure. Marian. Soci. in repe. l. 4. §. Cato. nume. 49. ff. de verb. obli. Rebuffus per text. ibi in repet. l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod interest. nume. 171. notabi. 9. per totum. vbi plura singularia huius axiomatis causa scripsit in actu practico apprimè necessaria. Nam nihil est mali, quod homines ad malitiam dediti, non inueniant. text. in authenti. vt ij qui obliga. se hab. perhi. res mino. collatione. 6. gloss. in proœmio Clement. verb. machinationes. maximè si aduocati sint. l. ab Anastasio. & ibi gloss. verb. morantur. C. mandat. quam citaui ad Segur. in rep. l. cohæredi. §. cùm filiæ. nume. 92. ff. de vulga. & pupil. & ibi commendantes eam adduxi. Cùm igitur in præsenti lege agendum sit de ordine iudiciorum, est addenda. l. 42. in pragmat. Regum Catholicorum. Et quaternio, in quo agitur de ordine iudiciorũ. & Aranzeli Tabellionum. Domini Lusitani habent similem titulum libr. tertio. titu. decimoquinto. *Da orden do juyzio.* Est autem à vo lente causam in iudicium deducere considerandũ imprimis, Quis sit optimus aduocatus, literis, & conscientia recta ac bona præditus, & qui talis sit, quòd nullus neque donis, neque rebus alijs veritatem celabit, sed causæ propositæ simplicem veritatem referare conabitur, ipsamque iuxta iuramenti sui tenorem ac formam tuebitur. Quod quidem facere tenetur secundùm. l. remotionem nouam. §. patroni. C. de iudic. Est etiam ad idem. l. 13. titul. sexto. parti. 3. & l. duodecima. titu. 19. libr. secundo. supra. Aduocati enim præsumuntur parum conscientiati. Bald. in dicta. l. Ab Anastasio. numer. quarto. Iaſ. in. §. sed isti quidem. numero. 102. Instit. de actio. Iniquam præterea causam fa-

ciunt aduocati videri bonam. glos. in. l. quòd si nolit. §. si plures. verb. adhibuit. ff. de ædificio edicto. Campezi. de statutis loquentibus de dote. quæst. 3. Circa aduocatos plura exaraui in. l. prima. & secunda. titu. 19. libr. 2. suprà. Aduocatus debet gradu esse insignitus. Doctor enim. Licentiatus, seu Baccalaureus esse debet. In super scientia, & experientiacõiunctim in aduocato desideratur. §. quorum. in proœmi. Insti. l. nemini. C. de aduoc. diuerso. iudi. Gregor. Lop. in. l. prima. in glo. prima. titulo. sexto. parti. 3. Debet ad hæc annos decem & septem habere completos. l. prima. §. pueritiam. ff. de postul. l. secunda. titul. 6. partit. 3. In tantum, quòd licèt culpa aduocati iuuenis causa perdatur, non tamen ipse tenebitur, sed sibi imputet, qui illum elegerit. Vide glossam & Angelum in dicto §. pueritiam. qui inducit contra tutores & administratores conducentes aduocatos iuuenes. Quanuis enim aduocati antiqui quandoque minoris sint scientię quàm iuniores, ex longo tamen vsu & diuturniori practica sunt vtiliores. & docet Alberic. in. l. prouidendum. in pri. C. de postul. Quo in loco dicit medicum nouum pestem etiam in patria esse. Ea de causa solent Scoti iuuenes medicos in Angliam mittere, vt ibi in grauem inimicorum perniciem se exerceant. Et dicit Angel. in dicto §. pueritiam. Ne confidas in medico nouo, qui est homicida parentum: nec in aduocato nouello, qui est confusor litium. Consulit tamen Specu. de aduoc. §. vtriusque, colum. prima. vt aduocatus antiquus timeat nouum, qui leges & iura habet in promptu, & tanquam nouiter ex studij fornace eductus, consulit. Item quia ratione ætatis, & honoris, seu famæ consequendę, velociùs inuenit iuris statuta, & antiqua & noua aggregare contendit, & sic studij labor vnà cum ingenio solent tempus supplere. gl. verb. instructus. in capitũ ex literis. de in integr. resti. & in ca. monachus. verb. deuotio. 77. dist. Panor. in. c. fi. n. 5. d magist. Sic aliquãdo senioribus sunt iuniores præferendi. And. Tiraquell. de iure primogeniorũ. in pri. nu. 206. Qui

*to alii se pone, el orden que se ha de guardar en substanciar los pleytos en segunda instancia.*

POR quanto por malicia[a] de algunos abogados, è imprudencia de algũos jueces, los pleytos assi en la nuestra corte y audiencia, como en las

Universidad de Deusto
Biblioteca



206. Qui si talis fuerit, consilium dabit (cognito priùs negotio per scripturas, seu facti narratione, ex quo ius colligitur) vtrum cedere, cõponere, aut trãsigere debeas, & an potius ab incœpto seu intẽtione agẽdi, vel iustuũ persequẽdi desistendũ tibi sit, qd quidẽ iustã in agẽdo q̃ defendẽdo cõsistit. Si dixerit te iustam agere seu fouere causam, pluria inquirere tenetur, antequam petitionem, seu accusationem formet, eamq, in iudicium producat. Primum quæsitum erit de iurisdictione & cõpetentia iudicis, & sic de foro, ad quem actor adire debet. Si reus fuerit laicus, coram ecclesiastico sub mulcta decem milliũ dipondiorũ & amissionis actiõis quç, ipso facto reo acquirit, nõ erit conueniendus. l.3. & ibi dixi titu.1. supra isto lib.3. Itẽ debet citari ex causa vera, aliàs erit pœna.l.2. &.l. 18.tit.2.eo.libr.puniendus. Et sic ad vetitum forũ non est trahendus. Et clericus clericum in suo debet conuenire foro, aliàs causam perdet. c. si diligenti. de foro compet. c. inolita. 11. q. 1. & capi. placuit. ea causa & quæstio. authen. Statuimus. C. de episco. & cleri. Roma. in consi. 369. col. antepenul. §. quo ad decimum. vbi ponit dubium in modo practicandi dictam pœnam perditionis causæ cõtra clericum, qui clericum traxit ad iudicium seculare. Et ibi singulariter ponit quatuor modos practicandi. Sit igitur conclusio, quòd actor debet conuenire reum in loco domicilij ipsius corã iudice competenti, qui eum iudicare possit, vt laicus à iudice laico, clericus ab ecclesiastico. ca. cùm sit generale. de fo. compe. l. iuris ordinem. C. de iurisdict. om. iudi. l. 32. tit. 2. part. 3. l. 1. titu. 2. & ibi dixi supra isto. 3. lib. l. 197. in curijs Vallisoleti. anni 1548. Ratio est: quia ille, contra quem iudicatur, debet esse subditus iudicantis. Nam a alio quàm à suo magistratu non potest condemnari, vel absolui, quia extraneus est. Bal. in. l. & priuatorum. colum. 1. num. 3. C. si à non compet. iudic. Grego. Lop. in. d. l. 32. in verb. *que ha poder*.

Fallit tamen præmissa conclusio in pluribus casibus, de quibus per dict. l. partitæ. & ibi Gregori. Lop. Socin. in tract. fallent. regul. 10. Actor regulariter. Quinquaginta fallentias ponit. Specul. in titu. De comp. iudic. aditione. §. generaliter. nu. 1. inclusiuè vsque. 36. aliquas etiam adduxit Alexã. Losæ. in. d. l. iuris ordinem. nu. 8. Item fallit in ecclesia petente restitutionem contra laicum, & in clerico. nam potest adire iudicem suum propriũ. Panor. per text. ibi. in. 1. nota. in. c. constitutus. de in integr. restitu. & ibi scripsi. Robert. Marant. in practi. 6. part. num. 101. pagi. 569. quod est notandum. Nam aliàs petens restitutionem, debet eam postulare in foro rei. l. 2. vbi Bartol. C. vbi, & apud quem.

Exceptio proueniẽs ex iurisdictionis defectu, reddit processum nullum, nec acta operantur effectum. Clem. 2. vt lit. penden. Dixi in. l. 1. glos. 1. q. 5. titu. 3. supra isto lib. 3. c. atsi clerici. de iudi. glo. in Clemen. vnic. de sequestr. possess. quam præter alios sequitur Barba. consi. 39. num. 12. libr. 1. Soci. consi. 108. nume. 19. lib. 4. Couar. in practicis quæstio. c. 25. nu. 3. vbi dicit, q̃ ista exceptioni incompetentiæ, per quam negatur iurisdictio, potest opponi quandocunque. Est enim iurisdictio fundamentum iudicij, quo sublato, omnia corruũt. cap. in literis. in fi. de offi. deleg. l. 1. & 2. C. si à non cõpe. iudic. Et sic competentia iudicis est exquirenda. l. 8. tit. 9. part. 1. l. 4. tit. 3. parti. 3. Et aliqua tradit Robert. Marant. vbi suprà. 8. distinctio. iudi. Dixi in. l. 2. in glo. 1. titu. 1. supra isto. 3. lib. de incompetentia seu competentia iudicis, quæ hìc sunt recolenda, seu adnotanda. Iurisdictio autem ex consuetudine sicut ex priuilegio cõpetere potest. ca. cùm contingat. de fo. compet. l. fi. C. de emancip. lib. c. dilecti. de arb. c. conquestus. 9. q. 3 Corn. consil. 238. nume. 5. lib. 3.

Quæro, Vtrùm partes possint prorogare iurisdictionem non sui iudicis. vt si ciuis Zamorensis conueniatur à Titio Salmanticæ coram iudice seculari? In qua quæstione dicendum est posse non solùm expressè, verùm etiam tacitè, nõ declinando iurisdictionem ipsius. glo. protinus. in ca. cùm olim Abbas. de offi. delega. Feli. in capi. de causis. eod. titu. Alexand. consi. 216. colum. fin. nume. 16. lib. 6. Paris. consi. 15. nu. 4. lib. 4. Est communis secundùm Sebasti. Sapi. in repet. l. 1. numer. 12. ff. de iudic. vbi ponit aliquas limitationes in nu. 13.

Quid autem erit in causis criminalibus? Dicendum videtur q̃ non possit fieri iurisdictionis prorogatio. Specula. in tit. de compet. iudi. adi. §. 1. sequitur eum Alex. in dicto consi. 216. colum. fi. lib. 6. Bartholo. Soci. consil. 108. colum. vlti. nume. 10. lib. 4. Bal. in. l. 1. C. de iu. om. iudi. & in. l. 1. colũ. 2. ff. de iudic. & in. l. si qui ex consensu. colũ. 2. C. de epi. audi. Felin. in. c. pen. & gl. de offi. delega. col. 4. Hippol. in rep. l. fin. num. 202. ff. de iu. om. iud. & in practica. §. expedita. nu. 67.

Sed contrariam opinionem tenet Azo in summa. C. vbi de cri. agi. oport. gloss. in. l. 1. ff. de iudi. vbi Paul. numer. 20. dicit istam opinionem communem esse. & magis communem appellat Curti. iunior ibi. num. 37. Tenet Montalu. in. l. 32. tit. 2. part. 3. Et est approbata in nostro regno Castellæ per. l. 15. ibi, *si non quisiere*. titul. 1. parti. 7. & ibe Grego. Lopez in verb. *Respondiesse ante el*. ponit aliquas limitationes. Et vi. dist. Pauli de Cast. in. d. l. 1. num. præcitato. 20. Et Cur. nume. 38. Item clericus iurisdictionem alterius episcopi sine consensu sui Diœcesani non potest prorogare. c. significasti. & ibi Panor. de fo. comp. Intellige expressè, secus



secus tacitè contrahendo, vel delinquendo. c. Romana. §. contrahentes. de fo. compet. Robert. Marant. in pra. pagin. 230. nu. n. 18. Alexan. ad Bart. in. l. 1. ff. de iurisdi. om. iudi. Et quæ sint rationes, quare clerici sine expresso consensu sui episcopi non possint etiam sponte in alium cõsentire, explicat Ludo. Burgesius in rep. l. si se subijciant. nu. 28. vers. Circa secundum. ff. de iudic. vbi omnino videas vsque ad nouem rationes.

Vtrum clericus possit prorogare iurisdictionẽ non sui iudicis extraneæ iurisdictionis, vt est secularis? Dicendũ quod non, quia expresse id non potest. ergo nec tacitè, quia est incapax omnino c. decernimus. de iudi. c. si diligenti. de fo. compe. Boeri in consuetu. Bituricen. fol. 26. §. 21. vbi inquit, quod est cõmunis opinio, quod clericus nõ possit priuilegium fori renuntiare ad hoc, vt conueniri possit coram seculari.

Dubitatur præterea, An procurator possit prorogare iurisdictionem non sui iudicis sine speciali mandato. Respon. quòd non: quia specialis cõmissio & licentia est necessaria. Innoc. & Felin. in c. cum olim. 1. de offi. delega. Idem Felin. in cap. p. & g. de offic. delega. nume. 11. qui dicit, quod ita tenẽt omnes. Nicola. Milis. in reperto. verbo. procurator non potest. Roma. consi. 48. Guido Papa. decis. 285. nu. 2. Sebastia. Vant. de nulli. proces. & sententia. pagin. 216. num. 102. Panor. in cap. cùm olim. Abbas. num. 10. de offi. delega. & ibi Addi.

Quero, Quid est prorogatio. Dicendum. quòd est ampliatio iurisdictionis facta ex consensu partium in iudicem non suum. Colligitur ex text. in c. pe. & gl. de offi. delega. vbi Imol. 5. colũ. Bald. in rub. de iudi. 1. lectu. num. 16. ait, quod prorogatio idem est quod iurisdictionis ampliatio, seu extensio, quæ ante litem contestatam pendet ex volũtate, postea ex necessitate. Ias. in. l. si per errorem num. 1. ff. de iurisdi. om. iudi. Lanfranch. in tracta. de arbitris. 1. parte. nu. 46.

Vlteriùs dubium est, quando fieri debeat? Respon. quod durante termino priori in cõpromisso contento, vel iam stante iurisdictione illius iudicis, de cuius iurisdictionis prorogatione agitur. l. sed si manẽte. ff. de precar. glo. in. l. Labeo ait. ff. de arbi. & in. l. si cùm dies. eo. titulo. Bald. in cap. quintavallis. de iureiu. vbi inquit, quod prorogatio est extensio iurisdictionis, substantia non mutata. Probatur præterea ex glo. in. l. 1. verb. personas. C. de iu. omni. iudi. Paul. Paris. consi. 134. nu. 28. lib. 4. Panormi. in. c. de causis. num. 7. de offic. delegat.

Quæro, Vtrùm tempus instantiæ ad litẽ finiẽdam de partium consensu valeat prorogari? Glo. in. l. 2. §. si & iudex. ff. de iudi. & in. l. properandũ. verb. triennij. C. eo. tit. tenet quod non. cum quibus est opinio communis secundum Alex. num. 10. in. d. l. properãdum. Et magis communiter approbatur secundùm Curti. iunio. in. d. §. si & iudex. num. 7. Vtrum autem cum iuramento partium possit instantia triennalis prorogari? Curti. vbi suprà tenet quòd sic, post Felin. in capit. venerabilis. de iudic. colum. 4. numer. 13.

Quæro, Vtrum terminus datus executoribus ad exequendas pias voluntates in præiudiciũ episcopi possit prorogari? Et videtur quod nõ, quia est ius episcopi, quod transacto anno, possit episcopus se intromittere: ergo in damnũ ipsius nõ poterit. Tamẽ. Bal. in consi. 301. lib. 2. tenet quod possit: quia potest in suis legem statuere ad libitum suæ voluntatis. c. verũ. de cond. appos. Ripa in. l. nemo potest. num. 127. ff. de lega. 1. adducit fundamenta pro hac parte, & contraria, quem vide. & sic erit cautela ad hoc, vt non expiret officium executoris infrà terminum ei assignatum à testatore, quod est singula. ad expositionẽ. l. 36. in fin. in ordi. Tauri.

Dubitatur, Vtrum tempus prorogatum cẽsea tur esse eius naturæ cum prorogato? Glo. in. c. hi qui. verb. speciali. de præhẽd. lib. 6. tẽet quod sic. Simi. in ca. p. & g. de offi. delega. in verb. prorogatio. Fel. in cap. 1. colum. 1. num. 5. de iureiu. & in ca. p. & g. num. 12. de offi. delega. gl. in. c. 1. de precar. Augusti Beroi. in cap. cum sit Romana. num. 52. de appella.

Hinc infertur, quod si iuraui soluere alicui infra certum tempus centũ aureos, & creditor prorogauit terminum, quòd si non soluo in termino prorogato, sum periurus. Et non requiritur quod iterum iurem ad hoc vt incurram periurium: quia tempus prorogatum censetur esse eiusdem qualitatis cum termino prorogato, per theoricam supra positam. Item firmat Felin. in. c. 2. col. 12. nu. 34. de sponsal. Bald. in. c. venerabilem. de electio. Ias. in. l. 1. §. & post operis. nume. 8. ff. noui op. nunti. Facit. l. Parabolani. C. de ep. & cleri. cap. eos. de sent. excom. lib. 6. Clem. 1. §. fin. de pœn. Adde Deci. in. c. preterea. secundo. n. 4. de appel.

Quæro. Quod modis fiat prorogatio? Respon. quòd pluribus. Primò de persona vnius iudicis ad personam alterius. l. 1. ff. de iud. glo. in. l. 1. C. de iu. omni. iudi. & in. c. p. & g. de offi. delega. Quod procedit in iudice ordinario, non tamen in delegato, cuius iurisdictio à priuata persona non potest prorogari. text. in. d. capit. p. & g. vbi Felin. ponit regulam cum pluribus fallentijs à nume. 5. cum seq.

Item fit de re ad rem. gl. in. l. 1. verb. iudicibus. C. de iu. om. iudi. Bald. in. l. si qui ex consensu. col. 2. num. 8. C. de episcop. audi. tex. in. l. de qua re. §.

Universidad de Deusto
Biblioteca



1.ff.de iudi.c.cùm olim.de offi.delega. Quæ iura hoc dictum in delegato probant habere locum. De ordinario,est tex.in.l. inter cõueniẽtes. & de re maiori apud magistratus municipales agetur. ff.ad municipal.l.2.§.conuenire. ff.de iudi. Declarat Augusti.Beroi.in cap.de causis. nume.5.de offi.delega.

Item &.3.fit prorogatio iurisdictionis de tempore ad tempus.l.2.§.si & iudex.ff.de iudi.glo.in dict.l.1.C.de iur.omni.iudi.Beroius.in dict.c. de causis.col.1.Vtrum autem sit necessarius consensus iudicis,ne finito tempore expiret iurisdictio, & gesta essent nulla?Bald.in.l.consensisse.§.1.ff. de iudi.tenet quòd non.Panor.tenet contrariam opinionẽ in.d.c.p.&g.colũ.fi.nu.22.Et Augusti. in allega.c.de causis.num.4.Et potest fieri coram delegato.Panor.in.d.c.de causis.Vtùm etiam tẽpus datum ad prosequendam appellationem possit prorogari?Die quod non,suspendi tamen potest secundum communem relatam ab Alex in l.properandum.in prin.nume.13.C.de iudi.Augusti.Beroi.qui omnino est videndus pro hac cõmuni opinione contra Deci. & alios in.c. cum sit Romana.de appell.Clem.Quandiu.eo.titulo. De cuius intellectu agit Augusti.Beroi.vbi suprà num.56.

Item.4.fit prorogatio de causa ad causam. In hoc tamen adhibenda est distinctio. Aut per talem prorogationem mutatur species iurisdictionis, & tunc non potest fieri prorogatio de causa ad causam.vt puta,si iudex, qui solum potest cognoscere de causis criminalibus, non potest in eũ fieri prorogatio in causis ciuilibus, & sic de mera, vel de simplici iurisdictione,& sic de cæteris similibus.glo.magist.in.l.inter conuenientes.ff.ad municipal.Si autem species iurisdictionis non mutatur,tunc distingue.Aut mutantur limites iurisdictionis,aut non. Si mutantur limites per prorogationem,tunc locum non habet prorogatio, licet species iurisdictionis non mutetur. Ad hoc autem intelligendum , præmittendum est quod species iurisdictionis vna est merum imperium, alia mixtum,alia simplex iurisdictio.l.imperium ff.de iu.om.iudi.Tradit Io. Corasi.miscellanearũ iuris lib.3.c.17.Chassan.in consuetu. Burgun. rubric.1.num.69.fol.19.singull.18.titu.4.part.3. Et sic vna species est causa ciuilis, alia criminalis. Limes iurisdictionis hoc modo explicari potest.

Est aliquis datus Iudex Salmanticæ,vt cognoscat tantum de causis gabellarum, vel de causis matrimonialibus,seu de causis restitutionum minorũ. Isti dicuntur habere limitatam iurisdictionem ad vnum,vel certos casus:tunc in his casibus , & alijs similibus vbicunque per prorogationem mutantur limites iurisdictionis , licet species non mutetur,non potest fieri prorogatio. Nam si iudex sit ad causas matrimoniales, non potest in eum fieri prorogatio, vt cognoscat de cõtractibus ciuilib⁹, vt est causa emptionis,venditionis, conductionis locationis,permutationis,vel de alijs causis etiam ciuilibus , quæ sunt extra causas matrimoniales. Item si est iudex datus ad cognoscendum in causis restitutionum,non potest fieri in eum de alijs causis quæ sint extra restitutionem prorogatio. Idem erit , si sit datus vt cognoscat de causis gabellarum , non poterit cognoscere per prorogationẽ de causis alijs, quæ sunt extra causas gabellarum.Ratio ea est:quia limites iurisdictionis mutantur , & cum in alijs careat iurisdictione , cessat prorogatio ex partium etiam consensu, quia mutaretur substantia , & non esset prorogatio, cum sit inter diuersa.

Est alius casus,quãdo limites iurisdictionis nõ mutantur, tunc optimè fieri potest prorogatio. Exemplum.Si est iudex datus, vt cognoscat inter minores in causa restitutionis in integrũ , alij autem,qui minores non sunt. bene possunt prorogare iurisdictionem super causis restitutionũ, non autem super alijs: nam hic non mutatur species iurisdictionis, quia species iurisdictionis est de causa restitutionis , & super causa restitutionis fit prorogatio.

Idem etiam si est iudex pedaneus,qui non potest cognoscere , nisi de causis ciuilibus vsque ad centum solidos,tunc in eum potest fieri prorogatio in causa ciuili de quacunque maiori summa, quia iste non dicitur habere iurisdictionem limitatam ad certam causam:nam vsq; ad illam summam centum solidorum de quacunq; causa ciuili,siue sit venditionis , vel permutationis potest cognoscere, & in omnibus causis pecuniarijs,quæ in eum prorogarentur.dicitur in eis habere iurisdictionẽ vsque ad prædictam summam centum solidorum.

Item si est iudex datus vt cognoscat de delictis quæ merentur pœnam detruncationis membri, bene poterit cognoscere per viam prorogationis de omnibus delictis, quæ merentur illam pœnã & non poterit cognoscere de maiori , vel inferiori,quia aliàs mutarentur limites iurisdictionis per prorogationem,quod fieri nequit. Vnde dicendum est,quod vbicunque mutatur species iurisdictionis,vel limites ipsius, non potest fieri prorogatio,etiam de expresso consensu partium. Si autem non mutãtur species, nec limites iurisdictionis.tunc bene habet locum prorogatio,siue in ciuilibus,siue in criminalibus.Cin.in.l.1.C.de iu. om.iudi.Bal.in.c.de causis.de offi.delegat.Alex. in.l.testamentum.col.2.C.de testam.Panor.& cõmunis in.c.p.&.g.de offi.deleg.Iaf.autẽ tenet cõtra Cin.



tra Cin.in.d.l.testamentum.primo.per tex.in.l. 1.C.de iurisd.om.iudi.vbi iudex,qui deputatus est ad cognoscendum de causis fiscalibus tantum, bene potest cognoscere per viam prorogationis de alijs causis, quæ fiscales non sunt. Sed respondet ad tex.illum,quod ibi non mutantur species iurisdictionis,ne limites.Nam sub illa generali iurisdictione de causis fiscalibus,multa genera causarum comprehenduntur:nam potest comprehẽdi causa venditionis,permutationis,& plures aliæ causæ:vnde in omnibus causis , quæ possunt cadere sub illa iurisdictione, potest fieri prorogatio. Nã si iudex cognouit de causa, quæ non fuit fiscalis,fuit ex hoc,quia potuit esse fiscalis. Vnde fit, quòd iudex datus tantum ad cognoscendum de causis tantum fiscalibus, potest cognoscere , per viam prorogationis de omnibus alijs causis : quæ non sunt fiscales,si tamen fiscales possunt esse. Et sic intellige.d.l.1.De alijs tñ,quæ nõ possunt esse fiscales,non poterit ille iudex per viam prorogationis cognoscere.Si tamen iudex deputatus est ad cognoscendum tantum de causis mercantiæ: non potest in eum fieri prorogatio, nisi solum de causis mercantiæ,vt supra habitum est.

Item secundo loco citat Iaf.cõtra Cinum. l.de qua re.§.iudex.ff.de iudi.qui probat,quod iudex qui datus est vt cognoscat de certa summa inter partes,etiam de maiori potest cognoscere de partium cõsensu.Respon.tamen ad illum text.quod ibi non mutatur species iurisdictionis , nec limites,sed mutatur quantitas:& licet mutetur quantitas,non mutatur species, nec limites. Nam iudex,qui datus est ad cognoscendũ vsque ad certam quantitatem,bene potest cognoscere de maiori summa ex vi prorogationis.vt est ibi text. & suprà declaratum est.Nam Iaf.intelligebat illum tex.quod ibi mutabantur limites iurisdictionis, & quod fiebat prorogatio.Sed, pace salua , illud non est verum,quia ibi limites non mutantur: limes enim est,quod non possit cognoscere nisi de causa pecuniaria,vnde ibi non mutatur , quia in eadem causa pecuniaria fit prorogatio , mutando quantitatem,vt dixi,& sic non obstat.

Tertio Iaf.allegat tex.in.l.si per errorem.ff.de iu.om.iudi.à contrario sensu.Sed dico , quod lex illa non loquitur in iurisdictione limitata,sed generaliter loquitur in iudice habẽte iurisdictionẽ, nec qualis esset,apparebat.Vel aliter respõ.quod ibi per prorogationem non fuit mutata species iurisdictionis,nec ex textu potest probari , quod ibi fuerit mutata. Sic ergo concludendum est cũ communi & veriori opinione,quod si per prorogationem mutãtur species, vel limites iurisdictionis.non potest fieri prorogatio de causa ad causam:secus tamen si non mutãtur , quia tunc bene potest fieri prorogatio de causa ad causam. Quæ doctrina insignis est,ac melius quam alibi declarata,ideo pro actu practico summè notanda.

Item fit prorogatio de casu ad casum. Imol.in d.c.p.&g.&in.c.prudentiam.col.3. de offi. delega.qui loquitur melius quam alius.Et dicit,quod prorogatio iurisdictionis de casu ad casum hoc modo contingit.Si datur alicui iurisdictio in casum conditionis, tunc si ista iurisdictio in totum est conditionalis.non potest in eum fieri prorogatio ad alios similes casus:quia ille,qui habet iurisdictionem conditionalem , nullam dicitur habere iurisdictionem. Si tamen habet iurisdictionem conditionalem,& in quibusdam non , tunc bene habet locum prorogatio,ad alios casus similes illis,qui possunt comprehendi sub cõditione.

Error autem impedit prorogationem.l.si per errorem.&ibi glo.ff.de iu.om.iudi.Ludoui.Burgesi.in repe.l.si se subijciant.nu.146.ff.de iudi.siue sit error vtriusque partis,siue vnius: siue ante litẽ contestatam,siue post:siue talis error sit iuris vel facti.glo.Alex.& Iaf.in.d.l.si per errorem.Felin. in.c.p.&g.fin.colum.de offi delega.Intellige,nisi postea sequatur spontaneus consensus , qui retrotrahitur.glo.in.l.1.C.vbi de crim.agi oport.Item dubitatio impedit prorogationem. Bart.l.2.ff.si quis in ius voca.non ier.Item metus impedit prorogationem.Bar.l.2.ff.de iudi.Declarat Sebastia. Sapia in rep.l.1.num.13.eo.tit.ff.Item reseruatio Principis alicuius casus.Bal.in.c.1.§.fin.col.4.de prohib.alien.Per Fred. Inno.in.c.inter dilectos. de excess.præla.Felin.in.c.prudẽtiam. de offi.delega. Adde ,an ea, quæ possunt delegari,possint per consequens prorogari? Io.Baptist.in.l.imperium.num.63.ff.de iu.omni.iudi.Paul.de Orian. in repe.l.1.nume.89. ff.de offic. eius cui manda. est iur.

Vtrùm autem iurisdictio iudicis delegati prorogetur per litis contestationem, & sic eam alteri possit delegari?Et non posse ex isto actu,tenet glo.in.c.cum causam.de appella.gl.in. c.1. de proc.in.6.gl.in.c.cum Bertoldus.de re iudi.Iaf.in.l. à iudice.colum.1.C.de iudi.Decius in dict.c. cum causam.num.8.&in.l.more.num.38.& Zasi.nu. 36.de iur.om.iudi.& est communis . Glos.tene in.l.fin.C.vbi & apud quem.&in.l.& quia. ff.de iu.om.iud.tenet,quod si lis contestata sit, a delegato quonis causam delegari posse. quæ opinio iure regio nostro recepta est.in.l.19.tit.4.part.3. Adde de iurisdictionis prorogatione nouissimè fernand.Mech.libro secundo controu. frequenti.capitulo decimoquarto.nume.14.fol.64.

Cum aduocat⁹ fuerit cert⁹ de iurisdictione.quærat,& inquirat de legitimatione personarũ,si fuerint principales,& velint negotiũ , gerere sine p

Universidad de Deusto Biblioteca



curatore in locis,in quibus ſolet admitti ſine pro
curatore. Videant inſuper ſi author,vel reus , vel
vtriq; ſunt minores.xxv.ann.qa.p ſe nō poſſunt
eſſe in iudicio in cauſis ſecularibus ſine authorita
te curatoris.l.nec tutores.& ibi Iaſ.C.de procura.
in.c.ex parte.de reſti.ſpo.l.3.tit.5.part.3.l.9.titu.
10.lib.1.foro.ll. Geſta tamē in fauorem minoris
valent.l.non ideo minus.C.de.procu.in princ.de
autho.tu.Inſtitu.d.l.3.&.l.11.titul.2.part.3.Mon-
talu.in.d.l.9.titul.10.libr.1.fo.ll.

Curator autem ad litē ſi non habet minor, eſt
petendus à iudice,coram quo cauſa poteſt de iu-
re tractari.Rota in vlti.deciſ.13.nume.5. Rota an-
tiq.206. Robert.in pract.1.diſt.iudi.nu.13. pag.
217.ſiue ſit clericus litigans coram ſeculari , ſiue
laicus minor coram eccleſiaſtico.Ratio.Quia cu-
rator datur rebus, & non perſonæ.l.ſancimus.2.§.
ſed & ſi quis.C.de admi.tuto. argu.text.in.l.2.ff.
de in.om.iudi. Nam ſi eſt conceſſa iuriſdictio in
minorem clericum ratione cauſæ: ergo & poterit
ei dari curator ad litem : qui curator debet iu-
rare,vt docet Marant.vbi ſuprà pag.246.num.36.
Dn.titul.2.part.3.Et è conuerſo eccleſiaſticus de-
bet dare curatorem minori laico litiganti in ſuo
foro.Rot.nou.deciſ.178.per tex.in.l.fi.§.1. C.de
admi.tut. Robert. Marant.vbi ſuprà pagin.217.
num.13.Adde gloſ.in.c.tua,de decim.Guido Pa-
pa deciſ.1.num.4.&.71.&.562.Iſte curator ad li-
tem non tenetur facere inuentarium, ſed tantùm
iurare quod faciet:& allegabit in cauſa ea,quæ vti
lia fuerint minori.&c.auth.quæ hodie.C.de epiſ.
& cleri. Vbertus de Bonacurſ.in pra.rub.de ex-
cept.contra actorem conſtituto.nu.2. Rota.nou.
43.Spec.de acto.ab vni.vel cura.dep.§.1.verſi.pu
beres.& ita communiter practicatur. Item ſi eſt
filiusfam.plenæ ætatis, qui non poteſt eſſe in iu-
dicio ſine licentia patris. l.cum non ſolum. §.ne-
ceſſitate.C.de bonis quæ libe.not. & ſing.ſecūdū
Bar.ibi.cui adde Iaſ.in.l.1.§.item acquirimus.nu.
9.ff.de acqui.poſſ.Hipp.ſingu.40.

Eſt tamen dubium, an ſufficiat authoritas pa-
tris,quando filiusfam.minor eſt in iudicio,aut de
beat ei dari curator?Reſpond.quod ſi eſt ſuper re,
in qua poteſt acquiri patri aliqd,vel habere vſum
fructum,ſufficiet authoritas patris.Sed ſi eſſet cō
uentus ſuper re, quæ ad patrem non pertinet, vt
in obligatione perſonali,aut criminali: tunc non
ſufficeret authoritas patris, & dabit curator. Bar.
in.l.fi.§.pupillus.ff.de verbo.obliga.Et ita ſeruat

Dubitari poterit, Vtrum filiusfam. poſsit pu-
blicam accuſationem inſtituere ſine patris con-
ſenſu?Non poſſe, tenet gloſſ.in.l.cum nō ſolum.
in prin.gl.magn.C.de bon.quæ libe.Idē Accurſ.
tenet contra in.l.inter liberas.§.filiusfam.ff.ad.l.
Iul.de adult.quę opinio receptior eſt.Angel.in.l.
2.C.qui accu.nō poſſunt.Io.Oroſc.in.l.in publi-
cis cauſis.num.3.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.
Adijcit tamen hæc verba,Inuito enim patre filiū
de falſo accuſaſſe legimus.Corn.in.d.l.cum nō ſo
lum.in prin.col.pe.ſecundùm materiam ſubiectā
deeſt,non,id eſt,accuſaſſe non legimus.

Item ſi fuerit mulier coniugata, requiritur licē-
tia mariti,aliâs ab eo geſtum,vel eius nomine, nō
valet in iudicio,& extra iudicium.l.55.Tauri.

Item eſt videndum, quod plures non poſſunt
in ius vocari, niſi petita venia.§.pœnales. & ibi
Iaſo.Inſti.de actio.l.4.§.Prætor ait.cum legib.ſe-
quen.ff.de in ius voc.l.4.cū ſequent.titu.7.par.3.

Si negotium fuerit tractandum per procurato-
rem,quod regulare eſt, debet habere mandatum
ſufficiens ad hoc,vt cauſa per procuratorem poſ-
ſit tractari.c.venerabilis.ibi,idoneum procurato-
rem ſufficienter inſtructum.de dolo.& contuma.
Et ibi Cardi.l.42.c.1.lib.prag.

In cauſa criminali nec agendo,nec defendēdo
regulariter quis eſt admittendus per procurato-
rem.l.pen.§.ad crimen.ff.de publ.iudi.l.ſeruum
quoq;.§.publicè.ff.de procu.c.ſi quando.2.quæ-
ſti.6.capit.veniens.de accuſa. Hierony. Gratus
lib. reſponſ.1.reſpon.98.numer.1.& libro.2.re-
ſponſ.4.num.40.& reſponſ.71.nume.1. Robert.
Marant.ponit quinq; limita.in.4.parte primæ di
ſtinct.iudic.nu.35.l.6.tit.1.par.7. Socin. in tract.
fallen.regul.322.Fallit vltra eos , quando accuſa-
tio contineret malitiam,& notoriam calumniam
accuſatoris: quo caſu reus etiam in cauſa capitali
poſſet ſe defendere per procuratorem. Bal.in.l.2.
C.vt nemo priu.Hippolyt.in practi.§.opportu-
nè.num.90.& conſi.16.num.50.facit.l.4.ibi,*yel
juez viere*.tit.2.iſto.lib.3.ſuprà.

Item fallit, quando ciuiliter agitur pro crimine
adulterij,vel huiuſmodi.l.2.& ibi.Gregori. Lop.
in glo.2.tit,9.part.4.&.l.12.eo tit.c. ſuper his. de
accuſ.c.tuæ.de proc.vbi inſigniter loquitur Bella
mer.q.9.cum ſeq.

Item fallit in reo detento in carcere,qui non ſo
lum per procuratorem a ſe electum poterit ſe de
fendere, ſed a quocunq;. Rota noua. deciſio.201.

Dubitari poterit eo caſu quo in cauſa crimina-
li interuenit procurator,& non fuit obiecta inha-
bilitas,an ſit iudiciū retro nullū? Videt quòd ſic
per.l.pe.§.ad crime.ibi,fruſtra.&c. ff. de public.
iudi.Sed reſponderi poteſt, quod dictio, fruſtra,
ſit referenda ad nullitatē, quæ euenire poteſt præ
miſſa oppoſitione,& exceptione , & ſic dicatur
nullū illud,quod mediante exceptione repelli po
teſt.Tamē quod ſit nullum ipſo iure, tenet Bart.
in.d.§.ad crimen.num.22.colum.fin.& ibi Addi-
tio.aliqua pro vtraque parte adducit Pan. & Ioa.
de Anani.in.c.cum veniſſent,num.23. de appell.
eſt cō-



eſt communior opinio ſecūdum Areti.in dict. c.
veniens.col.18.nume.87.& num.89.colum.fina.
& dixit veriorem Alexan.in.l.ita demum.col.1.
nu.4.vbi plura refert.C.de procu.& eſt verior &
magis cōis ſedm Ludo. Gomeſſ.in ca.1.de iudi.
libr.6.nu.80.contra opinionem gloſſ.ibi , quam
etiam communem dixit ipſe nu.72.ac Bald.in.d.
l.ita demū. nu.4. Philipp.Deci.in .l.ambiguis.§.
non eſt.col.3.nu.9.de regul.iur. Hippoly.quam
plurima adducit,quorum numerus me ipſum fa-
tigat in practi.§.ſequitur.nu.8.verſic. an iſto caſu
valeat iudicium. Tamen ab opinione Bart.non
poſſumus recedere.

Fallit præterea, quando ex delicto eſt impo-
nenda pœna pecuniaria. Hieronym. Gratus
libr.1. reſponſ.73.numer.11. Hippolyt. conſi-
lio.24.numer.38. Et ita tenet Additio.ad Guid.
Papam deciſione.338. vbi contrarium voluit
Guido.

Dubitatur præterea, Vtrùm notarius poſsit
conficere inſtrumentum procurationis in cauſa
propria? Videtur quod ſic. Nam poteſt facere in
ſtrumentum, in quo ſe obliget alteri. Bart.in.l.
ſi impuberes.ff.de falſ.ergo & in iſto caſu pro-
poſito. Et hoc eſt in communi obſeruantia cu-
riarum Franciæ, ſecundum Guid. Pap.deciſio.
318. & actiuè poteſt , non tamen paſsiuè. Bald.
in.l.iudices.numer.2.column.2.ad.fin. C.de fid.
inſtrum.

Item dubitatur, Aliquis comparuit per pro-
curatorem,negatum ei fuit mandatum, cui com-
petat mandati probatio , neganti , an affirman-
ti ſe eſſe procuratorem? Panormi. in capit.co-
ram.column.3.nume.9. de offici. delega. tenet.
quòd affirmanti. & in capit.1. nume.3. De pro-
curato. Quia cùm dicit ſe alicuius procuratorem
eſſe, eſt præſumptio contra eum , cum procura-
torium ſit quid conſiſtens in facto , & facta non
præſumantur niſi probentur.l.ſi emancipati. C.
de colla.Felin.in.d.c.coram.num.8.

Vtrùm autem teſtibus probari poſsit man-
datum procuratoris? Videtur quòd ſic. Nam te-
ſtes parem vim cum inſtrumentis habent leg. in
exercendis. C. de fide inſtrumen. capitu. cum
Ioannes. de fide inſtrumen. Secundo probatur
ex gloſſ.expreſsè hoc firmante in capit.1. de pro-
curato. Angel. in.l.non ſolum.§. qui alieno. co-
lumn.2.ff.de procura.Iaſ.in.l.1.numer.8. C. eo.
titu. Deci. in capit.ſignificauit.de appella. num.
1.& eſt communis ſecundum Imol.in Clemen.
1.numer.13. de procura.l.13.titul. 5.part.3.ibi,
dum dicit *é quando lo fiziere de palabra*. Ergo apud
acta ſufficit , quod in ſcriptis redigatur, teſtibus
de mandato deponentibus receptis ad eius pe-
titionem.leg.ſecunda titulo decimo libro primo
for.leg.

In contrarium, imò quòd requiratur proba-
tio per inſtrumentum , aliàs non eſſet admitten-
dus procurator, tenent Bart. Alexand. & Iacobi.
in.l.1.C.de procurato.Boeri.deciſio.154. numer.
8. &.leg.14.titulo.5. part.3. quæ ponit modum
conficiendi procuratoris inſtrumentum.Facit.l.
42.capit.1.lib.pragma. Et iſta opinio in iudicijs
à practicis eſt recepta , licèt prior ſit commu.
nis,& verior.

Quæro , Vtrùm executio per inſtrumentum
guarentigium peti poſsit à iudice , antequam ei
conſtet de mandato procuratoris ad huiuſmodi
executionem petendam? Vide Rodericum Xua-
rez in repet.l. poſt rem iudicatam.quæſtione.3.
fol.161.de re iudic.Doctor.Didac. Caſtell.in.leg.
64.Tauri.verb.*hechas execuciones*.

Quæro in ſuper, Vtrùm procuratore non exi-
ſtente ſoluendo, quia non appellauit , an do-
minus ſit audiendus? Gloſſ.in.leg.1.verb.audia-
tur.ff.quando appell. ſit. reſpondet quod ſit au-
diendus. & Bartolo. Cepoll.in cautel.57.colum.
penul.num.5.

Quæro præterea, An exceptio proueniens
eſt defectu mandati reddat proceſſum nullum,
cum ſit geſtum à falſo procuratore ? Reſpond.
quod ſic.leg.licet.C.de procurato.leg.licet. ff.de
iudi. Ratificari tamen poſſunt per dominum,
cuius nomine fuerunt geſta.ſecundum gloſſ. fin.
in dicta.l.licet.ff.de iud.Guid.Pap.deciſio.320.in
princip.Falſus autem procurator dicitur qui nun.
quam mandatum aliquod habuerit expreſſum.
vel tacitum. dict.leg. licet. C.de procura. vel ſi
habuit, modo non habet , quia fuit reuocatum.
vt not.gloſſ.in capitul.ex parte decani.de reſcrip
tis. Addas tu , & de reuocatione aduerſarius ha-
buerit notitiam.vt in Clem. prima de renuntia.
leg.ſi ante.ff.de iudica.ſolu.& in capitul. manda-
to.& capitul.in noſtra de procura. Auguſt. Be-
roi.in capitulo primo.numero decimotertio.de
accuſatio.

Sciendum tandem duplicem eſſe exceptionē
procuratoriam. Quædam dicitur dilatoria, qua
dicitur quem non poſſe eſſe procuratorem , vt
quia miles,vel fœmina.iuxta.l.ita demum.cum
ibi nota.C.de procurato. & talis non opponitur
niſi ante litem conteſtatam.vt ibi.& in.l.filiusfa-
milias.§.veterani. ff.de procurato. Alia excep-
tio falſi procuratoris ,quæ etiam eſt duplex.
Quia aut dicitur quem non habere mandatum,
nec vnquam habuiſſe , & talis etiam poſt litem
conteſtatam opponitur , ſed non poſt ſenten-
tiam latam.dict.leg.licet. C.de procurato. Aut
dicitur mandatum habuiſſe, ſed fuiſſe , reuoca-
tum,& reuocationem ſciuiſſe , vt ſuprà , & tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicitur, exceptio saisi procuratoris, & post litem contestatam etiam post sententiam opponi potest. capitu. in nostra. de procurato. Ratio differentiæ est: quia plus est mandatum fuisse reuocatum, quam nullum habuisse. capitul. ex parte Decani. de rescripti. & voluit gloss. in dict. capit. in nostra. circa fin. Panormi. tamen in hoc differentiam facere nō videtur, sed in vtroq; casu sentit talem exceptiōem posse postsētentiam opponi. Et videtur verior, quia iudicium fuit factū sine parte. ergo. &c. Et videtur. leg. 42. §. 1. libro pragm.

Sed ne lōgum catalogum recensere videar, enumerando illa, quæ agenti & comparenti in iudicio possent opponi, vide in. leg. prima. C. de test. milit. gloss. in leg. secunda. §. si quis ff. si quis cautio. & in. leg. prima. ff. de diuers. & tempo. Ioan. Besian. in consuetudi. Albernię. de procuratoribus articul. 2. vbi ponit octo limitationes in praxi necessarias ad prædictam conclusionem paulò ante positam in versic. In causa criminali agendo. &c.

a ¶ *Pertenesce anos.* Facit text. in. princip. authenti. de hære. & falci. coll. 1. quatenus in quit, occupatis nobis circa totius reipublicæ curas, & parum nihil eligentibus cogitare. &c. Et text. in princ. in authenti. de appellatio. colla. 8. subiectorum, dicit nostrorum interpretationes legum nobis præbent occasionem pro salute subditorum conscribendarum. Et in authenti. de iudici. in princip. & in authenti. constitutio, quæ dignitatibus & episcopatu fili. libr. in princip. colla. 6. Quicquid enim, ait, ad vtilitatem & ornatum respicit, à Deo tradita nobis reipublicæ hoc semper cogitantes, ad effectum deducere festinamus. Et in authenti. De armis. in princip. habetur Studemus omnes subiectos nostros, quorum regimen credidit nobis Deus, illæsos, & sine calumnia custodire. Optima sunt verba eiusdem Iustinianiin authen. Vt diuinæ iussiones subscrip. colla. 8. Nostræ, inquit, serenitatis solicitudo remedijs iuigilat subiectorū, nec cessamus inquirere, si quid si in nostra republica corrigendum, ideo nanque voluntarios labores appetimus, vt quietem alijs præparemᵒ. *Puesta la de manda.* Aduocati considerate debēt aliquas regulas in compositione libellorū, seu petitionum.

otras ciudades y villas y lugares se prolongan: de lo qual vienen a las partes grandes daños y costas: lo qual pertenesce a nos[a] corregir y enmendar, porque los nuestros subditos viuan en sossiego, y prosperidad: porque en su paz y bien andāça nos holgamos, y prosperamos. Porēde ordenamos, q̄ puesta la d̄a mā da[b] por el actor: si el reo contestare el pleyto dentro en los nueue dias no poniendo alguna exception perentoria, o perjudicial, sea luego el actor recebido a la prueua, dando le primeramente termino de ocho dias para hazer posiciones y b articulos, segun adelante sera dicho: pero q̄ a saluo q̄dē al reo los veynte dias que

Prima igitur sit, quòd sit componendus libellus secundum stylum fori illius regionis, vbi causa est agitanda, videlicet in Castella Hispano sermone, in alijs locis. Latinè, vel in alio vsitato idiomate. gloss. in authen. offeratur. verb. præbitis. C. de lit. constet. Specula. de libello. concep. §. iam nunc. Socinus. in capitulo primo. column. fina. versic. Circa vndecimum de libelli oblatio. Petr. de Bella. Pertica in leg. prima numer. 17. ff. de edend. Debent etiam aptare titulum in principio libelli, attenta iurisdictione & qualitate iudicis, coram quo offerri debet talis libellus, secundum Speculato. & Marian. in locis præcitatis. Sic ergo est concludendum, quod libellus est offerendus in scriptis. dict. authent. offeratur. Ioa. de Vicomercato in rep. leg. edita. numer. 27. C. de edendo. leg. vndecima titul. decimonono. libr. secundo supra leg. vndecima titul. primo. supra isto. 3. lib. l. vigesimaquinta. tit. 2. part. 3. Socin² in tracta. regula. cum fallent. regul. 233. incipien. Libellus in qualibet causa. Lanfran. in repe. c. quoniā contra, verb. petitiones. numer. 17. & ibi Augusti. Bero.



Bero. nume. 176. optimè loquens de probatio. Iaso in. §. triplici. num. 26. Insti. de actio. text. in. capit. 1. de libellorum oblatio. Declarau optime in dict. l. 11. d. 41. tit. 2, part. 3.

Ampliatur, quod adeò libellus est necessarius, vt nec ex partium consensu remitti potest tacitè, nec expresse. argumen. text. in capitul. 1. de libell. oblatio. & capit. quoniam contra. de probat. & dict. authent. offeratur. C. de lit. contesta. Quæ fuit opinio Innocen. quam communem, & melius sentientium firmat Andræ. Alciat. in practi. illo in loco, vbi agit de libello. fol. 69. colum. 1. Et dicit veriorem Lanfran. in. d. capit. quoniam contra. num. 20. de probat.

Ampliatur secundo, quòd intantum libellus est in scriptis offerendus, quin & illud procedat, etiam si in iudicio actor notario dicter petitionē suam, ac postulet, vt in acta redigat in scriptis, actionemque, quam intendit proponere. gloss. in. l. in sacris. verb. depositione. C. de prpxim. sacro. scrinii. lib. 12. & ibi Bart. Sebasti. Sapia. in rep. Lius dicentis. nu. 59. ff. de iur. om. iudi. Et est opinio communis secundùm Ioa. Oroscī. in. l. actione. nu. 41. ff. de edend. Hodie tamen de iure regni hæc communis non procedit, dummodò petitio apud acta, à notario q; in scriptis sit redacta, siue in scriptis, aut viua voce petentis sit declarata, secundum Io. Oroscī. vbi supra. Est. l. n. titul. 1. libr. isto. 3. supra. Mirum q; est secundum eum, quantum de scrupulosa aris solennitate & duritie lex illa remittat idem videt sentire Grego. Lop. in. l. 41. in gloss. prima. titulo secundo. part. tertia quatenus hodie se remittit. ad d. l. vndecimam. titu. 1. lib. 3. ord. De iure tamen Portugaliæ requiritur libellus in scriptis. vt habetur in. §. 13. titu. 15. lib. 3. ordi. Lusitaniæ. Et ibidem tit. 19. §. vnico. De iure etiam regni requiritur petitio in scriptis. l. 42. c. 1. ibi *a de presentar su demanda.* lib. pragm. regum. Catholi. Quod procul dubio apud regia tribunalia est in vsu. nunquàm enim in regio auditorio fuit admissus libellus nisi in scriptis secundum Io. Matienzo in dialogo relatoris. 3. part. ca. 43. nu. 1. pragmatica regia nouissima enim est legi. 11. ordi. ideo que reuocat eam. l. si quis in principio. ff. de legat. 3.

Sunt etiam plures casus, in quibus etiam attenta iuris solennitate, non requiritur libellus, quos explicat Specul. 2. parte. de libellorum cōceptio. §. nunc dicendum est. nu. 1. cū seq. ad 30. vsque ad viginti & vnum Socin. in tract. regula. cū fallent. regul. 223. Alciat. refert. 47 in practi. fol. 69. vers. In quibus causis offeratur libellus, vel non. Singulariter ad. 30. vsq; declarat Ioannes de Vicomercato. in rep. l. edita. nu. 29. col. 6. vers. primo fallit regulariter in causis summarijs. C. de edend. Auiles in. c. 36. verb. summarias. in capitibus Prætorum. Iaso. cons. 9. libr. 1. & in dicto tit. 19. §. vni. libr. 3. ordi. Lusi. regni.

Secūda regula principaliter sit. Libellus debet esse clarus, concludens petitionem agentis, per quem demōstretur species futuræ litis sine aliqua incertitudine, alias non valeret. l. 1. ff. de edend. c. fin. vbi Ancha. notab. 4. num. 3. de libelli oblatio. tex. in. l. nec causas. ibi, quoniā verendum est, ne lis incognito negotio dirimat, adēpta copia cōquerendi. C. de appela. c. cum clamor. de testib. c. literæ. de dilatio, c. constitutis. de religio. domi. l. fin. C. de an. exceptio. Marian. Socin. in. c. 1. notab. 7. & in. c. 2. art. 12. de libelli obla. Iaso. in. l. edita. nu. 6. C. de edend. & in. §. omniū. nu. 125. Insti. de actio. & in. l. si per errorem. nu. 19. ff. de iu. om. iudic. & in. l. 1. ff. de edend. & in. l. cum qd. lect. 1. nu. 26. ff. si cert. pet. Soci. in. l. certi cōdictio. cod. ti. & intracta. reg. cū fal. regu. 234. Firmian. in reperto. verb. libellus generalis. Cess. in. additio. ad Lanfranc. in d. c. quoniā cōtra. n. 24. in verb. nō procedit. declarat Ioan. Oroscī. in. l. actione. nu. 34. ff. de edend. Purpura. in. d. l. edita. colum. 3. num. 5. & 8. versic. Secundò ex eō quod de claritate. Ex qua constat primo, quod libellus non debet esse generalis, sed specialis, habita cōsideratione rei petitæ. l. formā. ff. de censib. l. si in re. ff. de rei vendi. l. 25. tit. 2. part. 3. l. 4. in ordin. iudiciali. & Arāzel tabellio. Spec. de libello. conceptio. §. iuxta. nu. 7. Maria. Soci. in. c. 2. arti. 9. principal. de libell. oblatio Si quidē ex facti narratione nō potest colligi quæ sit quātitas, res, seu factū contentum in libello, libellus nullus erit. Bald. in. l. edita. nu. 12. & in rep. Paduana. nu. 63. col. ult. C. de edend.

Secundò infertur, quod obijciens simulationē aduersus contractum, speciem simulationis exprimere debet. Paul de Cast. in. l. iuris gentium. §. dolo malo. nu. 2. ff. de pact.

Infertur tertiò, ratio decidendi ad text. in capit. pia. §. si quis igitur. de excep. libro. 6. vbi statuitur obijcientem exceptionem ex communicationis contra aliquem, constrictum esse ad declarandā speciem ipsius, nempe quæ, qualis, & a quo iudice fuerit lata. Ratio est: nam exceptio obscura, vel generalis non releuat. Bart. in. l. 11. column. 3. ff. de exceptio. Alexand. consil. 29. nu. 28. lib. 7. Sed generalitas parit obscuritatem. l. fin. C. de annali. exceptio. ergo. &c.

Si tamen declaratio incertitudinis non fit in potestate actoris, admittitur libellus generalis & incertus. l. 15. qui autem. ff. quorum lega. Facit elegans dictum Innoc. in capit. 2. de libell. oblat. quod ex quacunque causa creditor probabiliter dubitat, admittitur libellus incertus. Refert. ibi adducens Claud. Marmerius in repe. l. natura-

Universidad de Deusto
Biblioteca



liter. §. nihil commune. numer. 111. ff. de acqui. possessio. Hoc etiam est verum non solum quando incertitudo prouenit facto aduersarij, sed etiã quando venit ex quocunque errore probabili. Innocen. in capit. constitutus. de in integ. restitutio. Angel. & Iaso. in. §. sed iste. colum. 6. Insti. de actio. Est singulare & egregium dictum secũdum Claudi. in dict. §. nihil commune. numer. 110. Idem probat Socin. in tractat. regula. cum fallen. regul. 234. fallen. 2. Ioan. Corasi. in. l. qui liberos. nume. 48. ff. de rit. nuptia. Et patet in obligatione alternatiua, in qua electio regulariter est debitoris. l. vbi autẽ non aparet. §. qui illud. ff. de verborum obligatio. l. plerunque. ff. de iure doti. Et in petitione eius quod interest: id enim cum nõ ex potestate actoris, sed ex subtilitate iudicis pendeat. l. vnic. C. de senten. quæ pro eo quod interest. admittitur in eo libellus incertus. glosse. in l. certi condictio. ff. si cert. pet. plenè Bart. in. l. stipulationes non diuiduntur. colum. fina. ff. de verborum obligatio. Ioan. Coras. loco & numer. præcitato.

Fallit etiam in iudicijs vniuersalibus. vt in petitione hæreditatis, societatis, vel huiusmodi. l. 4. in ordina. iudicialibus, & Aranzel i tabelli. l. 26. & ibi Montalu. titul. 2. partit. 3. Adde Bart. & Thom. Parpali. in rub. ff. solu. matrimo. column. fin. num. 30. glo. in. c. 2. de lib. obla.

Libellus autem generalis & incertus si pars non opponit, & sententia super eo feratur, subsistineri posset. capit. abbate. de re iudi. lib. 6. glosse. & doct. per tex. ibi. in. l. fi. C. de annal. excep. Lanfranch. in. c. quoniam contra. verb. petitiones. nume. 24. de probat. Sebasti. Vanti. de nullita. ex defectu processus. pagin. 297. nume. 26. deci. in. l. omne. nume. 8. ff. de offici. assesso. & in. l. edita. nume. 5. C. de edend.

Vanti. vbi supra limitat non procedere in causis criminalibus, etiam parte nõ opponente. Idẽ probat Cels. ad Lanfran. loco præcitato, qui alios ad id allegant.

Intellige etiam, quod est necesse in causis ciuilibus, quod omnino declaretur pendente iudicio, aliàs super eo non posset ferri sententia secundùm Bart. in. l. si mater. ff. de reiuend. Panormi. in capit. 1. de libello. oblatio. Quod semper est mẽti tenendum secundum Bulgarinum de Bulgari. in rep. rub. ff. solut matrimo. numer. 17. versic. Et addit circa libellum. Adde Robert. Maranta. in specul. aduocato. de ordi. iudici. 6. part. pagina. 395. numer. 16. Decius in. l. edita. numer. 8. C. de edendo.

Tertia regula sit. Libellus non debet continere alternationem causarum, quæ obscuritatem & incertitudinem induceret. Socin. in cap. 2. nume. 12. de libell. oblatio. Iaso. in. §. sed iste. nume. 70. de actio.

Quarta regula. Libellus non debet cõtinere cõditionem, sed purè est proponendus. Socin. vbi suprà. vers. Quinta regula. vbi ponit quatuor casus, in quibus procedit libellus conditionalis.

Quinta regula. In causa ciuili non est tempus & locus explicandus in petitione, nisi in actione famosa. Bart. in. l. 1. ff. de edend. Sitamen in causis ciuilibus peteretur, faciendũ erit, vt reus exceptionem præscriptionis in suum fauorem allegare posit. Alexand. in dict. l. 1. numer. 31. Et actor cautè agit, si ponat tempus oblationis propter interrumpendam prescriptionem. l. si quis. C. de præscrip. 30. anno. Alciat. in practi. §. actoris aduocatus. fol. 72. column. 1. nec debet facere mentionem de iure aduersarij si quod habere prætendit. Lanfran. vbi suprà numer. 29. nam esset visus fateri: nisi dicat, casu negato & non concesso. &c.

Sexta regula. In causis criminalibus seruanda est solennitas. l. libellorũ. ff. de accusa. videlicet, locus cõmissi criminis, annus, mẽsis, indictio, regnatio Imperatoris. glosse. in. l. in causis. verb. secretarium. C. de accusa. Simile in princip. Institu. de publi. iudi. verb. & instituendis. Robert. Marant. in specul. aduocato. 6. part. de libelli oblatio. numer. 6. l. 14. titul. 1. partit. 7. vbi videtur, quod non sit necessarium nomen Regis in libello accusatorio: de consuetudine tamen seruatur contrarium, imò quòd semper apponitur nomen Regis secundum Grego. Lopez in dict. l. 14. verb. *lo fare*. Debet etiam iurare, quod talem accusationem non interponit de malitia, sed ob consequendam iustitiam. dict. l. 14. notat ibi Grego. lopez post Alberi. in dict. l. libellorum. Angel. & Augusti. in tract. de malefi. verb. & ad querelam. nu. 4. In libello tamẽ accusatorio sufficit dicere, in vno die talis mensis, nempe Octobris Anni. 1558. nisi à reo declaratio postuletur fortè ad coarctandã negatiuam loco & tempore, nam tunc tenetur explicare diem commissi criminis. Bart. in. leg. is qui reus. colum. 5. ff. de publi. iudi. Iaso. in. l. 2. §. si quis Ephesi. ff. de eo quod cert. loco. column. 1. & 2. Areti. in capit. qualiter. §. debet numer. 117. de accusatio. Et est opinio magis communis, à qua in iudicando & consulendo non est recedendum secundùm Iaso. in dicto. §. si quis Ephesi. column. 2. post medi. Gregorius Lopez notat in dict. l. 14. verb. *el mes*. iusta causa existente, nempe ad rei defensionem, est iuridica, & verior, & in praxi recepta. Confirmatur ex Purpur. in rep. l. edita. nume. 213. C. de eden. quicquid Imol. in. l. is qui reus. ff. de publi. iudi. & Alexan. ibi ad Bart. & Robert. in practi. aduoca. 4. part. distinct.



distinct. 16. numero. 44. pagina. 248. senserint in contrarium. Quam intelligo procedere cessante iusta causa, & sit verisimilis timor subornationis testium in probanda negatiua, casu, quo ex vehementi præsumptione constat iudici cõmissum ab inquisito delictum fuisse: nam ipse amputare de bet materiam delerandi, & delinquendi. capi. clericos. de cohabita. cleric. & mulier. Et ex his quæ dico in. l. 2. titulo. 3. libro. 5. infrà.

Libellum autem producens nisi ei petitum fuerit, non declaret diem cõmissi criminis quia teneretur illum probare, cùm sit qualitas adiecta accusationi, qua non probata, reus absoluetur. argumen. tex. in. l. Prætor ait. §. docere. ff. vi bono. rapto. glosse. in. l. eum actum. ff. de nego. gest. Iaso in. l. prima. §. in eum. numero tertio. ff. si quis cau. Hippolyt. in practic. §. quoniam. numero. 52. vbi qui aliquid affirmat in substantia, vel qualitate, tenetur illud probare. Secundò hanc partem post Bart. in loco is ab eo citatis tenet singula. Corne. consilio. 100. numero vigesimo quinto. libro secundo. & consilio. 134. numer. 8. libro quarto. Et vltra per eum citata reperio idẽ tenuisse optimum Iurisconsultum Paul. de Castr. in. l. Pantonius. §. rei per duellionis. numero quarto. & ibi Curti. ad eum in additi. ff. de acquirenda hæredi. Hippolyt. in repe. rub. numer. 72. ff. de fideiusso.

Septima regula sit. Aduocatus summoperè debet aduertere in compositione libellorum, ne deficiat in solennibus, & clausulis ipsius necessarijs. De quibus videre licet per Marian. in capitul. 2. artic. 13. de libell. oblatio. Cels. in clausula. folio. paruæ impressionis. 30. columna. 4. de cautelis circa libellum adhibendis. Adde Alciat. in pract. fol. 72. colum. 1.

Octaua regula sit. Quòd principaliter agens criminaliter ad pœnam delicti ordinariam, non poterit cumulare ciuilem. Speculum aureum ad

le da la ley [a] para poner sus excepciones peremptorias o perjudiciales, y si las pusiere dentro de los veynte dias, o despues con juramento segun que la dicha ley dispone, sea assignado termino al actor de ocho dias para responder a las dichas excepciones. E si

el reo el dia que contestare el pleyto en re spondiendo pusiere alguna excepcion, o excepciones peremptorias, o perjudiciales, sea assignado al actor termino de viij. dias para responder a las excepciones, el q̃l dicho termino passado, o si ãte dlos. viij dias respondiere, sea

[a] *Dala ley*. Suple, scilicet. l. 1. titulo. 8. infrà eo. Vtrũ autem terminus iste legalis posit a iudice abbreuiari, vel extendi: Bart. in. l. 2. numero. 4. ff. de re iudica. tenet q̃ sic, dicens, q̃ ex causa iudex terminũ iuris diminuere posit. Probatur primò ex text. capit. pastoralis. de exception. qui est singul. sic illum inducendo. Terminus dilatoriarum est litis contestatio, nihilominus iudex ibi diminuit prædictum terminum, ergo pro sententia Bart.

Secundò. Certum est, quòd ad agendum ex iuris instituto competit vnicuique terminus triginta annorum. l. omnes. & l. ficut. C. de præscri. 30. vel. 40. annorum. tamen iudex potest statuere terminum diffamanti alium de delicto, vt intra illum accuset. l. diffamari. C. de ingenu. & manu. l. Titia. ff. de accusatio. ibi, intra tempus à præside diffinitum. Paulus Parisi. consilio. 99. numero. 7. libro. 4. Boeri. decision. 255. Ripa libro. 1. responso. capitul. 8. numer. 7. Nell. in tractat. bannitorum. folio. 69. in. 11. volum. tractat. versiculo. 66. quæro. in. 3. part. 2. temporis. nume. 66. Antoni. Gomez. de delictis capitul. 1. numer. 17. Didacus Couarru. libro. 1. variarum resolutionum. capitulo. 18. Ergo iudex minuere potest terminum legalem.

Tertiò suadetur. Nam ad petendum restitutionem in integrum, competit petenti quadriennij tempus. Clementi. vnic. de restitutio. in integ. capitul. 1. eod. titul. lib. 6. iudex tamen potest huiusmodi terminum iuris abbreuiare. l. petendæ. C. de tempor. in integ. resti. peten.

Item & quarto ex textu in. l. licet. C. de iure de

liber. vbi competit suis hæredibus tẽpus longissimum ad se immiscendum in hæreditate secundum gloss. ibi. versicu. Longi. quam ibi Alexand. & Iaso testantur communem. & Franc. Balba. de præscriptio. in. 4. parte. 4. principal. quæstion. 9. numero. 1. in 3. volum. secũdum antiquã impressionẽ. & Iaso. in. l. si filius qui patri. columna tertia. numero nono. ff. de vulgar. & pupill. quanuis ab hac communi sententia velit recedere. Et etiã communem fatetur Deci. in. l. 1. lectura 2. columna. 5. numer. 9. Ci quando non poten. part. Vid. l. 7. titu. 14. part. 6. Dixinus infrà lib. 3. titulo. 3. in gloss. rub. quæstion. 4. Et est vera opinio secundum Roma. consili. 71. colum. 3. versic. Et ex hoc sequitur. Sed, vt docet Vlpianus. in. l. quandiu. in vltim. ff. de acquirenda hæreditate. quando non vult adire seu se immiscere hæres, iudex potest ei terminum statuere breuiorem ad instantiam substituti.

Quintum fundamentum pro Bartoli sententia est. Debitoribus condemnatis ad soluendũ, assignatur quadrimestre tempus à iure. glo. in. l. 2. ff. de re iudi. text. & ibi. l. debitoribus. eo. tit. l. 2. & 3. C. de usur. & rei iudi. text. expressus in. c. quoad consultationem de re iudi. Iudex autẽ restringere pot hunc terminum legale. ergo pro Barto. opinione. Hæc argumenta & rationes referuntur in effectu a Iasone in dict. l. 2. col. 5. num. 23. & Stepha. Aufreri. in additionẽ ad Capellam Tholosan. decision. 197. Et in hoc plures doctores adducuntur à Nicolao Boeri. ad Dinum in regul. indultum. de regu. iur. libro sexto.

luego recebido juramento de calumnia a ambas las partes: y no sea termino alguno assignado al reo para replicar, por quanto en sus posiciones puede dezir y declarar lo que querra para excluyr la replicacion del actor: y he cho este juramento de calumnia, assignado termino perento rio a ambas las partes de ocho dias pa hazer y dar posiciones y articulos. Las quales posiciones recibio y hallo en los pleytos el vso y luenga y general costumbre de todo el mundo: y despues los derechos y leyes de las partes pa fer los pleytos mas ligera y libremente librados por las cõfessiones de las partes: y los articulos para ver declarar prouãça. Y por quanto entendemos que son muy puechosas para abreuiamiẽto de los pleytos, establescemos, y mandamos, que se vsen en los nuestros reynos. La platica es esta.

Contestado el pleyto, y hecho iuramento de calumnia, el actor pta. y dsmiẽbre por ptes todo su libello y demada, y haga

Alia opinio est, quòd iudices nõ possunt temporã à lege, vel statuto fine ministerio iudicis præfinita mutare, vel prorogare in partium præiudiciũ. Iacob. de Aren. Cumal. Imol. Petr. d Besu. & Iaso, qui in. d. l. 2. nu. 22. ex relatione doctorum dicit opinionem hãc esse cõem aduersus Bart. ibiq; ea pse quit vsque ad nu. 30. quo in loco profitet veriorẽ & cõmuniorem. Imol. dicit cõmunẽ in cap. cũ sit Roma. vbi Philipp. Franc. Prepositus. nu. 15. Decius. nu. 13. & Augusti. Beroius. nu. 58. faciẽs plures conclusiones. de appellation. Rip. etiam communem dicit in dict. l. 2. nume. 14. Andræ. Tiraquell. in lib. de retract. n. §. 3. gloss. 2. num. 4. Consequens erit quod terminus huius legis ad allegandas exceptiones peremptorias & præiudiciales non poterit abbreuiari, seu restringi, cum sit beneficium inductum à iure absque ministerio iudicis. Facit ad. l. 1. titu. 8. infrà eodem.

Secus tamen erit, quando terminus relinquetur iudicis arbitrio, vt in aliquibus legib⁹ cauetur

a *Iuramento de calumnia.* Concor. pragmat. de Madrid.



drid. 42. cap. 11. lib. Pragmaticarũ regum Catholicorum. l. 8. titulo. 10. partita. 3. & l. 23. titul. 11. eadem part. 3. & l. 11. titulo. 1. isto lib. 3. ordina. l. cum & iudices. cum suis. §§. C. de iureiuran. propter calumni. dand. Et sciendum est, quòd iuramentum calumniæ est, cum quis iurat, se bona fide, & non calumniandi animo agere vel respondere nec calũniandi animo egisse, nec respondisse. l. cum iudices. in princ. C. de iureiurãd. propter calumni. dãd. l. inter cohæredes. §. si familiæ. in fina. verbis. ff. familiæ herciscundæ. ibi, ideo iurare debent non calumniæ causa lirem interndere, non calumniæ causa ad infications ire. Azo in summa. de iureiurand. propter calum. dand. numero primo. Hostien. in summa. De iura. calumniæ. §. primo. d. l. 23.

Secundo dubitatur, Quid comprehendat istud iuramentum calumniæ? Respondẽdum est quod multa, vt scripsit Hostien. §. quid contineatur. loco præcitato. & etiam Azo vbi suprà. Latius Robert. Maranta. in specul. aduocato. 6. part. de ordine iudi. §. primus actus. nu. 10. pagina. 424. Primò, quod actor credit se iustè petere, & non calumniosè. Item secundò, quòd respondebit veritatem super omnibus, de quibus rogabitur.

Tertiò, quod non vtetur falsa probatione. Quartò, quod non corrumpet iudicem, nec Tabellionem. Quinto, quod calumniosam dilationem non petet. Specula. de iuramen. calum. §. est autem iuramentum de calumnia. Optima lex. 23. titulo. 11. partit. 3. gloss. calumniæ. in capitulo. 1. de iura. calumniæ.

Tertiò dubitatur, Quando sit iurandum de calumnia? Respondeo, post contestationem litis, & incontinenti post. Specula. vbi suprà. §. 1. columna. 1. & de iurisdictio. omni. iudi. §. sexto. Hostiens. in summa. de iurament. calum. §. quando præstandum est. in princip. text. expressus in. l. secunda in princi. C. eo. titul. l. rem non nouam. C. de iudi. capitulo primo. & in capit. cum causam de iuramen. calum. capit. dudum. 2. de electio. Alciat. vbi suprà retulimus. §. est autem. folio. 84. l. 23. titulo. 11. partita tertia. vbi optimè per Montaluum in verb. *por demanda y por respuesta.* Probatur in hac. l. 1. ibi inferius, dum ait, *contestando el pleyto, y echo juramento de calumnia.* Si autem tacitè fuerit omissum ab initio, poterit peti in quacunque parte iudicij, vt iuretur. Specul. de iurament. calum. §. est autem numero. 1. & §. sequitur. numer. 4. colum. 2. in princip. notat Archidia. in capit. 1. colum. 2. in verb. iurari. & ibi Ancharranus. num. 2. Domini. & Franc. colum. prima. de iurament. calum. libro. 6. vbi est text. expressus pro hac conclusione. vbi litera Bonifacij octau. Pontificis maximi sic se habet. Si de calumnia, seu de veritate dicenda in primo litis exordio non iuretur, vt debet, poterit postmodum in qualibet parte litis iutari, cum huiusmodi iuramenta præstari ab initio de substantia ordinis iudiciarij non existat. Si omittatur, iudex ex officio, ne partes calumnientur, poterit exigere tale iuramentum in quacunque parte iudicij, etiam post conclusum in causa. argumen. text. in dicto capitulo primo. Quod tenet Baldus in. leg. duodecima numero sexto. C. de iureiurand. propter calum. dand. Robert. Maranta. in specul. aduocat. 6. parte. pagina. 423. numero tertio. incumbit enim iudici ex officio etiã ad nullius postulationem, quod lites sine calumnia procedant. text. in dict. l. secunda. §. sed quia veremur. vbi Baldus notat numero secundo. Ex quo infert, quod licèt per constitutionem superioris nulla exceptio impediat litis contestationem: tamen si iudici liqueat de calumnia, ex officio suo reo non petente, nec excipiente, poterit actorem repellere: nec facit aduersus constitutionem, quia illud officium non est exceptio, sed iurisdictionis exercitium, quam iurisdictionem habet iudex in qualibet parte litis. Sequitur Ancharranus, licèt Bald. non nomine proprio, seu cognomine, sed nomine domini sui nuncupauerit. in capitulo primo. columna secunda. in principi. de iuramen. calumniæ. libro sexto. Multa enim ex officio iudicis fieri possunt ad inquirendam veritatem, quę tamen parte petente non admitterentur, vt in casu præmisso. Philipp. Franch. in dicto capitul. primo. columna prima. versicul. Nota primo. nisi in causis summarijs. gloss. interrogabit. in clementi. Sæpe. de verborum significat. quã sequitur Franch. dicens eam esse singul. Et est notab. secundùm Socinum in tracta. regul. cum fallen. regul. 312. fallen. 8. Alexand. consilio. 147. columna fin. numero decimonono. libro secũdo. quod in causis summarijs post conclusum in causa etiam ad partis petitionem poterit iudex ex officio partes interrogare lapso termino designato ad probandum: ergo optimè potest peti iuramentum calumniæ, vt via claudatur calumnijs. argumen. tex. in dict. capit. 1. §. quanuis. de iuramen. calum. lib. 6. in fui ratione. l. vbicunque iudicem æquitas nouerit, æquè oportere fieri interrogationem dubium non est. ff. de interrogatori. actioni. l. 1. in fin. tit. 10. parti. 3. cap. iudicantem. 30. quæst. 5. gl. in. ca. sic enim. §. intelligis. verb. diligentius. 28. quæstio. 1. optima gl. in. capi. 1. de offi. iudi. Optimè faciunt quæ notat Domi. in. §. item in criminali. col. 2. 4. q. 3. versic. ibi, interpretatio. Dic, quod iudex dum dicit q̃ iuramentum veritatis dicendæ & de calumnia potest iudex ante, vel post litis contestationẽ, quoties iudici videbitur expediens exigere. Ergo. &c. Facit etiam consti. incip. Partes. titu. 26. lib. 2. consti. Neapolitana. ibi, dum dicit, plerunque etiam vel

pro

Universidad de Deusto Biblioteca



pro qualitate perſonæ, vel cauſæ: vel ſi iudex quòd falſum reſpondet, ſuſpectum habeat reſpondentem, ad ſacramenti religionem adducere eum poſſumus. dicit ibi gloſſ. final. ſcilicet, de veritate dicenda. vt de prob. cum de indebito. §. in omnibus. & in dict. conſtit. partes. colum. 3. numero. 9. notat Matthæ. de Afflictis. Ex quo poteſt inferri iudicem ex officio ſuo compellere poſſe partem ad iurandum de calumnia, quanuis plenè probauerit intentionem ſuam: nempe quia fortè exiſtimat probationes falſas eſſe ex aliquot veriſimilibus coniecturis: vel quia quanuis probet mutuum, ſuſpicatur ei ſolutum fuiſſe ſecretè, taliter, quòd reus caret probatione, prout multoties (quod dolendum cenſeo) vidi: vel quia præſentatur ſchedula, ſeu chirographum, in quo quis ſe ſpe futuræ numerationis, debitorem affirmat, eſt tranſcurſus terminus ad allegandam exceptionem non numeratæ pecuniæ. Vel aliquis eſt inquiſitus de delicto tali die commiſſo, de quo eſt vehemens præſumptio apud iudicem quòd commiſit, tamen huiuſmodi veritas ex tali præſumptione reſultans, fortè fuit obumbrata falſis teſtibus, coarctando negatiuam loco & tempore, taliter, quòd eſt impoſsibile ſecundùm rerum naturam committi potuiſſe à tali inquiſito delictum, eſt dubium in facti contingentia, vtrum ab eo actore, ſeu reo, non obſtante ſufficienti probatione ad obtinendum, poſsit peti iuramentum calumniæ, & de veritate dicenda.

Et ex prædictis iuribus affirmandum videtur, quòd ſi iudex viderit, quòd pars veritatem cũ iuramento aperiet, nec eſt veroſimile quòd deierabit, poterit etiam poſt concluſum in cauſa cogere partem ad iurandum, ne ius alterius partis pereat. Iſtam opinionem tenet Roderi. Suarez in rep. l. poſt rem iudicatã. §. ſed pulchrum dubium. num. 3. ff. de re. iudi. fol. 157. col. 1. cũ ſeq. vbi adducit pro hac ſententia quinq; fundamẽta. & in. l. 4. tit. 12. *de l.as juras.* nu. 2. cũ ſeq. lib. 2. foro legum. Et etiã actore non probante, reus compellitur declarare veritatẽ, etiã ad partis petitionem, & ſic reus tenetur ſe compurgare. text. qui ita ſeruatur de iure huius regni ſecundùm Suarez in dictis locis in l. 1. & in. l. 4. titul. 12. lib. 2. foro legum. quibus adſtipulatur text. in capitul. 2. §. in omnibus. de iur. calum. libro. 6. qui eſt caſus clarus ad hanc deciſionem.

Secundo ſuadetur. Iuramenrum calumniæ, & veritatis dicendæ ex cauſa non eſt prohibitum à iure, cum ſit, ne quis cum aliena iactura locupletetur. Ita tenet in terminis A Egidi. Bellame, in. c. 2. de probat. colum. final. numer. 9. ſecùs ſi abſque cauſa exigeretur, nam eſſet probatio ſuperflua, & præceptum irrationabile, quo caſu vltimo ſtat verùs intellectus dicti capituli. 2. ſecundùm eum ibi in fina. verbis. Et rationes huius vltimæ propoſitionis ibi ponit Hoſti. colum. fin. ad fin. Bellamera. col. 2. nu. 2. Cardinal. colum. 1. Bald. colũ. 1. numer. 5. Antoni. de Butrio. colum. 1. Et Deci. notabil. 2. dicens poſt Bald. quod non eſt text. in iure magis ponderosè loquens, quàm dictus text. in d. c. 2. de probatio.

Tertio præterea confirmatur. Nam iuramentum calumniæ, vt prædictum eſt, in qualibet parte litis & iudicij præſtari poteſt. capitu. 1. de iura. calum. libro. 6. ergo factis probationibus etiam poteſt compelli ad iurandum de calumnia, præſertim ſtante conſuetudine, quod ad hoc, vt probationes valeant, requiritur probantem de calumnia iurare. text. in dict. capitu. 1. & ibi gloſſ. & in authentic. in iſto. C. de iureiur. propter calum. dand.

Quarto rurſus conſtat. Nam diſpoſitio text. in dict. capitul. 2. eſt exorbitans à regulis iuris, quod ius vult regulariter conſuetudines eſſe ſeruandas. capit. conſuetudo. diſtin. 1. l. de quibus. ff. de legi. quanuis ſint contra ius commune. capi. cum dilectus. de fide inſtru. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædio. l. 6. in ordina. Tauri. ibi, *lo qual mandamos que ſe guarde, ſaluo en las ciudades, y villas y lugares do ſegun el fuero de la tierra ſe acoſtumbra tener los bienes al tronco, e la rayz a la rayz.*

Ideoque vltra caſum in eo expreſſum extendi minimè debet. argum. text. in. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matrimo. capitul. quæ à iure. de regul. iur. libro. 6.

Quinto his etiam inſtari poteſt pro hac ſententia: nempe quod etiam poſtquam quis plenè probauerit intentionem ſuam, teneatur præſtare iuramentum calumniæ. Nam ratio poſita in. d. capitulo ſecundo. quæ dictum ampliat, magis inſpicienda eſt, quàm dictum. l. cum pater. §. dulciſſimis. cum ibi not. ff. de legat. 2. cum, vt in dict. text. probatur, ſolum iuramentum probatorium reſpicit, ibi, cum ad huiuſmodi ſuffragium ſit recurrendum, quùm aliæ legitimæ probationes deeſſe noſcuntur. Ergo duntaxat ad illud iuramentum, quod ſit cauſa probandi, prædictus tex. reſtringẽdus eſt, non autem ad aliud, hoc eſt ad calũniæ debet extẽdi, quod ad alium effectum ſit. vt in allega. capit. 1. cum gloſſ. de iurament. calumniæ. Ratio enim dictum quantuncunque generale reſtringit. tex. in dict. §. dulciſsimis. l. quod dictum. ff. de pactis. Faciunt quæ ſcribit Hippolyt. id repet. rub. de fideiuſſo. ff. nume. 201. Melius per Marian. Socin. in repet. l. ſciendum. num. 58. verſiculo. Ratio enim ea eſt. ff. de legat. 1. Ioann. Hannibal in. l. naturaliter. numero. 157. ff. de vſucapioni.

Contra



Contrariam ſententiam imò quòd non cogatur iurare de calumnia, poſtquàm plenè probauit quis intentionem ſuam, tenet Bald. in capitul. ſicut conſuetudo. colum. 1. nu. 7. & Felin. nume. 3. de probatio. Quam opinionem communem firmant Deci. ibi. colum. 1. numer. 1. & Auguſtin. Beroi. numer. 2. qui tamen videntur ab hac communi recedere. Eſt ſolenne & notabile dictum Bald. ſecundùm Iaſo. in repe. l. admonendi. numer. 84. de iureiurand. Et ſingul. ſecundùm Cattelianum Cott. in memoria. iuris. verb. iuramentum calumniæ. colum. 2. pagin. 282. verſicul. ſed hæc omnia. Tiraquell. de retract. libr. 1. §. 2. gloſ. 2. nu. 1. fol. 161. Dubitat tamen Iaſon. in. l. iuſiurandum & ad pecunias. §. qui juſiurandum. numer. 3. ff. de iureiuran. colum. 2. Facere videntur pro confirmatione dicta à Franciſ. Curti. in tractat. poſition. numero. 39. latiori ſermone à Ioanne de Selua. in tractat. de iureiurand. 3. part. quæſtione. 2. Intellige tamen hanc communem, vt per Auguſti. Beroi. in dicto. capit. ſicut conſuetudo. quòd compellatur exiſtente iuſta cauſa, quæ iudicis arbitrio relinquenda eſt. Veriorem, æquioremque opinio. ac in praxi receptam in negotijs tam ſecularibus ac eccleſiaſticis ſemper fuiſſe à viro ſatis docto, ac regio conſiliario audiui, quam & ipſe ita in mea iuuentute ferè ſunt duodecim anni elapſi profeſſus fui in additio. ad Segur. in repeti. l. 3. §. final. numero. 83. ff. de liber. & poſthum. quam ſententiam & nunc approbatione dignam decreui.

Dubitatur. 4. An iuramentum calumniæ ſit de ſubſtantia ordinis iudiciarij, taliter, quòd eius omiſsio inducat nullitatem proceſſus? Videtur quòd non ſit de ſubſtantialibus, niſi fuerit petitum bis. l. decima. titulo primo. & l. final iſto titulo, & libro tertio: ſi tamen tacitè fuerit omiſſum non inducit nullitatem, quanuis expreſsè renunciari non poſsit capitulo primo. de iuram. calumniæ. libro ſexto. gloſſa. in. l. 2. §. ſed quia veremur. & ibi Barto. C. de iureiur. propter calumni. dand. Ioan. de Platea. in. l. quoties. col. fi. nu. 6. C. de priuileg. ſcholar. lib. 12. Matthæ. ab Afflictis, in conſti. Neapolitanis. libro. 2. rubri. 23. nu. 6. Si tamen fuerit petitum, ſubſtantiale eſt, quia tunc præſtari debet, aliàs proceſſus & ſententia non valeret. text. in dicto capitulo primo. Sebaſtia. Vanti. de nullitat. proceſſuum & ſenten. pagina. 298. numero. 29. verſiculo. Quartò doctores. Ita ſeruatur in ſacro Palatio ſecundum Rota. antiq. 660. ſecundum nouiorem impreſsionem. 2. ſub titul. De iuram. calum. in antiq. folio vigeſimoprimo. columna ſecunda. Intellige ſi bis fuerit petitum. l. fin. infrà. eod. & ibi dixi.

Dubitari poterit, Vtrum procurator teneatur iurare non ſolum in animam domini, ſed etiam ſuijpſius? Reſpõ. q̃ ſic, alioqui habebit locum pœna. c. fi. de iura. calum. Nam licèt dominus principalis iuraſſet, nihilominus iurare tenetur procurator, cum ipſe calumniari poſsit ſicut dominus. Rota antiq. 1. ſub titul. de iura calumniæ. & eod. titul. in nouis deciſ. 1. & deciſ. 2. gl. in authen. Principales. verb. migrauerit. C. de iureiuran. propter calum. dando. & gloſſ. in cap. 2. §. 1. verb. ab ipſis. de iuram. calum. lib. 6. per tex. ibi. Ange. in. §. nũc admonendi. col. 1. num. 6. de pœna teme. litigan. Cin. in. l. 2. §. ſin autem. verſi. iuxta præmiſſa quæro. & in authen. Principales. C. de iureiur. propter calum. dand. Et Bellamer. in. c. cum in cauſa. nu. 4 de iuram. calum. Et ſecundum eum ita ſeruatur in Curia Romana de conſuetudine.

Dubitatur ſextò, Vtrum in cauſa criminali ſit iurandum de calumnia? Glo. in. l. 2. verb. quicquã C. de iureiur. propter calum. dand. ſecundum opinionem Ioan. tenet partem affirmatiuam. Tamẽ dicendum eſt, quòd iuratur de calumnia ex parte accuſatoris, dicendo, q̃ iurat per Deum, & ſignum ſanctæ Crucis. †. quòd non proponit accuſationem ex malitia, ſed quia intendit ſe habere iuſtitiam, & accuſatus iurat de veritate dicenda. Et ita ſeruatur in practica, & de ſtylo huius regni. prout refert Barto. communem obſeruantiam & ſtylum Italiæ hunc eſſe in. l. 1. nu. 6. verſic. In cauſis criminalibus. Bald. col. fin. num. 8. Paul. nu. 9. & Salice. col. 1. quæſt. pen. C. de iureiur. propter calum. dand. In omnibus autem cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus iurandum eſt de calumnia ſecundum communem. per text. ibi in dict. l. 1. tit. 11. par. 3. ibi. *E deue ſe fazer eſta jura en toda pleyto, quier ſea ſobre coſa mueble, o rayz, quier en razon de deuda, o en pleyto de juſticia de ſangre, o de otra contienda qualquier.* Quod iuramentum erit præſtandum etiam in exceptionibus dilatorijs. glo. & ibi Deci. nu. 7. in. c. prudentiam. §. ſexta. de offi. delega. cõtra Panormita. ibi.

Iſtud tñ iuramẽtum calumniæ non ſeruatur in Curijs ſecularibus regni, quanuis iura dicant, hoc iuramentũ non poſſe expreſsè remitti. l. 2. C. de iureiur. propter calum. dand. nec valere conſuetudinẽ. c. cæterũ. de iur. calum. c. 1. §. 1. eod. tit. libr. 6. Ratio põt eſſe, ne partes plus peccent iurãdo, cum paſsim calumniã cõmittere ſolebant. arg. c. clericos. de cohabita. clerico. & mulie. Nam, vt inquit Bald. in. l. ſi põt. C. de euictio. iſtud iuramẽtũ calũniæ hodie non æſtimatur vnũ obolũ: quia facti ſumus cõtẽptores Dei, & religionis eiꝰ. Ideo optima eſt cõſuetudo iſta, quæ tollit occaſiones deierandi. Colligitur clarè ex Robert. Marant. in ſpeculo aduo. part. 6. pagi. 424. num. 11. Eandem cõſuetudinẽ eſſe in Francia teſtatur Rebuff. in conſtit.

Regijs

Universidad de Deusto
Biblioteca



Regias Galliæ.1.part.in Procem.glos.5.nume.50. Iurant tamen de veritate dicenda respondendo ad positiones, ideo sequitur in text. verbum positum in glos. sequenti.

a *Posiciones.* Quæ dicatur positio, & alias tredecim quæstiones in hac materia explicat Cy. in.l.secunda. §.quod obseruari.colum.3 nu.12. inclusiuè vsque ad numer.25.de iureiurando propter calumn. dand. glos. statuimus in.c.1.de confess.libr.6. Specula. in titul. De positionibus. plura scripta reliquit. Et Bald. in additionibus ad eum, quem, rogo, videas: quia credo te ipsum præmanibus habere, q̃ si illum non habeas, certissimè ausim affirmare te cæcum esse, & absque vero vtriusq; iuris prudentiæ oculo. Quà de causa remissione cõtentus eris. Vitra Specula. videndi etiam erunt Odoffred. in tracta. positionum. Et Iacob. de Arenis, Et Lanfran. de Oriano. Et Francisc. Curt. in suis etiam tracta. de positionibus. Robert. Marant. in speculo adnoca. 6. part. titulo. De positione, seu articulorum productione. pagin. 437.

Est igitur notandum, q̃ quis tenetur positionibus respondere simpliciter, & sine plica, per verbum, nego, vel, confiteor talem articulum, seu positionem. l. 42. capit. 11. in libr. Pragma. Regum catholicorũ. Ratio huius legis fuit, vt responsio sit clara. l. qui ætate. §. quod autem. vbi Bart. ff. de interroga. actio. Bald. in capi. 1. nu. 3. de summa Trinita. Alciat. expressius hoc tenet in. l. 1. §. si quis simpliciter. num. 24. ff. de verbo. obliga. Quæritur primò, Pone quòd Illephonsus mihi mutuauerit centum in camera, nemine præsente: quæ etiam ei restitui nemine præsente, ipse Illephonsus interrogat me, vtrùm mutuauerit mihi centum, quomodo mihi consuletur in responsione? Si enim respondeo positioni, quòd mutuauit, sed q̃ restituì, non stabitur meæ responsioni, imò ex quo responsio nõ est simplex, habebor pro cõfesso Et in primis est dicendum, q̃ respondens positioni stante prædicta lege. 11. condita in oppido de Madrid, q̃ simpliciter respõdeatur, non est admittenda confessio qualificata, & tali modo respondens, habebitur pro confesso. Bart. in. l. 1. §. si quis simpliciter. num. 3. ff. de verbor. obligatio. & ibi communis secundùm Alciat. nume. 24. à qua communi non est recedendum in practica secun-

posiciones[a] y articulos assi sobre su demanda, como sobre su excepcion o excepciones si le fueren negadas, y hagan otrosi posiciones y articulos si entendiere que le cumple para excluyr excepciones del reo. Otrosi, el reo haga posiciões y

dùm eum ibi. nu. 28. Ripa etiam post Barto. ibi in l. 1. num. 23. ff. de vulga. & pupilla. eam dicit communẽ esse. & Zasi. in. d. §. si quis simpliciter. n. 14. Idem tenet, & ponit exempla, quam opinionem fatetur communem Nicolaus Boeri. decision. 243 numero duo decimo. plura ad id citãs. Et primũ cõsilium est, q̃ talem positionem, (ne ille iactetur cõtra Deum, & conscientiam suam in præiudicium sui asserti debitoris, qui nunc verè non est) poterit in totum negare. Docet Anchara. in regu. Possessor. columna decimaquinta. nume. 25. versi. iuxta prædicta quæro de quæstione. de regul. iur. libro. 6. Eandem sententiam refert Anto. in ca. per tuas. col. fi. ad fi. qui filij sunt legiti. in effectu, non tamen referẽdo Anchar. sed glo. Ioan. Andr. in. c. cupientes. verb. malignantium. de elect. lib. 6. quã ibi reputat singul. Philipp. Franch. col. 1. numer. 3. Domi. col. 2. nu. 2. adducẽtes aliquas rationes pro sententia glos. dicẽte, q̃ habens iustã causam possetrepellere aduersariũ per fraudem & calliditatem. Quam glo. ex pluribus authoribus eam laudantibus exornatam cõperies suprà libr. 1. in. l. 2. tit. 19. colũ. 660. versicu. Sed dubitatur aduocatus. Non enim videtur dolum cõmittere, qui dolum excludit. l. cùm pater. §. Titio. ff. de lega. 2. Iaso. in l. cùm proponas. 2. col. notab. 4. nu. 6. C. de pact. Hippolyt. singula. 177. Alexand. in. l. qui totam. num. 2. ff. ad Trebell. vbi in nume. 3. sequitur Anchara. in dict. regul. Possessor. refert & sequitur Montalu. in repertor. legum Ordinam. verb. falsum iurans. Et iterum in. l. 26. titu. 11. part. 3. verbo. *mentira.* Sed ista non est bona responsio, cùm contineat mendacium: nam ad rogata teneris respondere claré, & apertè. Si tamẽ non potueris probare solutionem mutui, negligentiæ propriæ ascribendũ est, nec talis amissio inde proueniẽs, debet grauiori amissioni, quæ vitãda est, compẽsari. Potiùs enim quis debet omnia mala pati, q̃ malo cõsentire. c. sacris. quod metus causa. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, aiæ verò suæ detrimẽtum patiatur? c. Matthæus. de simoni. originaliter Matth. 16. & Lucę. 9. Suadetur. Nam iuramentum continet certã & directam formam, quæ præcisè seruanda est, & non per æquipollẽtes, seu tacitos implicitos sue intellectus. Iaso. consil. 4. col. 1. Intellectus. Et latiùs consi. 41. lib. 3 per



per. c. ad nostram. de iureiur. Et vtrobiq; hanc cõmunem firmat ipse Iaso. & in. l. eum qui. §. si iurauero. col. 2. ff. de iureiur. Tenerisigitur respondere veritatẽ simpliciter, dicẽs, Mutuaui, vel nõ mutuauit Si negatiuam asserueris, ex eo q̃ iam solueris, retinẽs tamen in mente qualificationem, falsum iuras: si affirmatiuam asserueris, rem, seu pecuniam restitues, animã tamen indemnem seruabis: quod sequendum est ex consilio glos. in ca. 1. de confess. libro. 6. Existima enim, q̃ omissio testium, & negatio creditoris semel solutum repetentis, est tentatio proueniens à domino, in qua vult te ipsum tentare quemadmodum aurum in igne probatur, ponens causam in tuo libero arbitrio ad hoc vt habeat fidem ex tuis operibus, & si non deieraberis, multiplicabitur substantia tua, reputabiturque etiam ad iustitiam, vt patet in Abraamo Gen. 21. & Eccles. iast. 44. Vnde Apostolus ad Galat. 3. Abraam, inquit, credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Et in sancto Iob patet in sua historia capit. 2. &. 42. Veritatem igitur proferas simpliciter, & si cũcta bona propter eam amiseris. Quid enim tibi temporalia bona ad vitam æternam proderunt? nunquid eorum quicquam tecum allaturum credis? Falleris. Nam vt Ouid. inquit.

*Diuitis ad manes nil feret vmbra suos.*

Quid enim, dic mihi quæso (vt non è remotiori petamus exẽpla), pderit fœliciss̃imo illo, ac potẽtissimo, & ppetuæ memoriæ digno Carolo. V. Imperatori inuictissimo, Hispaniarũq; Regi, quẽ totus orbis timebat, & cui? nutu cũcta gerebantur tot habuisse sibi subdita regna? tot subegisse rebelles? tot fœliciss̃imos exitus in gerẽdi belli pacisq; rebus degustasse? Quid, inquã, hæc omnia illi proderunt, præterin omnibus eis iustitiæ tramitem sequutum fuisse? Nihil profectò, cadauer enim iam est sine spiritu, nihil iam supereſt, quàm vt vermibus, & terræ, de qua sumptus fuit, reddatur, bona tantum opera ipsius sequentur eum. Non ei proderunt pomposa funera in eius honorem per totum orbem celebrata. At cùm hic obiter hæc attingam, de Carolo, qui à Gotthis originem duxit, teste Ioanne Carione mathematico. lib. 3. chronicorum. pagin. 252. silentio minimè prætereũda censui præclarissima funeralia in hac nostra ciuitate Salmanticensi tam à cõuentu doctorum, quàm à gubernatoribus, Patritijs, ac ciuitatensibus celebrata. Nam vt omittam maiestatem pomposi tumuli, sacrificia omnium doctorum, scholarium, & monachorum, quam plurimis affixis tumulo carminib', quæ multi ex scholaribus, vt patuit, non indoctis, composuerant, & ordinauerãt, fuit eius obitum deploratum: (obijt autem, & dormiuit cum antecessoribus suis post vitam Christianissimè peractam anno ab orbe redẽpto. 1558. die. 21. mensis Septẽbris, hora secunda ante meridiẽ.) Ex quib' omnibus hęc prę manibus habui, & in memoriã tãti Principis hic inserenda curaui. Author autem carminum fuit Ioannes Ferdinandus Idiaquez Pontificij iuris alumnus, noster non aspernandus discipulus.

Elegia.

*O mors orbatas vincens feritate leænas,*
*O fera mors omni tygride sæua magis:*
*O mors crudelis, o inclementia cælt,*
*O signis atris iure notanda dies.*
*Magnanimus, fœlix, victor, pius, inclytus, æquus,*
*Illustris, mitis, magnificus, sapiens,*
*Excellens, audax, fortis, pietatis asylum*
*CAROLVS inuictus, prò dolor, ecce iacet.*
*Ieuibus pennis Elegia, Indo, Scythicoq;,*
*Cumq; Nigro Hesperio tristia fata refer.*
*Horridus, inculta, tristis q; in imagine vultus*
*Sit tibi, funerea corpora veste tege.*
*Vtq; soles, pedeclaudo incede (sed in de decoris*
*Nulla, datò placeas, gloria danda tibi est.)*
*Nil resonet totum nisi mœstum & triste per orbem,*
*Nec tua latum aliquid nuntia verba sonent.*
*Omnia deponant fastus, Indisq; lapillis,*
*Fulgentiq; auro purpura lata vacet.*
*Gaudia cum risu, Veneres, lususq; iociq;,*
*Sint Voluptates, sint procul atq; sales.*
*Cura, dolor, gemitus, mœror, suspiria, luctus,*
*Singultus, fletus pectora cuncta grauent.*
*Atrati veniant pueri, iuuenesque, senesque,*
*Atratusque tegat corpora cuncta color.*
*Mœreat omne genus hominum, matresque, nurusq;,*
*Mœstitiamque sonet solis vterque locus.*
*Fundite corde pias lachrymas gens proxima Tormi*
*Deflentes lachrymas fundite corde pias.*
*Flete caterua Patrũ Dominũ Regemque, Patremque*
*Flete caterua Patrum, flete caterua Patrum*
*Flete caterua pij iuuenes studiosa Patremque,*
*Et Dominum, & Regem flete caterua pia.*
*Cumque pijs lachrymis tenero de corde profusas*
*Audias omnipotens supplice voce preces.*
*Denique mœsta dies vultus, frontemque Catonis,*
*Hæc Heraclitisentiat & lachrymas.*
*Ergo sit nobis lachrymarum summa. precumque*
*Dicere non siccis terque, quaterque genis,*
*Molliter ossa cubent Carli, super astra volatu*
*Spiritus ascendat, molliter ossa cubent.*

De eodem Exasticon ad Hispaniam.

*Quid stupes infœlix Hispania, si tibi triste*
*Contingit cælum, tristiaque astra vides-*
*Miraris totum nil cernere posse per orbem,*
*Quod lætum vultus non ferat orbe sui?*
*Omnia, si nescis, mortis subiere triumphum*
*Lata nihil remanet, quod tua fata leuet.*

Tumulus

Universidad de Deusto
Biblioteca



Tumulus eiusdem.

*Quid tumulum aspectas, etsi Busiridis aræ*
*Præsis, & in saxo serrea corda geras,*
*Vt possis lachrymis non parcere corde profusis,*
*Nec siccus durus præterijsse genis.*
*Inspice: Martis honos, veræ pietatis amorq;*
*Curtius in patriam, religione Numa,*
*Consilio Nestor, decus, & tutela Minervæ,*
*Exemplum Astræa Virginis ecce iacet.*
*Nec tamen inde putes Carlum perijsse, quòd eius*
*Sævitia mortis corpus habet tumulus:*
*Non obijt, viuit: viuit nam fama superstes,*
*Quæ Martem, & mortem vincet, & inuidiam.*

Alijs præterea multis peritorum carminibus tumulum eius fuit simul & illius obitum nõ parcè deploratum. Exornabat etiam fastigium illius tumuli imago quædam ipsius glorioſissimi Imperatoris representatiua, docta. vt ex ea constitit, confecta manu, quæ quidem genibus super orbem depictum flexis, tredecim post terga interram prostratas habebat coronas: ante se verò & gladiũ, & horas: manibus autẽ in cælum iunctim protensis, imaginẽ pietatis, quam coram se etiam depictam habuit, vultu supplicanti simili aspectabat. Quæ quidem omnia mira confecerat manus. Habuit præterea literis aureis dictum hoc, Seruire Deo, regnare est. Et super illud carmina hæc.

*Cuncta meo orbi stimuerant regna triumphos*
*Gallus, Turca potens, Antipodesq; feri.*
*Imperium mundi deieci, regna, triumphos,*
*Nam mihi regnandi spes fuit vna Deus.*

Hæc paucis defunerali pompa dicere libuit, vt memoria tanti Principis omnia propter Deum, vt oportet, contemnamus. Dum enim de nouissimo die memoriam habuerimus, in æternum non peccabimus. Eccle. 7. Quanuis insipientes talẽ vitam, modumq; viuẽdi lusum existiment, & oportere vnũ quẽque etiam ex malo acquirere. vt habetur in lib. Sapientiæ. c. 15.

Vt ergo ad quæstionem, vnde digressus sum, reuertar, respondebis simpliciter, cùm interrogatus fueris, sic sic, non non: potius enim est iterum soluere, quàm animam dãnare. Vel poterit respondere, Iuro quòd si mihi quicquam mutuaſli, iam in totum solui, & sic nihil debeo. Cepol. cautel. 60. & cautel. 136. refert Imol. ita consulentem in dict. cap. cupientes. de electio. libr. 6. Franciſc. Curt. in. l. fina. §. quod obseruari. num. 56. ver sic. Vigesimum quartum breuiloquium. C. de iureiur. propter calum. dãdo. vbi dicit, quòd tutius erit respondere secundùm consilium Curtij patrui sui, in hunc modum, Iuro non habuisse mutuũ à te, ad quod tenear, seu sim obligatus. Et hoc modo cautè respondebit, & euitabit periurium. Et hoc primo loco docuit Cepol. vbi suprà. Petrus Rebuff. in repet. l. vni. notab. 9. nume. 177. C. de senten. quæ pro eo. quod interest profer. Couar. lib. 1. variarum resolut. cap. 2. nu. 4.

Sed hæc cessant, stante lege prædicta. 11. quia requirit responsionẽ simplicem, liquidam, & clarã, sine aliqua duplicitate, vt egregiè probat Boeri. decisio. 243. num. 12. & 13. Alciat. in. l. 1. §. si quis simpliciter. num. 29. ff. de verb. obligat. ergo non erit admittenda responsio talis, sed simplex, Confiteor me recepisse. Vel si non recepit, Nego me recepisse. Consilium autem secundùm Alciat. loco prælocato erit, quòd reus instet, ne iudex admittat positionem generalem, Pono quòd mutuaui centum. sed quôd qualificet eam ad euitandam calumniam partis, dicendo, Pono si recepisti à me mutuo centum, quorum mihi adhuc sis debitor. Et tunc modo præmisso, absq; labe periurij, poterit respõdere. Facit, nam iudex ex æquitate potest admittere responsionem qualificatam causa euitandi calumniam ponentis. l. iusiurandum & ad pecunias. §. non semper. vbi Bald. Roman. & Iaſ. ff. de iureiur. Bald. in. l. 1. in princ. C. de ædilit. actio. Bartho. Socin. post alios in. l. 1. ff. de vulga. & pupilla.

Dubitatur præterea, Vtrùm positio partim vera, & partim falsa, sine reatu piurij possit in totũ negari, vel respondens debeat partem fateri, & reliquum negare? Bartol. in. l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. obliga. col. fi. num. 2. quo loco respondet, q̃ in quantitate tenetur quis respõdere in casu præmisso ad partem positionis, quatenus continet veritatem, etiam si aliam partem non debeat. l. pupillus. §. fin. ff. de verb. significat. citat Bart. pro se loco prælegato. Sed pace salua Bartol. dic, quod ille text. non facit ad negotium nostrum, in quo versamur: quia solùm dicit, q̃ negatio negantis rem suam esse, ambigua est: quia potest referri ad totum & ad partem. Liceat vero in totũ negari, vel nec ne, illa lex nullo pacto probat, imo potiùs probare videtur contrarium, id est, q̃ debitor potest dicere, Non debeo centum: quia postquàm sermo est ambiguus, constat, quod non potest arguiri respondens mendacij, cùm in dubio capienda sit præsumptio delicti exclusiua. l. merito. ff. pro socio. Et hoc fortè animaduertens Bart. non simpliciter allegat text. sed text. cum gloſ. quæ dicit, quod siue respondens respondeat etiam de parte, siue simpliciter, videtur etiã negare de parte. Sed gloſſ. illa violat text. Nam si videretur etiã negare de parte, quomodo verum esset, quod dicit text. sermonem ambiguum esse? Item quomodo verum

Universidad de Deusto
Biblioteca



gio de periurio accusari. Subdeducitur inquisitū de crimine respondendō falsum positioni delicti peccare mortaliter, ac pœna periurij teneri pe. prædicta aduersus Alexādrum in additio. ad Bar. in.l.1.verb.Quæro.ff.de bonis eorum,qui āte sen ten.mortem sibi consci.& additiona.ad Panorm. in.c.1.verb.quod sic.litera.C.de testib.cogēd. Et Robert.Maran.in speculo aduocat.pag. 405. nu. 9.in.6.parte.Ferdinand.Gomez Arias in.leg. 78. nu.14.in ordina.Tauri.Esset etiam præstare occasionem deludendi leges,quæ præcipiunt litigatoribus iurare de calumnia, & de veritate dicenda, tam in causis ciuilibus, q̄ in criminalibus, vt passim in vtroque iure, Cesareo videlicet, & Regio constat.

Nec ostat.d.l.2.dum Imperator dixerit, iurisiurandi contemptam religionem satis habere vltoremipsum Deum.Id enim locum haberet, vbi nulla ex periurio fieret proximo iniuria.vt glos. & doct.ibi communiter tenent Vel voluitibi Iurisconsultus(reddendo rationem cur periuria pœna corporali grauissimè nō puniantur) satis esse huiusmodi crimen maximam à Deo expectare vltionem,quanuis ab hominibus non ita seuerè fuerit punitum. Aut clarius & melius loquendo dici potest,q.d.l.2.loquitur in iuramēto litis decisiuo.Non tamen vult periuriū non esse puniendum aliqua pœna,sed tantùm vult eum non esse pœna retractationis sui iuramenti puniendū, ita scilicet,q̄ ex iuramento suo, quod postea falsum reperitur.nullam cōsequatur vtilitatem, perinde ac si non iurasset.Vt enim sit litiū finis, statutum est,q̄ si pars litigans aduersarij sui fidem,seu iuramentum elegerit,& ille iurauerit,obtineat in causa,etiam si falsum iurasse probari possit: & sicnō punitur pœna retractationis iuramēti, seu pœna non obtinendi in causa. prout est casus clarus in dict.§.item si quispostulante.de actio.& in.l.non erit.§.dato.ff.de iureiurād.Notab.secundum Hieron y.Cagnol.in rep.d.l.si quis maior. numer.91. Et sic secundum eam.l.nihil vltrà quæritur,quantum scilicet pertinet ad partem, quæ non potest vltra resuscitare litem. Probatur ex litera eius.§. dato.ex verbis sequēti. remissa quæstione,an debeatur,quasi probatū sit iureiurando. Ecce quòd manifestè loquitur respectu partis, non autem respectu iudicis,qui conflito sibi de periurio, potest illum punire,vt præmissum est. Et iste est verus intellectus ad text.in. d.§.dato.secundùm Cagnolum in.d.l.si quis maior.col.18.versi. Sed obstat.d.§.dato.nu.92.C.de transactionib.Et ita potest intelligi communis opinio contraria,quæ tenet,q̄ non puniatur, de qua paulò antè diximus in versi.Ex qua lege regia infertur.

Infertur ex eadem radice,conuictum de periurio in iuramento de calumnia à se præstito,periurij pœnam iudicis officio non euadere: & l.capiendam ac limitandam fore respōsionem contrariam Bal.in consi.299.col.1.libr.5.singularissimè loquētem,quēsequitur Petrus Rebuff.in concordata.tract. de pacificis possessoribus. nu. 216. Frederi.consil.23. Baldus in margarita.verb.iuramentum.q.32.Couar.in repet.cap.quanuis pactum.1.part.§.7.nu.7.de pactis.libr.6.Et est glos. in princi.Inst.de pœna temere litigant. verb. iurisiurandi. Si enim futuri seculi vltioni relinquerentur, quotidiè essent q̄ infinita periuria. Et ita sunt,quæ timore pœnæ opprtet eos à tali audacia arcere.argu.c.eum qui,de præbend.lib.6.& alibi suprà dixi. Nec est q̄ quis existimet periuros & si in hac vita aliquanto tempore impunitos viderit,futurum vt nunquam puniantur, imò certè longè aliter euenire solet:nam & si in hac vita primò non puniūtur,tamen impuniti diu non sunt. Vt testis est Tibullus Eleg.lib.1.Ait enim.

*Ah miser,& si quis primò periuria celat,*
*Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.*

Ad idem Claudianus in Curetium.

*In prolem dilatæ ruunt periuria patris,*
*Et pœnam merito filius ore luit.*
*Et quas fallacis colligit lingua parentis,*
*Has eadem nati lingua refudit opes.*

Item q̄ iurans falsum habeatur pro conuicto, constat.Nam falsum respondens,in effectu iuxta iuris sanctorum nihil dixit.tex.cum glos.verb. habent.in.l.2.C.de hæret. vbi habetur, q̄ falsus denarius,non est denarius.glos.simi.in.c.vera iustitia.verb.falsa.45.dist.cum cuius opinione Archidiac.Domi.& Præpositus simpliciter transeunt. Facit,nam illud quod est falsum,dicitur nullū.l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pigno.actio. Hippolyt.consi.89.incipit.Summi Dei.col.1.nu.3.Iean. Lup.in repet.rub.§.70.nu.31.de dona.inter vir. & vxo.Alexand.consil.104. Statutum loquens. col.2.nu.3.libr.1.Sed respondens falsum nihil dixisse existimatur, ergo tanquam omnino nihil respondens debet haberi pro confesso.c.fi.de iureiurand.lib.6.Præterea obmendacium quis cadit à iure,quod sibi competebat in causa, de qua fuit rogatus.l.fin.ff.de reiuendi. per quam inquit Anto.in rap.cæterùm.col.4.versi. Vnum tamen aduerte.de iudi. feudatarium negātem rem feudalem esse feudalem, eo ipso incidere in cōmissum à feudi vtilitate,& iure. Item in actione realiconuentus negans rem possidere amittit eius rei possessionem actorā quærendam, vt hoc modo mendacium defensoris impunitum non relinquatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



text.sin.gul.in.l.fin.ff.de rei vendi.quem annotauit Ludo.Roma.consi.59.versi.quo ad vltimum. Hieronym.Grat.consil.37.lib.2.Iaſ.in.§.omniũ nu.86.versi.Vnum etiam in hac materia.Inſti.de actio.& ibi Angel.Aretin.col.9.Gomez.in.§.ex maleficijs.nu.16.eod.titu.Petr.Ferrarien.in practica formalibelli interrogatio. fiendarum cum reconuẽto.verb.Primò, an dictus Ioãnes.nu.2. & ibi copiosè Bern.Landri.in additio.Felin.in.c. cæterum.col.5.nu.8.de iudic. Hippolyt.latiſsimè in repet.rub.ff.de fideiuſſo.q.46.nu.322. qui in nu.325.dicit dict.l.fi.ff. de rei vendi.valde notabilem. Singulariter eam intelligit Panormita. in.c.cùm cauſam.nu.8.col.5.de iura. calumniæ. Et ibi additio.Bal.in.l.quæſtionem.& ibi Barba. ad eum ſuper nu.2.C.de fidecom.l.3.vbi elegantèr illam legẽ Grego.Lopez declarat titu.3.par.3. Ex quibus colligere poteris caſus plures, in quibus mendacia puniuntur,& alijs in locis, ſcilicet, in authen.Item poſſeſſor. C. qui potio.in pigno. & in.§.vaſallus. ſi fuer. controuerſ. inter do. & agna.& in.l.ſi dubitetur.§.ita demùm.ff.de fideiuſſo.& in.l.pen.ad fin.ff.de iu.doti. & in.l.ſi ex parte.§.interdum.ff.quod cum eo, Cui text. eſt ſimi.in.l.qui cùm ſe patrem.ff.de re iud.text.in authen.contra qui propriam. C.non nume.pecu.l. ſed & hoc ita.§.1.de rei iudi.tex.in.l.fin. C.de iure emphy.l.3.§.tutor.ff.de ſuſpect.tuto.ſimilis text. in.§.ſed & ſi quis.eod.titu.Inſti.text.in.l.hæredi tatũ.§.fi.ff.ad legem falcid.l.de ætate.§.ſi cùm eſſet.ff. de interroga. actio.l.ii.§.penult.ff.ſi quadrup.paupe.i.feciſſe dita.§.fi.Inſtit.de fideicom. hære.cap.fina.de ſolut.l.100.ſtyli.dict.l.3.titu.3. part.3.l.42.cap.12.libr.pragmaticarum Regum Catholicorum.

Intelligetamen prædicta iura eo caſu, quo negatio fieret ſuper petitione aptè formata, aliàs autem non procedit pœna.l.i. verb. ſolenniter. C.de his quæ pœnæ nomi.Bald.in repet. Paduana.l.edita.col.pen.verſi.ex tribus autem.nu.115. C.de eedend.Sequitur Iaſ.in.l.cum qui.col.4.nu. 14. ff.de iureiur. & in.§.omnium.nu.97.Inſtit.de actio. Barthol. Chaſſanæ.conſil.38.col.2.nu.10. verſic.hinc videmus. reputat ſingulare Ludouic. Gomez.in.§.ex maleficijs.num.17. verſic. Ego tamen vltra adducta.Inſti.de actio. Confiamatur ex Bart.in.l.ſi filius.ff.de interroga.actio. Roma. conſil.224.Felin.in.c.cæterum.de reſcript.

Intelligitur præterea, niſi negans generaliter negaſſet, dicedo, Nego narrata prout narrantur, & petita prout petuntur eſſe vera.Bart.in.l.ſi dubitet creditor.§.ita demùm. num.1.ff.de fideiuſſo.Etibi eum ſequitur Imol.& Alexand.in.leg. etiam.§.1.nume.9.ff.ſolut.mutrimo. Et eſt vera & communis teſte Iaſ.in.leg.ſicut aucem.§.quod autem.num.12.ff.de re iudic.dicit idem Iaſ.in.§. omnium.num.98.de actio. & eſſe dictum memorabile,ac perpetuò menti memoriæque cõmendandum.Et eſt verius ſecũdùm.eũdem in.l.eum qui.num.15.ff.de iureiuran. Hippolyt. in ſingul. 242.col.fi.verſi.Sed tenetas tũ mẽti.& in rep.rub. ff.de fideiuſſori.nu.336.verſic.quæ cõcluſio. Ioã. Lup.in repet.ca.per veſtras.§.12.num.15.fol.115. col.4.verſi.Itẽ hoc eſt verũ.de donat.inter virum & vxor.Ideo negatio non debet fieri in ſpecie, dicendo,Nego me poſsidere, Nego me ſociũ, vel ſimiliter,ſed in genere, put ſingulariter docet Bar. vbi.ſupra. Quæ cõis & vera eſt opinio ſecundum Paul.Pariſi.conſi.100.col.2.libr.3. Quanuis cõtrariam dixerit cõmuniter teneri Feli.in.c.cæterum. de iudic.col.5.nu.19.verſi.Limita tertiò. quem in ſpecie reprobat Iaſ.in.d.§.quod autem.col.fi.nu. 12.& Paul. Pariſi. dict. conſil.100.nu.9. aſſerens à priori ſententia Barto.communi non eſſe recedendum.In regno tamen noſtro tenetur reſpondens poſitionibus ſimpliciter,& purè per verbum Nego,vel,confiteor,reſpondere. Nec admittitur reſponſio,Nego petita prout petuntur, & narrata prout narrantur. leg.11. condita in oppido de Madrid. Tertio modo poteſt euitari pœna negautis, ſi negans ante litem conteſtatam pœnitentia ductus reuocauit talem negationẽ, ſecundùm Iacob.de Are.Alberi.Ange.Rapha.Alexã. & Iaſo.col.2.num.5.in dicto.§.quod autem.Angel.Imol.& Paul.in dicta.l.ſi dubitet creditor.§.1. ff.de fideiuſo.tex.in ſignis.mẽti que tenendus in l.electio.§.nec.&ibi gl.verb.poteris.& Bal.ff.de noxalib.actio.Eſt nota.ſecundum Iaſo.indict.§. quod autem.num.5.glo.in.l.in de Neratius.§.hęc actio.verb.in duplum.ff.ad legem Aquili. quam commendat Iaſo in.l.eum qui.col.3.num.9.ff.de iureiurand.&ibi plures concord.citat Ioan.Lup. in repet.cap.per veſtras.§.12.nume 15.verſi.Hoc tame intellige.de dona.inter virum & vxo. Plura tamen inducta in odium mendacij colligit vltra prædicta Iaſ.in.l.quod te.col.10.nume.30.ff. ſi certum petat.& in dict.§.quod autem.num.4. Guilielm.Benedi.in repe.cap. Rainutius. verb. Si abſque liberis moreretur.2.num.159. de teſtamen.Franciſcus Brun.de indicijs & tortura prima parte.q.3.numer.18.verſicul. Quæro an mendacium. Oldẽdorpi. de probatio.titul. Vtri litigatorum ſit ex varijs circunſtantijs decernenda probatio.regul.2.num.2. & in tracta.actio.locommunes.§.finis omnium actionum eſt.num. 25.fol.194.in.7.volum.tract. Late de mendacio, quod hodie veritate ſuppreſſa, nimis abundat, vltra præmiſſa eſt videndus Luc.de Penna in legẽ ſecunda columna prima, & ſecunda. C. de incol. libr.10.

Dubitatur



Dubitatur præterea, Vtrùm cenſeatur periurus & confeſſus ipſo iure, vel requiratur ſententia? Reſpondendum eſt, quod ad hoc vt debeat habere locum dicta pœna legis.11.de Madrid, requiritur pronunciatio iudicatis.Bart.in.l.eius qui delatorẽ.col. 1.in.2.ff.de iure fiſc. vbi plenas concordantias in hac quæſtione videbis per Additionatorem. id enim etiam in criminib? pœnam ipſo iure imponẽ tibus locum habet capit.cum ſecundum leges. de hæret.libr.ſexto ibi, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata. Roma.conſil.211. columna penultima verſiculo. Secundò moueor. notans text.illum,quod vbi ipſo iure propter quid præexiſtens deuenitur ad certum actum, ſemper requiritur ſententia declaratoria ſuper præexiſtenti. Probat.Nam periurus, q eſt propter periurĩ priuandus aliquo iure, non eſt ipſo iure priuatus, niſi in caſibus à iure expreſsis. Felin. in cap.2. colum.1.de reſc. Thomas Parpali. in repet.l.ſi quis maior.num.66.in.17. notabil. de tranſactio. & ibi Cagnol.nume.86.verſic. Secundo quæritur. Addendus eſt omnino Panormitan. in capitulo cùm cauſa. columna ſecunda. numero.11. vt lit. non conſtet.

a ¶ *Si le fueren negadas.* Si poſitionem negauit, ex ea ampliusiuuari non poterit, vt ſuperiori gloſſ. dictum eſt. Et inſuper addendus Ripa in.l. naturaliter.§.nihil commune.numer.122.ff. de acquiren. poſſeſ.qui ſingulariter loquitur.

b ¶ *El juez mande dar copia a las partes.* Imò videtur, quod ſtatim teneatur reſpondere poſitionibus abſque vlla terminiaſsignatione.dict.l.42.capit. 11.libr.Pragm.regum Catholicorum. dicens ſic. *Luego en la miſma hora en preſencia del juez ſin le dar traſlado, ni termino para deliberar le apremie a q̃ de palabra, e ſin q̃ le aya de mandar vna o dos, o tres vezes, e ſin cõſcjo de letrado la parte principal, &c.* & Adde leg.tertiã.titulo decimotertio partita tertia vbi Gregori. Lopez referens hanc leg.de madrid in gloſſ.penul. tenet cum ea ſimpliciter conſtituens correctionem. inter iſtam legem & illam Pro quarũ concordia eſt omnino conſulendus Panormita.in capit.cùm cauſam.columna ſecunda numero ſexto.de iuramen.calumnia. dicens, quod aut reſpõſio exigitur ſuper cõtentis in petitione, articulos ſobre la exception o exceptiones ſi le fueren negadas[a]: y para excluyr las replicaciones del actor, y el juez mande dar copia[b] a las partes, e aſsigne otros ocho dias e termino peremptorio a reſpõder con juramẽto ſingular e particularmente a cada vn articulo ſo cada ſuper quibus eſt veroſimile, quod ſit inſtructa pars,& ideo non eſt danda dilatio.argument.leg. ſecunda.C.de dilationi. Quo caſu intelligẽdam fore ſtatui.l.vndecimã.de Madrid. Sin autem non potuit pars inſtructa venire, nempè quia tũc eſt dubius in illa petitione in qua ab eo petitur declaratio. ex text.in dict. l.ſecunda ver ſic.illi autem ibi, qui præter ſpem ad alienum iudicium trahitur, ideoque copia ei deneganda non eſt, ſi hoc cõmoditatis ratio poſtulauerit.l. inter priuatos. C.de dilatio. quo caſu intelligenda eſt noſtra lex. Quando autem copia ſit danda, iudicis arbitrio eſt relinquendum.vt ipſe inſpiciat,vtrum petitio ſit talis,ſuper qua pars poſsit eſſe inſtructa abſque aliqua deliberandi facultate ei conceſſa, ne ſit cauſa reſpondendi calumnioſe ex præmeditato ſermone habito ſecum, & cum aduocatis, qui communiter mentiri docent. Et ſic arbitrabitur, vtrùm ſit ſtatim, vel cum copia temporis reſpondendum. ex gloſſ.in.l.ſecunda.§.quod obſeruari. verb. exiſtimat.& in.§.fina. verb. rei qualitas. C. de iureiuran.propter calumnia.dand. Et ſic intelligenda erit noſtra lex, vt euitemus correctionem, & repugnantiam inter iſtam legem, & legem Madritiam. vndecimã hæc erit melior opinio ea iura concordans.capitulo cùm expediat.de electio libro ſexto vel quia eſſet ruſticus & idiota, quia poteſt inſtrui, & præſente aduocato reſpondere, vt eleganter voluit Hoſtienſ.in capit. dilecti.de iudi.Specula.de poſitioni.§.tertio verſiculo.Sed pone quod patronus.&.§. ſeptimo verſiculo decimo ſeptimo.Baldus in.l.ſecunda in prin.C.de iuramẽt. calumni. Et dictum Hoſtienſ. veriſſimum eſſe fatetur Alexand.in.l. prima columna ſecunda numero quarto.ff.de vulgari. & communiter tenetur ſecundum Thomam, in additione ad eum ibi Quam ſententiam intelligendam eſſe exiſtimamus in ruſtico ſimplici, non autem in ſagaci, & callido. ex gloſſa.in lex athletæ.§. de ruſticis.verb. interdum.ff. de excuſatio. tutorum. quæ quidem gloſſa ſecundùm Baldum. in.l.prima.in fine.verbo. C. de interd.matri.eſt mentitenenda. Iaſo in.l.ſi quis id quod.numero trigeſimo ſecundo.ff.de iuriſdictione.omnium iudicum.

Universidad de Deusto
Biblioteca



vna posició conteni
do e prueue el juez q̃
las positiones e artí-
culos sean pertenes-
cientes y claras, y las
responsiones otrosí
sean ciertas, e claras,
y no obscuras: cõuie
ne a saber: que res-
ponda cada vna de

a ¶ *Deniego o de confiesso.* Sine adiectione qualitatis. Bart. in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verborum obligatio. dixi suprà in gloss. *positiones.* Et adde gloss. in dict. l. si quidem in glos. 1. C. de exceptio. Bald. in. l. ait Prætor. §. quacũque autẽ. column. 2. versic. In contrariũ facit. ff. de iureiurãd. Quę tamen intelligenda est, quod teneatur respondere positioni simpliciter, non existente tamen causa: ea tamen existente, responsio potest modificari. Bald. in l. iusiurandum §. non semper. ff. de iureiurand. & in l. si non simpliciter. col. 1. versic. Nota quod ad verbum simpliciter. numero primo. & ibi Andr. Barb. in actione. C. de ædil. actio. Alex. in addi. ad Bartol. in d. l. iusiurandũ. §. ait Prætor. singulariter docet Ange. Areti. in. §. isitaque. col. 1. versi. Nota textũ ibi, ac simplici. Insti. de iust. & iur. Item etiã impune poterit recusare positionem, cũ positio est obscura, nec habebitur ex hoc pro confesso, cum ponens teneatur clare, & mẽbratim positiones explicare, vt in hac lege Regia cũ similibus habetur. Incertitudo enim vitiat dispositionẽ. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tute. §. incertis. Insti. de lega. Specula. de emphyteusi. §. nũc aliqua. nu. 74. Hippolyt. in rep. rub. C. de proba. nu. 354. cũ sequen. Andræ. Tiraquell. de iure primogenio. 6. opin. 17. q. princip. nu. 1. cũ plurib⁹ subiectis. meritò igitur erit reijcieda, si posita non esset, per præscripta.

Confirmatur præterea ex tex. in. c. si post præstitum, ibi, iusiusque à iudice respõdere, absque rationabili causa recuset, aut nolit. de cõfess. lib. 6. Ergo causa existẽte refutari poterunt. nec confessus iudicandus erit, secũdum formã tex. singul. in. d. ca. si post præstitum. & legis nostræ.

b ¶ *De creo, o no lo creo.* Respondens enim per verbum. Credo, habetur perinde. acsi vere esset cõfessus positionem. gloss. insignis in cap. ex literis. verb. occultata. de iureiurand. notanda secundum Philipp. Franc. in cap. statuimus. col. 2. nu. 9. de confess. libr. 6. vbi est gloss. 1. tamen hodie tenetur indistinctè respondere positionibus, directè negando vel cõfitendo. aliàs habetur pro confesso. l. 11. in ordinamen. de Madrid. Et optimè id sancitũ est cũ positiões fiant ad certã probationẽ inducendã, quæ minimè induceret per verbũ, credo, quod est dubitatiuũ, & regulariter nõ probat. vt probat glo. verb. præsto. l. testiũ. C. de testi. & in. cap. quoties. eod. tit. gloss. verb. audierint. in l. 2. §. idem Labeo ait cũ quærit & ibi Bar. ff. de aqua pluuia. arcend. Cardi. in. c. sacris. nora bil. 6. d his quę vi metúsue causa fiunt. Et qui hodie vnũ credit, poterit eras aliud credere.

las partes por pala-
bra deniego: o de cõ
fiesso[a], o de creo, o-
no lo creo[b], e si res-
põdiere que no lo sa
be: no le sea recibida
tal respuesta ante sea
auido por confiesso[c],
segũ luego diremos.
¶ Si la parte pregũta-

argu. l. 2. ff. quis ordo in possess. serue. gloss. in. l. de tutela. verb. pbata. C. de in tegr. rest it. quã notat Perusi. in. c. 1. n. 14. de cõfess. libr. 6. Hippoly. in. l. ex libero. num. 14. de quæstio.

c ¶ *Por confiesso.* Nota, quòd iussus respondere positionib⁹, vel nõ clare respondẽs, habetur pro cõfesso, prout hac regia cõstit. sancitũ est. & in dict. l. 11. in ordinã. de Madrid. c. si post præstitum. de confess. lib. 6. cuius forma ab omnibus, & per omnia seruãda est secundũ Rota antiq. decisio. 681. Habet tamẽ locũ in causis ciuilibus, nõ tamẽ in criminalibus, nec vbi agitur de dolo. Bart. in l. 1. col. 2. versi. scias tamẽ. C. de pœnis iudi. qui malè iud. Antoni. Capici. decisio. Neapolitana. 60. nu. 2. Vtrũ autẽ habit⁹ pro confesso possit nihilominus probare cõtrariũ? Respondendũ est posse. Angel. col. 1. & Paul. colũ. 2. nu. 5. in expræssõ notant in. l. si is qui tecum. C. qui testamen. facere possunt. Verba Angel. sunt hæc formalia. Et secũdum hoc habes hic casum notabilem, quod ille, qui habetur pro confesso, & pro condemnato ratione fictæ confessionis, potest probare contrarium, & etiam hæres eius, & sic non operatur plus ficta confessio, quam vera. Idem habes in dict. l. fina. ff. de bonis eorum. Et ex hoc decido duo. Primũ, quòd si bannitus, qui non comparuit, ex forma statuti habetur pro confesso, vult purgare contumaciam, & comparère antequam feratur sententia, & probare de innocentia, quod auditur. Secundò, quod si alicui, lite contestata, lectis positionibus. sit præceptum, quod respõdeat sub pœna iuris si non respondet, quòd habetur per hoc pro con



pro confesso. vt in cap. si post præstitum. de confess. libro. 6. tamen auctitur, volens probare contrarium, quia non plùs operatur ficta confessio, quàm vera. Hactenus verba facit Angel. quæ memoriæ perpetuò sunt cõmendanda ad intellectum istius Regiæ constitutionis. Comprobat hanc sententiam Anto. de Butrio. in. cap. ex parte colum. fin. de confess. Areti. consil. 146. colũ. 2. num. 5. Alexand. de Imol. consil. 145. incip. Domini redemptoris inuocato suffragio. columna. 2. versic. quod autem contra fictam confessionem. num. 4. lib. 6. Ioann. de Imol. singulariter in. l. fin. §. iussus. colum. 3. versic. An autem si nulla causa ff. de appella. Ioan. Andræ. ad Specul. titul. De positioni. §. Nonò tangendum est de pœnis. in verb. habetur. Alexand. in dict. l. si is qui columna secunda dicens bene notandum. Iaso. columna tertia numer. 6. versic. Ex isto textu habes. Philipp. etiam Deci. col. 2. num. 17. idem tenet. & ponit vnam limitationem, quam per eum videas Franc. Aviles in capitibus Prætorũ. cap. 15. nu. 22. (Diximus in. l. 1. verb. *hasta nueue dias.* quæst. 7. & quæst. 19. tit. 3. suprà proxi.) qui dicit in practica apud Regios Senatores Cancellariæ receptã esse hanc opinionem, quod reus fictè cõfessus. admittitur infra nouem dies ad probandam veritatem, errorem q; talis confessionis.

Sed est dubium, Quæ sit pœna non respondentis iusta iuris formam positionibus, si habitus pro confesso, in pœnam contumaciæ admittitur ad probandum errorem? Videtur quod nulla, & lex seruiat verbis, & non rebus, sitq; frustratoria cõtra institutiones, communesq; obseruationes Iurisconsultorum in. l. omne verbum. C. communia de lega. cap. commissa. §. porrò. de electio. lib. 6. l. fina. C. de dona. ibi, Quid enim verbis opus est, quæ rerum effectus nullus sequitur. l. promittendo. ff. de iure doti. §. 1. Insti. quod cum eo. Hac tamen ratione minimè obstante, est dicendum, quod imò pœna non modica infligitur reo, cùm onus actori iniunctum iuxta iuris vulgares sanctiones, ob fictam confessionem inductam à lege propter contumaciã rei, in ipsum trãsferatur: & nisi contrarium suæ fictæ confessioni obstenderit, condemnabitur, actore etiam nihil probante. Tenet insignis, & clarus doctor Ioan. de Imol. in dict. l. fina. §. iussus. Quod semper memoriæ commendandum est.

Præterea quæstionis est, Vtrum inquisitus si commiserit homicidium, fateatur se occidisse ad suam defensionem, veniat damnandus, reiecta qualitate defensionis, & sic censeatur fateri delictum? Et respondendum est contra reum, nisi probauerit defensionem, quia præsumptio est contra eum. l. si non conuicij. C. de iniur. l. 1. C. de si car. cap. 1. de præsump. originaliter habetur Pro uerb. 26. Quibus in ibus apertè probatur, & constat delictum colligi, & præsumi, quotiescunque committitur aliquid, quod est de genere prohibitorũ. c. venerabilibus. §. potest quoq; iuncta glo. verb. iustitia. de senten. excom. lib. 6. explirat singulariter Doctor Segura in rep. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. nu. 28. ff. de leg. 2. Bart. in. l. duus. ff. de sicar. l. qui innocentem. §. pen. ff. de iniur. tex. bonus in. l. vulgaris. §. si quis æs. ff. de furt. Andræ. Tiraquell. in rep. l. si vnquam. verb. reuertatur. nu. 287. C. de reuocand. dona. referens optimum dictum Areti. in. l. qui se patris. in. fi. ff. de acqu. hæredi. Tu ipsum videto, quia non est alibi secundum eum. Bartho. Socin. in tract. regula. cum fallentijs. regul. 94. qui ponit regulam, dicendo, Dolum præsumendum fore in his, quæ sunt de genere prohibitorum. Corn. idem notat in consi. 158. col. 3. num. 8. lib. 4. & in consil. 205. col. 1. lib. 2. & consi. 273. nu. 27. lib. 1.

bis petantur, quale est, iuramentum calumniæ. Quo fit, quòd cùm publicatio testium sit de ordine iudiciali, iuxta gloss. & doct. in. l. prolatam. C. de senten. & interloc. om. iudic. dialogus Relatoris. 3. parte. capitulo. 45. numero quarto. Robert. Maranta. in speculo aduocato. 6. part. versic. Vnde cimus actus. pagin. 486. l. 42. capitulo. decimooctauo. ibi, *despues de las prouanças publicadas*, libro Pragmaticarum. vitiabit processu, si fuerit bis petita. Hodie quamuis non petatur explicitè, petitur implicitè, cùm adijcitur illa clausula, scilicet, Peto mihi iustitiam ministrari. ex eo, quia illud dicitur iustè fieri, quod rectè & ritè, id est, seruato iuris ordine fit. gl. in authen. de hær. & falci. colla. 1. in. §. exhęredatos. verbo. iustè.

denado en las costas[a], y en q̃ manera parece que se omitte la orden judicial: contienese en este libro arriba en el titulo delos juyzios.

# Titulo. V. De las recusaciones de los juezes.

*ADDICION.*

*¶Este titulo de las recusaciones acerca de los juezes ordinarios y delegados, esta en el titul. 16. libr. 4. Recopil. y en lo que toca a la recusacion de los Oydores de consejo Real y Presidente y Oydores de las audiencias y Alcaldes de corte, y de las audiencias y de hijos dalgo Notarios y Relatores esta en el titu. 10. libr. 2. Recopilationis.*

a ¶*En las costas.* De materia expẽsarum infrà. tit. 18. hoc lib. 3. Couar. etiam agit de hac re in lib. pract. quæst. c. 27.

¶*TITVLVS. V. DE RECVsationibus iudicum.*

¶*Lex. 1.*

b ¶*Recusaciones ponen.* Periculosum enim est sub suspecto iudice litigare, ideo licèt eum per recusationem à causa remouere capit. cùm inter. de excep. capit. cùm speciali. de appellatio. capit. suspiconis. de offici. delegat. Alciat. in practica. folio. 76. vbi agit de recusatione. De qua materia plures multa scripserunt, quæ cõmemorare in specie non expedit, sed tantùm ea, quæ ad huius Regiæ constitutionis explicationem necessariora fore existimamus.

Et in primis Quæro, quid sit recusatio? Respondeo, quòd est iurisdictionis, vel audientiæ causa suspicionis proposita declinatio. Specul. in titulo de recusatio. §. 1. in. 1. parte. Stephan[o] Aufrer. in tracta. recusat. in princi. in. 8. volu. tract. Sequunt doctor. in. l. apertissimi. C. de iudi. secũdum Rebuff. in consti. regias Galliæ. 3. part. de recusationi. in præfatione. nume. quinto pagi. 148. facit text. in dict. l. apertissimi. & capit. suspicionis & capitu. super quæstionum. de offi. delega. cap. quod suspecti. 3. q. quinta.

*¶Ley. I. Como se puede recusar por sospechoso el Alcalde.*

¶El Rey don Alonso en Alcala. Era de mil. ccc. lxxxvij.

*ADDICION.*

*¶Esta ley se confirma por la ley 1. titul. 16. libr. 4. Recopil. adonde se añade, q̃ lo mismo se guarde, en recusar a los juezes delegados.*

REcusaciones ponẽ[b] los demandadosalgunas vezes contra los juezes maliciosamẽte por no respõder a las demandas que les son puestas. Porende mandamos q̃ si alguna de las partes alega reque ha por sospetio? Respõde quòd de iure naturali inuentã fuisse testantur Panormita. & communiter doctor. in dict. cap. cùm inter. de exceptio. per cap. quod suspecti. 3. quæst. 5. in fin. ibi, etiam quodammodo naturale est. & cap. secundò requiris. in fin. de appellatio. quia continet defensionem, ne videlicet innocens opprimatur: & condemnetur per suspectũ iudicem. quæ defensio est iuris naturalis. Cie. Pastoralis. §. cæterùm. de re iudi. Sed dicendũ censeo cũ Rebuff. vbi suprà. nu. 6. pagi. 148. vers. Ego dicerem, quòd recusatio est iuducta à iure positiuo, quadam ratione dictante naturali, vt in dict. c. secundò requiris. in fin. ibi. Ipsa nãq; ratio dictat. quia



quia suspecti, & inimici iudices esse non debent. Etiam probat casus dict. cap. quod suspecti. in illis verbis, Quodammodo naturale est suspectorum iudicum insidias declinare, & inimicorum iudicũ velle refugere. Et sic non dicit esse naturale, sed quodammodo naturale. Sic dicitur de legitima, vt sit introducta de iure ciuili, ratione naturali dictante. §. primùm itaque. ibi, secundùm naturam ipsis debeatur. in auth. de hæredi. & falci. colla. 1. ita tamen, vt quarta pars, quæ eisdem liberis debetur ex legibus, nullo modo diminuatur. l. pen. C. de legitimis hæredi. Vincenti. Hercula. in. l. quod de bonis. §. fin. ff. ad legem falcidi. & in disputa. 1. incip. Perusinus. 2. q. Panormi. cons. 63. column. 2. lib. 1. Alexand. cons. 75. colum. 3. lib. 1. Rota decisio. 18. in nouis. Philipp. Deci. in. l. iura sanguinis. num. 7. ff. de regulis iur. vbi ipse, & Hierony. Cucalon in eius additione plura citant in isto articulo. Rebuff. in tract. de decimis. q. 1. Dinus in regula. Indultum. de regul. iur. lib. 6. Signo. de Homodeis. cons. 27. colũ. 1. cum sequentib. qui pulchrè loquitur.

Tertiò dubitatur, Vtrùm minor, seu ecclesia non obijciens exceptionẽ recusationis intra terminum à iure concessum, eo elapso, per viam restitutionis admittendus sit? Et videtur dicendum quòd sic: quia durum esset coram suspecto iudice litigare. l. apertissimi. C. de iudic. Ioan. Mauritii. in tracta. de in integ. resti. capi. 253. Et istam sententiam seruatam fuisse in Granatensi Prætorio professus est dignissimus senator Philippi Regis. Hispaniæ Doctor Couarr. in lib. pract. quæstio. cap. 26. num. 4. vbi aliqua adducit ad hoc, vt non debeant admitti, elapso termino post conclusionem in causa, recusationes, quæ ante eiusdem litis conclusionem ortæ fuerunt. Reliqua, quæ ibi tradit in hac materia recusationis, non transcribo, quia per eum clara, singulariq; eruditione, vt sui moris est, scripta reperies. Et per Lanfranch. & Nicoliti. in rep. cap. quoniam contra. verbo, Recusationes. de probatio. & ibi. Augustin. Beroi. nume. 148. Curti. iunior in. l. ex quacunq;. col. 5. numer. 26. ff. si quis in ius voca. non ier. Iaf. in. l. apertissimi. C. de iudi. Philipp. Franch. & Præposit. in capit. postremò. de appellatio. Bald. in cap. cum speciali. & in cap. suspicionis. de offi. delegat. Dialogus Relatoris. 3. parte. c. 38. numero. 10. Robert. Maranta. in specul. aduocat. 6. part. pagina. 557. num. 24. cum sequent Bald. cons. 26. colum. 1. nu. 2. libr. 1. Paul. de Cast. cons. 313. incip. Ista pronuntiatio. colũ. 1. lib. 2. Preposit. Alexandri. in cap. secundò requiri. num. 6. & in cap. cùm sit speciale. nume. 18. cum sequent. de appellatio. Quibus in locis plures quæstiones in materia recusandi iudicem inuenies.

Quattum dubium censeri solet, quomodo sit proponenda recusatio contra iudicem? Respondeo quòd in scriptis. gloss. in cap. quoniam cõtra. verb. recusationes. de probatio. & in cap. secundò requiris. §. 1. de appella. Specula. de exceptioni. §. viso. versi. Sed nunquid. Panorm. in cap. prudentiam. §. sexta. de offi. delegat. Præposit. in dict. c. cùm sit speciale. num. 18. versi. nunc autem his declaratis. vt latiùs infrà dicemus.

Itẽ proponenda erit coram iudice recusato, & exprimenda est causa de iure Canonico, non tamen de iure ciuili. Latè probat Præposit. in capit. cùm speciale sit. colum. 2. nota. 4. de appell. Iurare tamen debet recusans, quòd iudicem non recusat ex malitia. ex gloss. & Bald. in dict. l. apertissimi. C. de iudic. l. 22. titu. 4. part. 3. & hic. ibi, iure. Rebuff. in consti. regias Galliæ. de recusationi. arti. 9. glo. vni. col. 1.

Quæro. 5. cuius expensis dabitur assessor iudici recusato ad petitionem vnius ex colitigantibus? Respondeo, quòd expensis recusantis, cùm ipse fuerit causa inquirendi extraneum iudicem seorsum ab ordinario, seu delegato, qui potuit, & debebat ex proprio officio iudicare. Bal. in. l. 4. §. sed & si. ff. finium regundo. Alberic. l. eos. §. si quis. num. 8. C. de appell. glos. in. l. 6. titu. 8. lib. 1. fori legum. Et ita practicatur, quòd qui recusat, soluit expensas assessoriæ. Facit dictum Bald. in cap. nõ nulli. colum. 3. num. 9. de resc. nepe quod in omnibus casibus, in quibus habet locum remissio, debet fieri expensis petentis. Sequitur Sebastia. Sapia in repe. l. hæres absens. §. si quis tutelam. nu. 6. ff. de iudi. Et ita in quæstione facti subiecta in ciuitate Ciuitatensi Roderici iudici rogãti respondi. Suadetur ex gloss. in. l. cùm sæpe. in verb. magnoscere. C. de eroga. milit. an. lib. 12. quæ tenet, quod si quis incarceretur, & custodiatur causa alicuius, ille, cuius contemplatione fuit incarceratus, tenetur soluere omnes expensas. Est singul. secundùm Guid. decisio. 211. nume. 2. Angel. §. fin. in fi. Institi. de actio. non est alibi secundum Bart. in. l. sanctũ. nu. 2. ff. de rer. diui. vbi per eam tenet, quòd si quis petat à iudice custodes, ne iniuriam ei ab aliquo tertio inferatur, quòd suis expensis, & non iudicis debet custodes habere. Barto. in. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. Præsid. num. 8. colum. 2. Corset. in singul. verbo. Expensa, in primo. Iaf. in. l. 4. ff. de edend. nume. 11. in. §. etiam is. col. fin. vbi dẽ notat de assessore dato propter recusationem partis, & de testibus absentibus, qui veniunt ad deponendum in causa. Item si mittitur nuntius absenti ad iurandum de calumnia, debet mitti expensis ipsius absentis, quia ipse est causa, quòd expensæ fiant. Iaf. in. d. §. etiam is. nume. 12. glos. in. l. 25. defendi. & ibi Bar. in fin. ad hoc notat. ff. ex quib. caus. in posse. ea. de quo per Ioan. Andr. & Domi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



in rub. de iu. calum. lib. 6. Adde Imol. in. l. recusare. §. fin. ff. ad Trebellia. & text. in. l. generaliter. §. his de præsentibus. & ibi Barto. Bald. & Sali. C. de reb. credi. & tex. in dict. l. eos. §. Si quid autē. C. de appella. Et quāuis Ias. in dict. §. etiam is. nu. 10. velit, quòd assessor debeat solui expensis vtriusque partis, tamen opinio, quòd solius petentis debeat solui, seruatur apud Hispanos, cum Spec. titu. De assess. §. salarium. versi. Quid si alter litigatorū. Ad de Barb. ad Bald. in. l. quoniam liberi. numero. 5. C. de testib. in verb. gl. inducit. Quod est singulariter notandum, & practicæ subnixum, & dixi in repilogo hæreticorū. in. l. 3. tit. 4. lib. 8. suprà & in l. 1. glo. 1. titu. 17. eo. lib. 8. ordin.

Præterea & 6. dubitatur. Vtrùm recusatio legitimè proposita impediat iurisdictionē iudicis recusati, ac reddat iudicium retro nullum? Et videtur quòd sic: nam recusatio, & appellatio æquiparantur in iure: sed appellatione pendēte nihil nouari licet, ergo, &c. Antecedens probatur in capit. super eo. vbi Panormi. de offi. de lega. Deci. in ca. postremo. in prin. primæ colum. de appell. Boeri. decisio. 259. nu. 3. Consequens in ti. ff. nihil nou. appe. penden. Et dicam infrà. de appella.

Secundò istam sententiā tenet glo. in cap. quod suspecti. verb. canonicæ. 3. quæstione. 5. Bar. consi. 195. & in. l. quia poterat. ff. ad Trebellian. quia hāc sententiā veriorem ait. Et idem Alexand. in. l. solet. ff. de iurisd. om. iudic. & consi. 89. lib. 1. Hosti. & Panormi. in cap. cùm speciali. de appellat. Lap. allega. 1. nume. 2. gloss. in verb. aū executore. in. l. apertissimi. C. de iudi. vbi Sali. & Angel. Paul. Paris. consi. 98. colum. 2. nume. 7. lib. 1. Quorum opinio communis est, quòd quemadmodum appellatio emissa suspendit iurisdictionē iudicis â quo, vt non teneant acta post eam, ita recusatio secundùm Anto. Tremol. in practic. ad Bonacurs. titul. de recusatio. addi. fina. & Sebastia. Vanti. de nulli. prōcess. & senten. rubr. De nullitate ex defectu iurisdictio. ordina. nume. 140. Ioan. de Amicis cōs. 109. colum. 2. num. 5. vbi alia ad hoc citat. De iure ciuili hoc procedit, de iure autē Canonico non est nullus processus, sed annullandus. gloss. in ca. quoties. verb. appellent. 2. quæstione. 6. & in cap. nouit. de appell. & gloss. in cap. quoniam contra. de proba. verb. recusationes. Bald. Imol. & Decius in cap. cùm speciali. colum. fin. num. 9. de appella. idem Imol. in. l. quia poterat. ff. ad Trebell. & in. l. quidam consulebat. ff. de re iudi. Roma. consi. 220. per text. in cap. iudex. de offi. de legat. lib. 6. & ca. secundò requiris. versi. quid si coram. de appell. Ratio diuersitatis ea potest esse, quia de iure ciuili recusatio proposita operatur suum effectum absque causæ probatione. gl. in. l. quia poterat. ff. ad Trebell. verb. nec illud. nota. in. l. apertissimi. C. de iudi. Est regia. l. 4. tit. 16. isto. lib. 3. ordinam. infrà. & in præsenti. l. 1.

De iure autem Canonico requiritur, quòd causa allegetur, & coram arbitris probetur. cap. legitima. de appell. lib. 6. meritò ante probationē, processus non redditur nullus, & tenet Spec. de recusat. §. qualiter autem. num. 10.

Limita, nisi iam electi essent arbitri in causa suspicionis: quia ex quo cognitio iam est translata in arbitros, processus iudicis recusati etiam de iure Canonico est nullus. Angel. in. l. apertissimi. C. de iudi. Deci. in dict. cap. cum speciali. colum. fin. de appell. & in consi. 175. colū. 2. libr. 1. vbi firmat istam opinionem esse cōmunem. De hac quæstione latissimè agit Præposit. in. d. c. cùm sit speciale num. 40. de appell.

Quæro. 7. Vtrùm omnes de cōsilio Regis possint recusari, vel totum parlamentum, vel doctores alicuius vniuersitatis, eo quòd Præses, vel caput est suspectum, vel synodus? Videas per Nicolaum Boēri. decisio. 269. De iure Regio causa suspicionis est alleganda contra senatorem Regium, & probanda coram reliquis auditoribus. iuxta. l. 3. infrà eodem. & l. 42. capit. 21. & 22. in libr. Prag. vbi habes pœnam non probantis causam recusationis propositam. Excludendus est auditor recusatus, quando cognoscunt cæteri de causa recusationis an sit iusta. Alexand. in cap. cùm sit speciale de appellatio. Capiti. decisio. 138. numero. 5. Rebūff. vbi suprà. pagina. 158. numero. 8. & 159. tertij tomi.

Quæro. 8. Vtrùm notarius, aduocatus, & procurator possint recusari? Et gloss. in authentic. de trien. & semisse. §. & quod sæpe. verb. artificis. collatio. 3. respondet quod sic. singul. ad hoc eam dicit Bald. in capit. quoniam contra. colum. 4. num. 12. de probat. Boēri. decisione. 258. numero. 7. vbi alios citat. tenet Lucas de Pen. in. l. hac parte. colū. C. de proxi. sacro. scrinio. libr. 12. vbi assignat rationem, quare tabellio possit recusari. & recusationis causa per iuramentum recusantis probatur Alex. consi. 104. col. 2. libr. 5. & Boēri. d. decisio. 158. num. 7. Anchar. consi. 263.

Quæro. 9. Vtrùm remedium inductum contra iudicem suspectum quòd possit remoueri, & recusari, possit à partibus renuntiari? Et videtur quod non: nam recusario est iuris naturalis. capit. quod suspecti. §. nam quodam modo. 3. q. 5. & continet defensionem: nam durum est sub suspecto iudice litigare. capitul. cùm inter. de exceptio. ea autem sunt immutabilia. Clem. Pastoralis. §. cæterum. de re iudica.

Suadetur secundò. Causa etiam si commissa sit iudici



iudici suspecto, nō censetur remota recusatio. gl. in cap. ad hæc. de rescrip. nota. secundùm Deci. in cap. postremo. nume. 4. de appella. Panormita. in cap. accedens. 1. vt lit. non contest. nota. 5. etiam si cōmitteretur motu proprio Principis. Panorm. in. c. cùm olim. 2. colum. fin. de offi. de legat. Deci. vbi suprà. Ratio potest esse, quia id facto expresso non poterat tollere, ergo nec ex tacito nō est præsumendum.

Itē reipublicæ interest, ne quis re sua malè vtatur, sed si remitteret suspicionem, perderet suā causam, & sic rem deductam in iudicio, ergo non valet renuntiatio.

In oppositū patet ratio. Nā omittens exceptionē recusationis, censetur approbasse personā iudicis, ac perinde posteà nō potest eam amplius opponere. Ergo à fortiori dicendū erit mediante approbatione expressa, maximè, quia ius est pro iudice, quòd ritè, & rectè procedet in offi. l. 2. C. de offi. ciui. iudic. ibi, quod non arbitramur. Bald. in. l. vn. C. ne quis in sua causa. Alciatus in tracta. præsumptio. regul. 3. præsumptio. 9.

Confirmatur ex Spec. de recusa. §. si autem recusatio. vbi cōstat, quòd recusatio iudicis ex tacita seu expressa approbatione partis excluditur. facit in arg. l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iudi. idē probat Paul. Parisi. cōsi. 31. nu. 70. libr. 1. ergo & in casu proposito.

Tamen in cōtrarium versatur. Nam si quis promiserit stare iudicio alicuius, & non appellare, intelligitur dum tamē iniquum quid non appareat, & promissio non comprehendit illicitum capit. Quintauallis. de iureiurand. text. in capitu. ad hæc vbi latè Deci. numer. 2. de appella. Sed primam tene, nempe quòd possit. Nam comparens voluntariè cōrā iudice recusato ex causa præcedenti, non poterit recusari. c. ex parte. m. de appellat. ca. cùm speciali. de appella. glo. in. c. nō solum. de appella. lib. 6. Bart. in. l. à procedente. C. de dilatio. Alexāder de Imol. consil. 183. column. 2. libr. 2. Rebuff. in constitutio. regias Galliæ. de recusationibus. ar. 6. glo. vn. num. 4,

Quæro. 10. Quæ sint causæ, propter quas iudex poterit recusari? Et respond. quòd vna est, si iudex est nimis fauorabilis alteri parti. Deci. consil. 260. nu. 4. lib. 2. Vel si loquatur aduersarius familiariter ad aurem iudicis. Roma. sing. 257.

Item si est iniquus iudex. Deci. consi. 175. nu. 1. libr. 1. Item si causa de apicibus iuris esset commissa alicui doctori crasi ingenij. Ias. in. l. stipulationum quædam. num. 5. ff. de verb. obliga. Item propter consanguinitatem, vel ad alias causas, de quibus per Deci. in c. postremo. de app. Quadraginta congessit Rober. Maranta. in spec. aduoca. 6. part. §. secundus actus. nu. 27. pagi. 558.

Amplia primò, q̄ iudex ordinarius potest recusari. c. cùm speciali. de appe. text. est in hac. l. 1. De iure autē authen. vid. authēt. si verò, de iudi. & ibi Ias. vbi nō potest recusari in totū, sed datur socius. Idē fit iure Regio, vt hic. Ias. in. d. l. apertissimi. n. 4

Item potest recusari iudex delegatus. l. apertissimi. C. de iudi. cap. si contra vnum, de offi. de leg. lib. 6. l. fin. infrà eod. tit. 5. Quod procedit, nisi esset petitus per aliquam partē, nam ab impetrante non poterit recusari. authenti. offeratur. C. de litis contest. Quod etiam extende non solùm si sit impetratus per partem, sed etiam si sit impetratus per eius procuratorem. gloss. 2. in. c. cùm olim. de caus. poss. & propriet. quam ibi laudat Bald. Si autē ab vtraque parte fuerit impetratus, à nullo potest recusari, nisi ex noua causa. text. est in. ca. insinuante. de offi. de lega. l. 2. C. de consorti. eiusdem litis iuncta glo. ibidem.

Itē potest recusari Tabellio, vt suprà dixi quæstio. 8. Alex. ad Bald. in. l. apertissimi. C. de iudi.

Item potest recusari Procurator etiam post litē contestat. gloss. in. l. item si suspectus. ff. de Procura. Inimici hominis, domestici eius. Et nulla deterior pestis ad nocendum, quàm familiaris, inimicus secūdùm Boetium, sed huiusmodi esset procurator, ergo repellendus.

Item recusatur arbiter cōpromissarius ex causa noua, vel antiqua de nouo reperta. text. singul. in. l. non distinguemus. §. cùm quidam. ff. de arbi. l. 31. titulo. 4. partit. 3. Et iste est casus, in quo requiritur de necessitate, quòd exprimatur causa suspicionis, & cognoscat de ista suspicionis causa iudex ordinarius loci. tex. est in dict. l. partitæ. & in. l. 22. tit. 4. part. 3.

Item recusari poterit assessor. Panormita. in capit. 1. columna. 3. de iudic. Adde Parid. de Puteo. tracta. syndicatus. verb. suspicio. Optimè causas propter quas recusari potest iudex, explicat Rebuffus in constitutio. Regia Galliæ. tertia part. tract. de recusatio. arti. 9. gloss. vna. nu. 9. Vtrùm autem scholaris si habeat suspicionem cōtra aliquem doctorem, seu cancellarium in examine suo possit eum, vel eos, qui sibi existunt suspecti recusare? Respon. posse. Et ita fuit Salmanticæ practicatū, me existēte doctore iam sunt decem ferè anni elapsi. Panormita. in cap. causam. de offi. de lega. Felin. in capi. ex literis. num. 30. de consti. Rebuff. in tracta. de priuileg. schola. priuilegio. 87. vbi recurre, quia est quotidianum.

Dubitatur. 11. Vtrùm merus executor recusari possit? Et est dicendum quòd non cap. super eo. 2. & in cap. nouit. de appe. Ias. in. l. fin. nu. 9. C. de iudic. Specul. de recusatio. §. recusari. in fin. num. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nota tamen, quòd postquam concluſum eſt in cauſa in caſibus ſupradictis, non eſt locus recuſationi, etiam ſi cauſa ſuperueniat. Panormit. in capit. cùm dilectus. de cauſ. poſſeſſ. columna. 5. Et ſi eſt vera hæc opinio, datur opti. limitatio ad dict. capit. inſinuãte. de offi. delega. & tenet Præpoſit. in cap. cùm ſit ſpeciale. nu. 22. de appella. ibiq; hãc concluſionem aliquot modis limitat.

Quæro. 12. Aliquis fuit recuſatus mediante certa cauſa expreſſa in recuſatione, vtrùm alia nõ expreſſa proſequi poſſit? Et concludendũ eſt quòd non. Boniſaci. in Clementin. Appellanti. columna. 6. numero. 69. infrà. de appellatio. Speculat. tenet expreſſè in titulo. de recuſa. §. fina. numero. 28. libro. 1. Et ibi reſpondet ad contraria. Quia ex cauſa iuſta allegata, & expreſſa poterit recuſari, non autem ex cauſa non allegata, quanuis idonea eſſet ad repellendum iudicem, caſu quo propoſita, & probata exiſteret. Præpoſit. idem tenet in. d. cap. cùm ſpeciale ſit. nu. 20.

Quid autem ſi non expreſſit cauſam in recuſatione, an poſsit eam explicare coram arbitris, vel ſaltim antequam fuerint electi? Sit concluſio. Cauſa ſuſpicionis non expreſſa, poterit proponi antequãm arbitri eligantur, vt videmus in appellatione ab interloquutoria, vt in ea infrà decem dies poſsit exprimi cauſa, quia infrà illud tempus poſsit appellare, ſecundùm Bald. in dicto capit. cùm ſit ſpeciale. & ibi Alexandri. numero. 19. de appellatio. Addi. ad Speculat. titulo. de recuſa. §. effectus autem. nume. 27. verb. probaui.

Quæro. 13. Iudex poſtquàm fuerit recuſatus, quid facere debeat? Et in hoc articulo ſic diſtingue. Nam aut quæris de iure ciuili, aut de iure regni, aut de iure Canonico.

Si de iure ciuili, aut loquimur in ordinario, aut in delegato. Si in ordinario, recuſatio tunc non habet locum. text. in authentic. Si verò. C. de iudic. Si in delegato, habet locum. l. final. C. de iudic.

De iure verò regni ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, habet locũ, vt in hac. l. 1. & l. fi. iſto titu. quas nunc declaramus.

De iure autem Canonico diſtinguendum eſt. Aut loquimur in ordinario, aut in delegato. Si in ordinario, procedit text. in capitul. cùm ſit ſpeciale. de appellation, qui vult, quòd partes eligant arbitros, coram quibus cognoſcatur de cauſa ſuſpicionis: ipſe tamen ordinarius recuſatus poterit ſtatuere terminum ipſis arbitris, intra quem dictam ſuſpicionis cauſam debeant terminare. text. in capitul. legitima. de appellatio. libr. 6. & ſi conſtat cauſam ſuſpicionis eſſe iuſtam, eſt in optione ipſius recuſati cauſam remittere ad ſuperiorem, aut ipſe eam committet alicui perſonæ, vtrique parti non ſuſpectæ, & ita loquitur text. in dict. ca. cùm ſpeciali. de appella.

Aut verſatur quæſtio in iudice delegato, & tunc aut eſt delegatus à ſede apoſtolica, aut ab inferiore. Si eſt à ſede apoſtolica, habet locum text. in capitul. ſi contra vnum, de offici. delega. libro. 6. ſi autem eſt delegatus ab inferiore, tunc de cauſa recuſationis debet cognoſcere Epiſcopus ordinarius. Caſus eſt in capitul. ſi contra vnũ. §. final. de offici. de legat. libro. 6. Si autem recuſatur officialis, tunc procedit text. in dicto capitulo ſi contra vnum. Vide optimam legem. 22. titulo. 4. part. 3.

Quæro. 14. Vtrùm recuſatio ſit in ſcriptis proponenda? Et concluſiuè dicendum eſt, quòd recuſatio eſt facienda in ſcriptis. text. iuncta gloſſ. libellum in. l. apertiſsimi. & in. l. final. C. de iudic. gloſſ. verb. recuſationes. in capitul. quoniam contra. de proba. & ibi Hoſti. Ioan. Andræ. & Panormi. Spec. de recuſatione. §. qualiter. numero. 1. dicens, quòd in libello recuſationis continebitur quis, quem, in qua cauſa, & quare recuſat. Idem Ioan. Andr. Arch. & Domi. in capitul. legitima, de appella. libr. 6. l. 42. capit. 21. libro. Pragmatica. ibi *Vean luego, y examinen el eſcripto de la recuſacion: è ſi las cauſas en el contenidas.* &c. Et ibi. cap. 22. dũ dicit, *que en el miſmo eſcripto de la recuſation.* Conſtat etiam, quia in obiectione huius recuſationis tractatur de præiudicio tam iudicis recuſati, quàm partis, & debet apparere de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ adhoc, vt iuxta formam petitionis ſententia pronũtietur cap. licèt Hely. de ſymoni. l. vt fundus. ff. communi. diuid. Tenet Iaſo. in. d. l. apertiſsimi. nu. 15. Rebuff. dicit communem vbi ſuprà in conſtitutio. regias Galliæ. tertia parte. pagina. 159. numero. 6. Tu etiam ius regium eſt accipiendum ſecundùm ius commune lege nam & poſteriores. ff. de legib. Et ſic caſus omiſſus ab ſtatuto, vel qualibet alia conſtitutione, ſeu diſpoſitione, manet ſub diſpoſitione iuris communis lege ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matrimon. capit. 2. de tranſla. præla. capit. dilectus. de tempor. or. capit. is qui. de ſentent. excommunica. libro. 6. Clementin. Ne Romani. & Clementin. Conſtitutionem. de electio. quæ iura loquuntur de lege, & Canone. De alijs diſpoſitionibus adde Andræ. Tiraquell. de iure primogenitorum. quæſtione. 40. numero. 190. Si ergo ita eſt, quòd de iure ciuili & Canonico eſt neceſſarium, quòd recuſatio in ſcriptis proponatur, conſequens erit fatendum, quòd etiam de iure regio locum habere debeat per prædicta. Et ita intelligo legem hanc. l. 2. & l. 3. infrà. quæ dicunt, ibi, *ponen.*



*ponen.* & ibi, *alegare que ha por ſoſpechoſa al Alcalde.* &c. & non dicunt, an in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, vt procedant ſecundùm formam conſtitutam à iure antiquo. & l. 9. tit. 7. lib. 1. for. ibi, *dixere que ha por ſoſpechoſa à aquel Alcalde.* & l. 22. tit. 4. part. 3. & l. 191. ſtyli. & ſecundùm ius nouum Pragmati. d. l. 42. cap. 21. & cap. 22.

Quæro. 15. Vtrùm cauſa recuſationis ceſſante, ceſſet & ipſa recuſatio? Et videtur, quòd non: nã initium vtile & validum fuiſſe inſpiciendum eſt, & ſi res peruenìat ad caſum, à quo incipere nõ potuit. l. 1. §. ſed ſi filiusfami. ff. de legat. tertio. vbi teſtamentum nullam à principio, ex poſt facto nõ confirmatur ex habilitate ſuperuenienti. Item actus validus à principio, non rectractatur ex cauſa ſuperuenienti de nouo. text. eſt in ſui ratione in l. vnica. ff. ſi tabulæ teſta. extabunt. ibi, nam & ſi mortis tempore tabulæ fuerint, licèt poſtea interierint, competet bonorum poſſeſsio, quia verum fuit tabulas extare. ceſſante enim cauſa diſpoſitionis, non ceſſat effectus iam conſummatus. l. fina. in princip. C. vnde libe. l. ſancimus. C. de admini. tuto. ſed cauſa recuſationis fuit legitima tempore, quo fuit oppoſita, ergo licèt poſteà ceſſet, non ceſſabit remotio. facit. l. facta. ff. de au. & argen. legat. Rota. 5052. in antiq.

In oppoſitum facit: nam ceſſante cauſa recuſationis, ceſſare debet diſpoſitio, & ſic remotio. argumen. capit. magnæ. in fine. de vot. capitul. cùm ceſſante. de appellationib. facit gloſſa in Clemẽ. 1. verbo. donec. de decim.

Item confirmatur ex Specu. de iudic. delegat. §. ſupereſt videre. verſicu. Quid ſi ſocius. quòd licèt ſocius durante ſocietate non poſsit dari iudex ſocio, & ſi detur, poſsit recuſari: tamen ea ſocietate finita, poteſt eſſe iudex, nec vt ſuſpectus recuſabitur, ceſſante ſcilicet recuſationis cauſa. Et ſequitur Alberi. in. l. cui eorũ. §. affinitates. in fin. ff. de poſtul. & in. l. affinitatis. C. communia de ſuc. Hipolyt. in. l. etiam ſi redhibitus. colum. ſecunda. ff. de quæſtio.

Quam ipſe intelligerem in caſibus præmiſsis, in quibus conſtaret verè, quòd ceſſauit cauſa recuſationis, non autem vbi omninò eſſet remotus, & ſic recuſatio potita eſſet ſuum effectum, vel eſſet cauſa inimicitiæ, & eſſet poſtea ſequuta reconciliatio, nam de tali amico non eſt fidendum, vt dicitur vulgariter. Et ſic poteris reſpondere ad adducta pro priori parte. De inimico reconciliato tenet Specu. titul. de iudic. delega. §. ſupereſt. num. 13. citat capi. accuſatores. in primo. 3. quæſtione. 5. & capit. propoſuit. de appella.

Quid facere debeat iudex delegatus facta recuſatione? Specu. de exceptio. & replica. §. viſo quando exceptiones, numer. 19. dicit, quòd facta recuſatione, iudex delegatus conſideret, an manifeſtè ſit ſufficiens cauſa recuſationis, quòd ſi eſt, ſtatim ſuperſedeat, & fiat prout dicitur de appellationib. capit. cùm ſpeciali. & de offici. delega. capit. ſuſpicionis. & compellat partes eligere arbitros, qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcant. de foro competenti. capitul. ſi quis contra. & de appellationib. ad hæc & in. vbi Præpoſit. numero. 3. Si verò in dex dubitat, an cauſa ſit ſufficiens, putà, quia non eſt expreſſa in iure, ſtatim eligant arbitros ſecundùm formam, quæ habetur in prædictis iuribus. ſuſpicionis. & capitul. cùm ſpeciali. Quòd ſi ſit manifeſtè friuola, quia proponit eam, dicendo, Recuſote, quia ſemel refectionem ſumpſiſti cum aduerſario meo, vel quia fuit tecum ad ſanctum Iacobum in Compoſtella, vel quia ſtuduiſti ſimul in eaſdem ſcholas & ſub eodem præceptore, iudex non admittet eam, ſed procedet in cauſa recuſatione minimè obſtante. capitul. paſtoralis. de appellationib. & capitul. qualiter. de iudic. etiam ſi appellauerit, vt ibi. & in capitul. vt debitus. de appellationibus. Quod intellige, quando cauſa eſſet notoriè fruſtratoria ſecundùm Specul. de recuſatio. §. qualiter autem. numer. 2. Aliàs autem cognitio vtrùm ſit legitima, nec ne, ſpectat ad arbitros, quia iudex ſemper iudicaret cauſam contra eum propoſitam iniuſtam eſſe, ſecundùm Specula. loco proximè citato. Et probatur ex eo. Speculato. de recuſa. §. effectus. numero. 24. Vide Felinum ponentem regulam cum. 14. fallent. in capitu. ſuper literis. de reſcriptis. Iacobi. in. l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic. ac Corſet. in ſingul. verb. iuriſdictione. el. 1.

Quæro. 17. Vtrùm propter ſuſpicionem, quæ eſt in Epiſcopo, vel delegante, poſsit delegatus, ſeu eius vicarius recuſari? Et videtur, quòd ſic. Nam vicarius alicuius prælati eſt in effectu eius domeſticus, ſimiliter delegatus, ſaltim ſunt ei amici, & volunt ſatisfacere iniuriam illatam Epiſcopo, vel deleganti, ex qua procedit cauſa ſuſpicionis in ipſis. Ergo præſumitur ſuſpectus, tum ratione domeſticitatis, tum gratia amicitiæ, vel muneris recepti, vel quod ſperari poteſt ab Epiſcopo, vel alia poteſtate: ſicuti videmus quotidiè, experientiaque docti ſumus, facilimè flectuntur homines in iudicijs, ſiue ſuperiores, ſiue inferiores ſint ex præmiſsis cauſis.

Secundò ſuadetur ex capitu. viſis. 16. quæſtione. 2. dum dicit, humani moris eſt, illum vereri, cuius iudicio, & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. Sed ſic eſt in ſpecie propoſita, ergo intentum. Et hanc opinionem tenent Panormit. & Felin. in capit. inſinuante. numer. 1. de offic. delega. vbi ipſe Feli. plura allegat, quæ faciunt ad confirmationem huius noſtræ quæſtionis.

Universidad de Deusto Biblioteca



Iaso autem ex textu in.l.solet.col.fin.nu.3.ff. de iur.om.iudi. videtur tenere contrariam sententiam, sic dicendo. Nota ex istis legibus, quod causa suspicionis, quæ est in delegante, non durat in eius delegato. Quod intellige, & limita secundũ text. in capit.iudex.de offic.delega. libro. 6. quem debuit allegare Bart.hic, qui alium corruptè allegat. Hæc sunt verba Iasonis loco præscripto.

Et ista opinio Iaso.probatur in capitu.si contra vnum.in fin.de offic.delega.Rip.in capit. primo. nume.44.de iudic.sed tamen secundùm eum contrarium verius est, & tenent communiter Docto. Ratio est manifesta: nam poterit Episcopus vicarium suum pro libito remouere.glo. in Clement. 2.de rescript.Domini.in capit.1.de offi. vica. libr. 6.Rip.vbi supra. ergo verisimile est, quòd trahetur in sententiam episcopi, ne reuocetur, seu remoueatur ab officio.

Præterea confirmatur ex Bal.in.l.1. C.si rector prouin.quem citat Boeri.decisio.269. nu.2. quòd propter caput suspectum, poterit totum collegiũ recusari. Felin.in capit.1.colum.3. de iudic. & Paris de Puteo.in tract.syndicatus.verb.suspicio.nume.10.fol.254.gloss.in capit.in singulis.verb. appellatione.in fin.de sta.regula. quæ vult, quòd si est suspectus principalis, tota synodus recusari poterit. Citat eam Felinus in capit.insinuante. col.2. nu.5.de offic.delega.Boeri.dict.decisio.269. nu.1. Barba.in capitu.1.de iudic. Ergo & Vicarius Episcopi, seu habens causam ab alio delegatam in specie proposita poterit recusari. Confirmatur ex Præposit.in capit.cùm speciali.col.12.de appella. quem refert, & sequitur Anto. Capici.decisio.138. numer.4.quòd si prædecessor fuit suspectus, potest etiam recusari successor, quando suspicio fuisset causata respectu dignitatis, non personæ. Sed hic potest facere respectu successionis in effectu, & quia causæ suspicionis vigent contra delegantẽ, de quibus per Parid. de Puteo. in tracta. syndicatus.verb.suspicio.ergo idem ius debet militare.

Limita tamen in Vicario Episcopi, qui habitaret seorsum, & in eo, qui non eligitur ab ordinario, seu Episcopo. argumẽ.l. à proconsulibus. C. de appell.Feli.in.d.c.insinuante.colum.2.num.1. de offi.delega.

Item fallit secundò secundùm eundem Felin. loco proximè citato in causa commissa Vicario tanquàm delegato à Papa. Cardina.in Clementi. secunda.quæstione.8.suprà.de offi.vica. qui dicit ita se consuluisse. Rip.in.c.1.de iudic.nume.44.

Fallit tertiò, quando Vicarius tanquam familiaris non subest Episcopo, vel caput suspectum esset tale, quod non præsumeretur ratione subiectionis, quia vniuersitas non est ei subiecta, quod faceret iniustum. Bald. & Anto.in capit.1.de iudi. Secùs si ei subest Boeri.decisione.269.num.2. Vnde si rector, vel scholasticus esset mihi suspectus, non ex eo sequitur, quòd ex hac causa sint doctores nostræ vniuersitatis, in qua maximè viget iustitia, & summa rectitudo, & vnusquisque secundùm suam conscientiam rectum facere nititur.

Decimaoctaua quæstio, Vtrùm omnes de vniuersitate, Collegio, seu ciuitate possint recusari? Est dicendum, quòd quanuis qui allegat omnes doctores de ciuitate suspectos præsumatur quòd faciat in fraudem. vt inquit Bald. in.l. hoc modo. per illum tex.ff.de cond.& demonstra. tamen admittenda est recusatio, secundũ Alberi.in.1.part. statuto.questio. 100.incip. An autem possit quis dicere omnes iudices. refert & sequitur Ias. in.l. cùm apertissimi.colum.3.C. de iudic. Philippus Franch.in capit, cùm speciali.col.6.versi.Decimò quæritur.de appella.Anto.Capici.decisio.138.nume.6.Facit cap.licèt ex suscepto. de foro compe.

In contrarium versatur gloss.in capitul.1.verb. interrogatus.de iudic.quæ dicit, quòd tota synodus non potest recusari tanquam suspecta, seu Cõcilium. De qua præter alios ibi est videndus Ripa. Quod est verum si sit Concilium vniuersale, secùs si sit prouinciale. Et vtroque casu sic intellecta gloss. est communis. Et quia secundùm communem intellectum Concilium coram quo ibi Episcopus promiserat litigare, erat prouinciale, prædicta gloss.relata ad textum communiter improbatur. Licèt eam defendat Domi. Iacoba. de Concilio.libr.quinto.artic. decimo. vbi ponit aliam tertiam assertionem, quòd Concilium vniuersale, vbi non præest Papa, potest etiam recusari. Quam intellige, & limita per eundem pulchrè loquentem in hoc articulo. Vide Ripam in ca.1. nume.45.de iudic. Qui est videndus à nume. 44. vsque ad.46.exclusiuè. & ibi ponit quinq; cõclusiones in materia.

De iure regni quanuis summus Prætor recusetur, & probata causa recusationis iuxta. l. 42.capitu.22.in libro Pragmatica.remoueatur, non ex hoc cæteri sunt suspecti, cùm antiquior auditor in eius locum statim subrogatur, & sic Consilium remanet in totum integrum in sua substantia, nec alij auditores sint ei subiecti, nec ab eo præfecti, & vnusquisque suo capite gubernatur absque timore ipsius Præsidentis, vt experientia docet. Nam possumus dicere illud Persij.

*Mille hominum species, & rerum discolor vsus,*
*Velle suum cuiq; est, nec voto viuitur vno.*

Gloss.in.l.Barbarius.ff.de off. Præto. verb. multo magis. Et quanuis omnes recusentur, valet recusatio, & recusati debent nominare iudices literatos ad causam definiendam. dict.l.42.cap. vigesimosecundo. versic. *E si todos los del consejo.*

Quæro.



Quæro.19. Quis cognoscet de causa recusationis proposita contra regiũ Senatorem? Respon. quòd alij coniudices, seu auditores non recusati. dict.l.42.capit.21.libro Pragmatica. Si autem iudex ordinarius recusetur, datur ei adiunctus, & non remouetur in totum.authenti. si verò. C.de iudi.Iaso.in.l.apertissimi.numero.4. eod. titulo. Et debet recusans iurare recusationem esse iustam, & non ex causa malitiæ obiectam. Et sine insertione causæ sufficit, secundùm ius regni, vt in hac lege habet.& in.l.2.ibiq; Greg.Lop.tit.4.p.3.

Postquàm iudex fuerit recusatus, recusans debet protestare nullitatem processus, & adijcere, quòd eum recusat, & omnes iudices seculares, & tales & tales literatos, si qui fuerint in ciuitate ministræ suspicionis, & iurare recusationem, & testimonium recusationis petere à Tabellione. Et deinde in proximo consistorio accedere cum petitione bene formata. vt declaraui in capi.quoniam contra.de probatio.vbi praxis, quæ est seruanda in regno in recusatione, & petitiones, quæ fieri debent secundùm stylum hodiernũ proposui. Et ne ignoretur forma, erit sequens.

*Muy magnificos señores. Iuan en nombre de fulano preso en la carcel publica desta ciudad en cierta asserta causa criminal, que se trata con Pedro, y a su pedimiento, yo tengo en ella por sospechoso al muy magnifico señor ful. Corregidor desta ciudad, y a su teniente, el señor. N. y a su Alcalde mayor el Licenciado. N. y Alguazil mayor, y a los demas justicias desta ciudad, y por tales sospechosos los tengo recusados. Y porque se me guarde mi justicia, a. V. S. pido, y supplico mande nombrar, y nombre dos señores Regidores deste su muy insigne consistorio, para que se acompañen con el señor Teniente ful. para la determinacion desta causa. Para lo qual su officio imploro, y pido justicia, y testimonio.*

Tunc per consistorium ciuitatis nominantur duo Decuriones, cùm quibus iudex est sociãdus, & secum debent habere assessorem literatum, qui debet videre processum, & procedere in causa criminali cum iudice in sententiando ad torturam, siue ad aliam: & si inuicem concordant cum iudice ordinario, erit vna sententia siue torturæ, siue liberationis, & pronuntiabitur per omnes. Et si iudex non se concordat cum assessore decurionis, tunc quilibet pronuntiat per sententiam, putà decuriones cum assessore, si est priùs requisitus iudex à quo, quod iudex se concordet cum sua sententia, & tunc si non concordat, iudex de per se pronuntiat aliam sententiam. & tunc reus ad Cancellariam rehiam appellat *para los Alcaldes de crimen.* Et hæc appellatio præsentatur coram illis cum testimonio, & datur prouisio, quę vulgo dicitur, *de mejora.* Et ista prouisio est citatoria, & compulsoria, quia citat partem aduersam, & compellit tabellionem, quod intra certum tempus det processum sigillatum, & clausum, & pars aduersa cum processu, vel eius procurator se præsentat corã iudicibus criminis.

Viso autem processu per eos, approbatur vna illarum sententiarum, & quæ est approbata, remittitur iudici à quo, vt in ea procedat secundùm ius. Et de his solennitatibus dicam infra de appellat. Hæ autem sint quantum ad articulum recusationis. In ciuilibus autem idem dicas, si causa excedit decem millia marabetinorum, aliàs sententia decurionum executioni mandabitur.l.6. & quæ ibi dicam titul.16. libr.3. infra. ibi, *E lo que estos assi determinaren, sea firme executado, e no aya, ni se reciba otra appellacion, ni supplicacion para ante nos ni para nuestra audiencia, ni para ante otro juez alguno.*

De differentia, quæ est inter ius Canonicũ & ciuile in recusatione iudicis, est videndus Philip. Franch.in.c.cùm speciali.nu.46.q.21. de appella.

De iure autem Canonico est alleganda causa in recusatorio libello, & nominantur arbitri ad cognoscendum de ea, & si legitimam repererint, iudex delegatus, seu ordiuarius ecclesiasticus remouetur in totum. Forma est talis.

*Muy reuerendo señor. Doctor Diego Perez por persona de mi Procurador parezco ante. V. m. con protestacion que hago ante todas cosas, que por aucto, ò auctos que ante. V. m. haga, de no le atribuyn mas jurisdiction de la que en este caso le compete de derecho, y digo que no puede, ni deue proceder en esta causa, y no ser juez della a pedimiento de Pedro, por ser como. V. m. es tan su amigo, o por tal causa,* de quibus suprà. *e por tal le tẽgo por sospechoso para que no me guarde mi justicia. E porque de derecho es cosa peligrosa, e graue, que ninguno litigue delãte juez sospechoso. E para prouar la causa q̃ de derecho se requiere ser verdadera, nombro por mi juez arbitro al muy Illustre señor Don Aluaro de çuñiga, que es cauallero y letrado de sciencia, y consciencia, e pido a. V. m. mande al dicho fulano parte contraria a que nombre arbitro de su parte dentro de vn breue termino so graues penas e censuras, para que se junte con el de mi parte nombrado a conoscer de la dicha causa de sospecha, y recusacion.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



*cion. Y en defecto de no nombrar la parte aduersa. V.m. de su officio haga el tal nombramiento. Para lo qual, y en lo necessario el officio de. V. m. imploro, y pido justicia, y costas. Y juro a Dios a esta cruz † que esta recusacion no la pongo de malicia, saluo por alcançar justicia.*

Est notandum, quòd quilibet iudex ordinarius, siue delegatus potest recusari de iure Canonico. Specu. de recus. §. 1. nu. 1. Faciunt dicta supra hac glos. l. q. 13. & capit. cùm speciali. & ibi Henri. de appella. & in capit. secundo requiris. eod. tit. tul.

Ita exceptio debet proponi ante litem contestatam, nisi de nouo superueniat ad notitiam partis, vel de nouo fuerit orta. capi. pastoralis. de excep. facit. c. cæterùm. de iu. calum. Item de iure Canonico erit admittenda, sicut exceptio excõmunicationis quandocũq; opponat, secũdum formã tex. in dict. cap. Pastoralis. etiam transacto tẽpore statuto à iudice ad opponendas dilatorias exceptiones, secundùm Deci. in dict. cap. pastoralis. num. 8. & 9. Et probatur. Vbicunque æquitas versatur, ibi rigor cessare debet. l. placuit. C. de iudi. sed ius canonicum versatur in æquitate, ne quis indebitè damnetur, vt est notum, ergo hæc æquitas debet præferri.

Item quãuis recusans fuerit causa suspicionis, & inimiciti e, est tuendus in sua defensione. argu. cap. cùm inter. de exceptio. ergo si viget de nouo etiam transcurso termino hominis, erit admittenda exceptio cum iuramento, quòd de nouo peruenit à dei notitiã. declarat Rebuff. tres in hoc articulo casus in consti. Regias Galliæ. De recusationibus. art. 1. glos. 2. pagin. 150. cum sequen.

Est dubium, Vtrùm causa possit cõmitti iudici recusatione remota? Et videtur quòd sic. Nam recusatio potest remitti expresse à partibus: ergo multò fortiùs à principe, qui est lex viua in terris. §. sed quòd Principi placuit. Inst. de iure natu. genti. & ciui. cap. proposuit. & ibi glo. de concessio. præbend.

Adidem est Specul. de recusa. §. 1. nume. 5. vers. quid si sic causa committitur. Lap. in capitul. index ab apostolica. de offici. delega. libro. 6. Bald. in l. fin. C. de senten. & interloc. omni. iudic. Angel. & Imol. in l. 1. §. interdum. ff. à quibus app. non licet. Innocen. in capit. ex transmissa. de foro compet. Hippolyt. sin gula. 292. Nihil est tam graue. Nam sicut appellatio expresse tolli potest, ita & recusatio secundùm prædictos Doctores. Dueñas in tracta. regula. cum fallentia. regul. 43. ad finem.

In oppositum videtur. Nam recusatio continet defensionem, & quatenus continet defensionem; à principe tolli non potest. vt dixi in rubri. de exceptioni. extra. Item & secundò istam sententiam tenet Panormi. in. c. ad hæc. per gloss. ibi sing. de rescrip. & in. c. cùm inter. de exceptio. Domini. in. c. iudex ab apostolica. de offi. delega. lib. 6. Deci. consi. 175. nume. 3. & in dict. ca. cum inter. Et est cõmunis secundùm Rebuff. in constitu. regias Galliæ. pag. 148. nu. 9. in 3. tomo.

Pro declaratione dic, quòd aut causa committitur iudici suspecto, & in dubio non censetur adepta recusatio. glo. in dict. c. ad hæc. de rescrip. quãcitat Hippolyt. singu. 292. Panormi. in capit. cum inter. nume. 9. de exceptio. Deci. in cap. ad hæc. nu. num. 4. & in cap. proposuit. nume. 1. de appell. & sic loquitur prædicta glos. quando commisit causam suspecto, non tamen dixit, quòd pars nõ posset remedium recusationis obijcere.

Aut commisit recusatione remota: & intelligitur tantùm de calumniosa, & friuola, sicuti quando cõmittitur causa app. remota, nam procedit de friuola & iniusta, non de iusta. Philipp. Franch. in cap. postrem. nõ. de appella. Hippolyt. sing. 292. Et quòd clausula, appellatione remota, nõ impediat legitimam appellationem ex notorio grauamine, est glo. in. c. ex conquestione. verb. post appellationem. de resti. spoli. quam multùm notab. dicit Panor. in. c. inter cæteras. 1. col. de re iudi. & in capitul. pastoralis. in prin. col. pen. de appella. Hippolyt. in practi. §. secunda. numer. 27. & in singul. 592. & in dict. practic. §. sequens. nu. 43. & consil. 89. nu. 18. & in. l. prima. §. si serui quasi. numero. 25. ff. de quæstio. Faciunt dicta à Felino in capitul. causam quæ. numer. 21. & in numer. fina. de rescript. & Alci. de præsump. in 2. part. princ. nu. 16. pa. 34.

Aut causam commisit de potestate absoluta, & certa scientia, & apparet, quòd nullo modo vult admittere recusationem, sed quòd in causa procedatur, & tunc valet commissio, secũdùm Innocen. in dicto capit. ex transmissa. de foro competen. ibi in gloss. tuæ. ait. vel nisi diceret, non obstante exceptione recusationis. hactenus. Innocen. sequitur eum Hosti. in dict. capit. cùm inter. Bart. in l. fina. C. de senten. gloss. in. l. apertissimi. verbo. recusare. C. de iudic. Et Hugo Cels. in tracta. Clausula. Clausulæ rescriptorum. vers. Recusatio ne remota. folio. 171. colum. 1. secundùm paruam impressionẽ. Dueñas vbi suprà. regul. 43.

Princeps omnia potest, & causa semper in eo præsumitur, & sic ei obtemperãdum est, quia potest per eum grauamen ab isto iudice suspecto in causa appellationis remoueri. Quod nota, quia sæpe contingere potest ista quæstio.

Quæro. 21. Vtrùm Recusatio debeat fieri ex causa iusta, & non temeraria, alias non valet. Respon. quòd sic. Alexand. in. l. quia poterat. ff. ad

Trebellia.



Trebellia. Probatur etiam de iure Regio in hac lege, vbi requiritur, quòd proponatur cum iuramẽto. Sed iuramentum nõ debet esse iniustum, & temerarium, ergo nec recusatio, quam confirmare per illud intendit. c. Quintauallis. de iure iurand.

Præterea recusans iudicium iusti iudicis, obijciẽdo ei causam iniustam, infamat eum, ergo peccat contra ipsum, mentiendo. cap. 1. de crimi. falsi. Faciunt verba. San. Thomæ. secunda secundæ. q. 69. arti. 3. Aliquis appellat causa afferendæ moræ, ne contra eum iusta sententia proferatur, & hoc est calumniosè se defendere, quod est illicitum, sicut dictum est. facit enim iniuriam & iudici, cuius officium impedit, & aduersario suo, cuius iustitiam quantum potest, perturbat. Et ideo sicut dicitur 2. quæstione sexta. omnimodò est puniendus, cuius appellatio iniusta pronũtiatur. hactenus Thomas. Suadetur. Nam iudex censetur pater, sed non est possibile filijs abnegare patrem. Aristo. 8. Ethicorum. capit. vltimo. ergo nulli iniustè licet iudicem recusare. cap. vestra. de vita & honest. clericorum. vbi habetur, quòd à clericis, & presbyteris quanquàm fornicarijs quandiu ab ecclesia tolerantur, nec habent euidentiam operis, licitè diuina ministeria audiantur, & alia recipiantur sacramenta ecclesiastica: sed omnem, quem ecclesia iudicem instituit, tolerat. ergo contra ecclesiam facit, quicunque iudicem suum recusat. Confirmatur ex cap. 1. de appella. libr. 6. in fine. in illis verbis, Iustum est equidem, vt in eum iura insurgant, qui ius, & iudicem, & partem eludit. Sed intellige de calumniosa recusatione, secùs de iuridica, quæ continet defensionem naturalem in se, vt dictum est suprà. Idem probat Richar. de Media Villa in. 4. sentent. distinct. 19. artic. 4. quæstione. 2. facit. l. 4. ibi, definitiones iudicum eludere. C. de receptis arbitris. Ex quibus constat, quòd recusans iniustè iudicem, ei facit iniuriam, ac proinde peccat. Secundò deriuatur, quòd lædit partem, ideoque tenetur ad omnia damna, & expensas hac ratione factas. capit. fina. de iniurijs.

choso alcalde, è jure[a] q̃ en los pleytos ciui-

Est dubium, an in notorijs sit admittenda recusatio? Gloss. in capitul. 1. verb. conseruatores. de offici. delegat. libr. 6. respondet minimè recipiendam fore. Comprobatur ex Roma. consilio. 324. & Domi. in capitul. 1. de pœn. libr. 6. colum. fina. Facit, nam in notorijs non admittitur appellatio. capit. cùm sit Romana. & capit. cùm sit specialis. §. porrò. & ibi Decius colum. 1. numero. 5. de appellationib. ergo idem concludendum erit in recusatione, cùm à pari procedant. Ancharra. in ca. super eo. de appella. per text. ibi. nume. 2. & recusatio suspedit iurisdictionem quemadmodum appellatio. Specula. De iudice delegato. §. restat. nume. 1. glo. in capit. quoties. verb. appellant. 2. quæstione. 6. Franchus in dict. capitul. super eo. & Fumian. in indice. verb. recusatio. versic. 17. & 33. tenet Montalu. in. l. 9. titul. 7. libr. 1. foro legum.

Limita tamen in notorio habente pœnam arbitrariam. Felin. in capit. cùm accessissent. col. 2. nume. 4. de iudi. Adde Couar. in pract. quæstioni. c. 26. vbi agit de recusationibus iudicum præsertim de iudicibus supremis.

a *Et jure.* Nota casum, in quo iuramentum inducit probationem in causa propria. & in capit. fina. de his, quæ vi met. causa fiunt. l. si quando. C. vnde vi. & in l. 9. titul. 10. parti. septima. & l. 2. titulo. 11. partit. 3. l. 8. titulo. 4. libro. 4. foro legum. Rota in nouis decisio. 299. Iaf. in. §. ex maleficijs. numero. 90. Insti. de actio. singul. in. l. in actionibus. num. ff. de in lit. iur. Chassanæ. ponit. 35. casus, in quibus statur dicto iurantis in consuetudi. Burgundiæ. rubri. 1. §. 5. numer. 176. cum sequen. folio mihi. 60. colũ. 1. cum. 3. sequentibus. Marc. Antoni. in tract. de viribus & virtute iuramenti. versic. quinquagesimotertio. nu. 72. vbi quã plures casus scripsit, quos ibi videre licet. Est enim gl. in. §. non solùm. verb. probare. Instit. de verbo. obligat. Addo legem. 33. titul. 3. libr. 8. infra.

Sunt alij, qui exceptionem à iure gentium originem sumpsisse firment, nempe Bald. nouellus. num.22.& Lancelo. Galiaul.nume.209.versi. Et hac ratione.in rubri.ff.de verb.oblig. Quotuplex autem sit ius gentium, præter alios bene declarat Claudi⁹ Cantiũcula in rub. Insti. de iure naturali genti.& ciui. Nicolaus Bellonus in princi. post rubricæ lectionem Insti.de testamen. vbi tractat, quo iure fuit inuentum testamentũ. Fernan. Menchacensis in.1. parte de succesionum creatione, §.quo ad quartum.vbi ponit duas communes in hoc contrarias, quas & nos iam antea annotauimus in declaratione.l.1.titul.2.lib.5.infrà fata tamen non permiserunt ad debitum finem perducere, & sic ex iã cusis, seu impresis plura ex nostra industria, tacito authore, apud nouissimos scripta & decerpta comperimus. Ius gentium igitur secundùm prædictos duplex est, nempè primæuum, quod naturale dicimus.§. singulorum. Insti.de re.diui. quod simul cum ipso genere humano rerum natura prodidit. vt expressum est in dict.§. singulorum. Secundarium est, quod non simul cum genere humano proditum fuit, sed longè pòstea humanis necesitatibus exigentibus à gentibus plerisque, præsertim earum, quæ moribus, legibusque vtuntur, non simul, sed varijs temporibus fuit inuẽtum. Ex quo iure descẽdunt bella, captiuitates, & similia, de quibus in.l.ex.hoc iure.et in.l.manumissionis.ff.de iusti.et iur. Et per Fortuni.in.l.1.§. ius naturale. numer.33. cum. seq. ff.de iusti.et iu. Sic ergo defensio est iuris naturæ ac istius iuris gentium, quod primæuum nostri dicunt.

Tamen vnicum esse ius naturale, et vnicum ius gentium, probat Coraſi. libro. 6. iuris miscella. capit.25. contra communem.

His etiam conducere videntur, qui eam esse à iure diuino existimant fuisse, prout Antoni. de Butri.in rub. de exceptio. refert. Præpositus Alexand. in princ. Decreti. colum. 4. num. 7. & alij, de quibus ibi per eũ. Barba. in rub. de exceptio. in libro Clementinarum. versi. Quo ad secundum. num. 3. cùm fuerit inuenta in Paradiso terrestri, vt habetur in sacris Genesis, quando Adam respondit Domino roganti. Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Dixit rursus Deus ad mulierem, Quare hoc fecisti? Quæ respondit, Serpens decepit me, & comedi. Sic igitur patres primi excipiebant ad sui defensionẽ, vt vides, igitur fuit iuris diuini, ne quis in defensus puniatur. d. Cle. Pastoralis. de re iudicat. Facit illud. Deus, & natura nihil frustra crearunt. sed à natura insita est hæc defensio, quæ fit excipiendo, ergo & à iure diuino. Facit tex. in. c. humanũ genus. dist. 1. dũ dicit, Ius naturale est, quod in lege, vel euangelio continetur. c. sana. §. cùm ergo. dist. 9.

Alij probant à iure Ciuili, & non à naturali inuentam esse, aliquot rationibus, quarum prima est. Certũ est enim, quòd Imperator Iustinianus in princ. Insti. de perpetu. & temp. actio. dixit se tractare velle de his actionibus, quæ ex lege, vel sacris cõstitutionibus proficiscuntur. Sed postea in sequenti titulo tractat de exceptionibus, quæ largo modo sunt actiones. l.1. ff. isto titu. Ergo exceptio ex iure ciuili sumpsit originem.

Cui argumento secundò astipulatur text. in princip. Insti. de exceptio. ibi. compertæ sunt. id est, inuentæ. secundum glo. expositionem. ergo à iure ciuili institutæ, & inuentæ: quia si de iure naturali essent, opus non esset vti illo verbo, compertæ.

Præterea comprobatur tertiò. Ius naturale est immutabile à iure humano, cum ei prædominet. Clem. Pastoralis. §. Cæterùm. de re iudica. Et Insti de legit. agna. tutel. §. fi. et. §. fi. Insti. de iure natu. gen. et ciui. Ideoq; nõ valet statutum tollẽs defensionem bannito. Bal. in. l. vt vim. colum. 2. num. 3. ff. de iusti. et iur. cum his, quæ paulò ante à nobis dicta sunt. Sed exceptiones tolli possunt à statuto, seu à principe. Bart. in. l. 1. §. et parui refert. ff. quod ni aut clam. bonus text. in. c. ex parte. 2. de officio delegat. ergo exceptio non est defensio, et sic non est inducta à iure naturali. Facit notandus text. in. l. fina. ibi. à iudicio prohibeatur. ff. de decretis ab ordine faciend.

Rursus comprobanda est quarto loco ista opinio, quæ Bartoli est in. l. ex hoc iure numer. 19. ff. de iusti. et iure. tali ratione. Causatum, et diriuatum ab aliqua causa non est prius, nec

Universidad de Deusto
Biblioteca



dignius.sua causa. cap.1. de fide instrumento.l.in testamẽto.1.ff.de cond. & demõst. qui primitiua inficit,deriuata vituperat, quemadmodum post Philosophum docet Bald.in.l.fi.C.de verb.signi, sed actio,à qua deriuatur exceptio,est inuentum, & institutũ iuris ciuilis,§.non autẽ omnes. Insti. de perpetuis & tẽporali.actio.tex.in.l.in commodato.§.sicut autem ibi,actiones ciuiles. ff.cõmoda.§.omnium.ibi, proditæ actiones.& in.§.equè si agat.ibi,inuicem quoq; proditæ sunt actiones. Rursus & expressius in.§.sed istæ quidem actiones,quarum mentionẽ habuimus, & si quæ sunt similes,ex legitimis,& ciuilibus causis descẽdunt. & ibi, quippe ita proditæ sunt iure ciuili actiones.§.de cõstituta.ibi,iure ciuili tenẽtur. &.§.Itẽ si quis postulante.ibi,iustissimè accõmodat ei talem actionem.&.§.pœnales quoque actiones Prętor pœnę multas ex sua iurisdictione introduxit Insti.de actioni.Paul.de Castr.in.l.cùm hæredes. in principio.ff.de acq.posses.Iaſ.in.l. ex hoc iure colum.9.num.49.ff.de iusti.& iur. Ergo & exceptio est prodita à iure ciuili, ne filia sit priùs q̃ mater,ac ius ciuile priùs q̃ naturale,quod absurdum necesse esset fateri,si vera esset opinio,quòd exceptio esset priùs,q̃ ipsa actio,ac proinde esset negandum actiones à iure ciuili inuẽtas,cùm sit causa prima exceptionum, & sit exclusiua actionis ipsa exceptio.l.2.ff.de exceptio. Sed hoc est falsum,cùm actiones sint inuentum iuris positiui, ac ius naturale sit prius, ergo exceptiones sunt iuris ciuilis,per præmissa,cum Barticẽ tra Panor. in rubri.de exceptio.

Quid igitur dicendum? Resolutiuè pro concordia opinionum breuiter respõderi oportet, quòd exceptio cũsiderata quatenus continet defensionem,ne quis illicitè,ac indefensus condemnetur, est iuris naturalis,pariterq; diuini & sic quo ad originem: quantum autem ad formam, nomen, ac destinationẽ temporis,quo debent opponi, sunt iuris humani. Panormi.& Deci.in rubri.de exceptio.Bartholo.Socin.in. rubri. ff. eod. & Angel. Areti.Insti.eodem rubro.col.5.vers. Veniam ad secundum.

Vel respondendum erit cum Bald.in.l.ex hoc iure.colum.fi.vers.Octauò quæritur.ff.de iusti.& iure.quærendo,an actiones sint de iure gentium. Quam opinionem,nempe quod sint, veriorẽ firmat Corasi.lib.2.cap.19.num.9.miscellanearum iuris.cùm & eo iure iudicia viguerint, vnde & actiones esse oportuit.pariterque & exceptiones. Ideoque in re proposita cum Bal.dicas. Aut egrediuntur de potentia & materia iuris gentium, vt ex contractibus iure gentium, & sunt de iure gentium casualiter,non formaliter, nec interpretatiuè.quia modus proponendi eas,est de iure ciuili. Aut habent materiam & formam à iure Ciuili, vt tutelæ,stipulationes,vel huiusmodi, & tunc sunt præcisè de iure ciuili. quia cùm omne causatum sit posterius suo efficiente,necesse est, vt si causa habet formam à iure ciuili, vel materiam & formam in totum causatum dicatur esse de iure ciuili.l.manumissiones.&.l.ius ciuile.ff.de iusti. & iure.Eandem sententiam fuit sequutus Barba.in rubri.de exceptionibus.in Clementinis. num.3. Et sic sunt concordandæ opiniones dicentium esse de iure naturali.seu gentium,aut diuinum. vt Panorm.in dict.rub.de exceptio.& tetigit Hormanotus Detus in.l.4.§.Cato. num.471.ff. deverb. obligat.

Hinc est, quod exceptiones dilatoriæ debent proponi ante litem contestatam. c.pastoralis. de exceptio.glo.in.c.quoniã contra.verb.exceptiones. deprobat. perẽptoriæ. & præiudiciales post litem contestatam intra viginti dies, & non post, vt in præsenti lege sancitũ exislit. Tum, quia non tollit ius defendendi, sed declarat, quo tempore proponi debeat,& sic absolutè nõ tollitur defensio.Angel.in.l.sic.ff.de.leg.1.Alexan.in.l.cùm mulier.colum.3.num.13.ff.solut.matrimo. singulariter Nellus in tract. bannitorum.2.part.2.tem poris.q.2.num.1.Et quatenus dicunt ex causa tolli posse ius naturale.seu diuinum, melius dicerem distinguere,& interpretari,quod Principibus cõcessum esse tradit Alberi.lib.1.statuto.q.7.num. 5.communis secundum Crott.in rep.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.nume.62.versi.Quarta conclusio.& nos dicemus in secundo tomo harũ consti.Regiarum in.l.1.titu.2.lib.5. infrà. Etiam confirmatur ex Couar.in epitomes.4.Decret.2.part. c.6.§.9.nu.4.Pinel.in.l.2.part.1.num.6.C.de rescin.vendi.

Nec etiam concedere oportet, Principẽ absq; causa legitima, quæ requiritur in cõtractibus iuris gentium,posse disponere in his, qui sunt formati à iure ciuili.quia in illis inest eadem æquitas ne leuiter subuertantur à Principibus, nèue præiudicium inferatur subditis aduersus quampluriũ interpretum traditiones, prout primas in hac distinctione habuit gloss.verb.generali.l.fin. C.si cõtra jus vel vti.publi.probãs, quòd faciliùs Princeps abrogare potest quæ sunt iuris ciuilis,q̃ ea,quæ sunt iuris naturalis.vel gentium. Paul. de Cast.in.l.cùm hæredis.in prin.ff.de acqui.possessio.&in.l.testamenti.colum.2.num.4.ff.de testamen.Angel.in.l.Lucius.col.1.ff.de euictio.Bald. & Corne.in.l.si testamentum.C.de testam. Iaſo in.l.ex hoc iure.colum.9.numer.49.ff.de iusti.& iure.& in dict.l.si testamentum.num.4.& plures quos citat Andræ.ab Exea lib. pactorum.pagin. 67.versi.Nec obstat quod quando Princeps. nu. 147.&



147.& Pinel.in rep.l.2.part.1.versic. infertur. 20. nume.31. C.de resc.vendi. Et vltrà per eos allata vtitur prædicta distinctione Paul. Orian. in repe.l.1.num.135.versic. Circa verò secundam quæstionem.ff.de offi.eius cui manda.est iurisdict. refert Zasi.in.l.princeps.colum.3.num.11. ff. de legibus.Philipp. Corn.cons.312. In hac conclusio. ne videtur prima facie.colum.2.num.10. lib.1. & cõmuniter concludũt doctores secundùm Paul. Parisi.con.101. Bona de quibus in præsenti.colũ. 8.num.69.lib.1.Curti.cons.1.colũ.7. nume.20. & consi.108.colum.3.num.7. & cons.157. nume.17. versic.Confirmãtur præmissa.Ioan. Imol.consil. 146.colum.1.versic.Et aduertendũ.Curti. Senior cons.20.nu.6.vers. Quoniam ex causa princeps. Sed cõtra istã communẽ traditionem vltra Zasi. in.d.l.princeps.omnino est videndus pulchra cõgerens Reipublicæ maximè necessaria acutissimi ingenij vir doctor Arias Pinel.in. rep.l.2. part.1. cap.2.num.1.vsque ad.29. C. de rescinden. vendi. cuius dicta non licet nobis transcribete, nec albũ calculum atramento denigrare, repetito sermone,quod alienum à nobis semper fuit. Imò sit cõclusio firma,principem non posse auferre ab aliquo rem suam, siue acquisitio processerit à iure gentium,siue à iure ciuili, absque legitima, & iusta causa.

Comprobatur,nã siue res mea sit ex titulo iuris gentium,siue ex iure ciuili,vtrobique concurrit iusstitia, cùm mea sit tam ex lege diuina Decalogi, q̃ ex æquitate naturali, ne quis suis priuetur sine iusta causa.iuxta illud, Ne concupiscas rem proximi tui. Et alibi. Diligas proximũ tuum sicut teipsum. Si ergo in acquisitis ex causis ciuilibus inest ratio naturalis, ne quis indebitè re illa priuetur,consequens erit, quòd causa non præexistente, quis non est priuandus, cùm ei iam fuerit ius quæsitum.l.id quod nostrum.ff.de regu.iur.vrget regula text.in.l.si donationem ritè feciſti etiam prætextu rescripti Principis reuocari nõ potest. C.de reuo.dona.l.perfecta.C.de donatio.quę sub modo.c.licet.in.prin.de vot.Paul.in.l.digna vox nume.6.C.de legib. Bart.per tex.ibi.in.l.fi.C.de locatio.prædio.fiscali.Bal.& ibi tex. in ca.1. ante num.1.de natur.feud.l. in cõmodato.§.sicut.ibi, adiuuari quippe nos, non decipi beneficio oportet.ff.commod.& reg. Decet beneficium Principis esse manſurum.de regul.iur.lib.6. ergo nõ est dare titulum, in quo non versetur æquitas iuris naturalis,ac proinde versetur iniquitas in reuocatione absque causa. Contra præmissam distinctionem doctorum ideo sine iusta causa princeps exceptionem præscriptionis alicui auferre non poterit. Nam quanuis præscriptio sit iuris ciuilis inuentũ.vt in.§.1.Insti.de vsucapio.gl.in.l.1. ff.de acq.re domi.§.singulorũ.Insti.de re.diui.tũ acquisitio per lapsum tẽporis est materiatum inductum à iure gentium, ac talis acquisitio continet consensum Principis & promissionem, quòd elapso tempore præfixo à iure, sit sua,ergo nõ poterit reuocari, iusta causa minimè existente. Rebuff.in cõsti.Galliæ.2.parte tractat. de restitutionibus.gl.4.in initio ipsius.Pinel.in.dict. rep.l.2. part.1.cap.2.nume.5.Et ex eo colliges contra plurium doctorũ doctrinas, quæ hic merito inserenda forent,nisi ibi nouissimè,& optimè scripta, & reassumpta ex diuersis locis essent.

Dubitatur septimò, Vtrum excipiẽs censeatur fateri contenta in actione, seu petitione deducta in iudicio? Respondendum est,quòd non, ex eo, quod objiciens exceptionem simpliciter, vel sub conditione intendit tantùm repellere aduersariũ, & nõ fateri proposita contra eum, & sic actus nõ debet operari vltra intentum agentis,seu sedentis,à cuius animo debet omnis dispositio regulari,& exponi.l.nõ omnis.ff.si cert. pet. nec inducta ad negandum debẽt operari contrariũ effectum: nam non iuuaretur remedio excipiendi dato reo, sed potius deciperetur contra omne iuris sancitũ.Probatur præterea ex text.in.l.non vtique.ff.de exceptio.tex.& glo.in.c.cùm venerabilis.vbi Deci.num.19. & Felin.num.12. fatentur hanc sententiam communẽ.de exceptio.Bal. in.l.exceptionem.C.de excep.Paul.Castrẽs.in.l. emptor.C.de præscriptio. decem, vel viginti anno.& in.l.decem.num.3.& ibi Areti. ff.de verbo. obligat.Alexand.cons.159.numer.2.libr.6. Paul Parisius cons.1. nume.70.lib.4.cons.125.nume. 18.lib.1.Et communem dicit. D.Couar.libr.1.variarũ resolutionũ.c.2.nu.3.faciunt quæ scribit Alexand.cons.173.nu.18.lib.6.

Dubitatur octauò, Vtrùm exceptiones pacto tolli possint? Videtur quòd nõ, cùm sit defensio, ac quis seipsum non possit ex suo consensu dãnare.gl.in.l.pactum.ff.de pact. vbi dicitur inualidum esse pactum,quo accusatus de crimine renũciaret suis defensionibus.singul.secundũ Iaſin.l. iubemus.colum.2.nu.7.C.de iudi. Corset.in singul.verb.defensio,& Paris de Puteo.in tract.Syndicatus.fol.paruæ impressionis.83.§.an potestas. num.9.Hippoly.plura referẽs.in.l.1.§.fi.n.90.cũ seq.ff.de quæstio.& in.l.vnius.§. cognituri.nu. 71.ff.eo.& in pacti.causa crimi.§.vltima.num.23. Mõtalu.in.l.7.titu.11.lib.1.for.leg.litera.C.col.4. & est ab omnibus approbata. D. Couar.in Epitome.4.Decret.2.par.c.8.§.12.nume.15. vbi alios eam laudantes refert,quos non licet transcribere. l.liber homo.ff.ad.l.Aquil.cap.cõtingit.1.de sen. excom.vbi in criminalibus quis cõsentire nõ potest vt puniatur.l.nõ tãtùm. ff. de appellatio. qui

Universidad de Deusto
Biblioteca



text. est memoriæ perpetuo commendandus. Ergo & in casu nostro, maximè cùm interfit Reipublicæ, ne quis re sua malè vtatur, & per renuntiationem iustæ exceptionis induceretur dissipatio suorũ. ergo erit illicita, tam in causis ciuilibus, quã in criminalibus per præmissa.

Secunda exceptio est iuris naturalis, quatenus continet defensionem, vt suprà dixi quæst. 6. quę nec lege, statuto, seu rescripto Principis tolli potest. Bald. in l. ex hoc iure. column. fi. ff. de iusti. & iure. Bart. in l. vt vim. eo. tit. Anchar. & Panor. in cap. ex parte. de offi. deleg. Hormanoctius Detus in l. 4. §. Cato. num. 471. ff. de verbo. obligationi. Ergo à fortiori ratione fieri nõ poterit per pactũ inter priuatas personas.

In contrarium plura suadent, quod quis possit suis exceptionibus renuntiare in suum tantum præiudicium. c. quãsit periculosũ. 7. q. 1. vbi Esau renuntiauit ius primogenituræ, & valuit perpetuò talis renuntiatio. Similiter dicendum est in exceptionibus inductis à iure, quæ impropriè defensiones dici solent. Item ius non cõtribuendi cõsequutum ab aliquo expresse, & tacitè, poterit remittere ipse impetrans. l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appellandum. sit. vbi est casus in terminis, & communiter ignoratur secũdum Angel. de Perus. ibi, & Iaso. in l. falso. colum. 1. num. 3. C. de diuers. rescript. Quod sequitur Antoni. Rube. optimè intelligendo in repe. l. nõ solùm. §. morte. numer. 261. vers. Primus casus est. ff. noui operis nuntiation. Alexand. cons. 101. col. 5. vers. Tertiò principaliter. num. 10. lib. 1. vbi si quis à collectis sit immunis, & in libro collectarũ se describi patiatur, vulgò, *se dexare empadronar*, immunitatis priuilegiũ perdit, nisi appellet à tali grauamine intra decẽ dies. Quod etiam probatur. Nam nobilitas exceptionis ex factis cõtrarijs nobilibus amittitur. Aymõ Crauette latè cons. 163. column. 1. cum seq. Tum etiam ex. l. 3. ff. de interdictis & relegat. quæ intelligẽda sunt ex traditis à Tiraquell. de nobilitate. cap. 35. & cap. 37. nume. 13. & Otalora de nobilitate. 2. part. 3. partis. c. 9. vbi tractant, an talis renuntiatio patris præiudicet descẽdentibus. si voluerint vti iure perfectè acquisito nobilitatis ab auo, & in eo se fundare, nullum præiudicium eis inferri; respondendum erit per dict. l. 3. ff. de interdict. & relega. Cuius litera talis est. Eum qui ciuitatem amisit, nihil aliud iuris adimere liberis, nisi quod ab ipso peruenturum esset ad eos, si intestatus in ciuitate moreretur, hoc est, hæreditatem eius & libertos: & si quid aliud in hoc genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia. Itaque & fratres fratribus fore legitimos hæredes, & agnatorum tutelas, & hæreditates habituros. Non enim hoc fratres, sed maiores eis dedisse, ergo quo ad se non poterit se tueri cõtra collectores exceptione exemptionis extincta renũtiatione, vt præmissum est, nec nobilitatis, quem admodum probat Couar. Archiepiscopus meritissimus sancti Dominici apud Indos, qui optimè disputat in rep. cap. quanuis pactum. in princi. 2. partis. num. 5. fol. 61. de pactis lib. 6. De cuius veritate alibi dicam. l. in. l. 1. gl. 1. tit. 2. lib. 4. 1.

Postremo quòd exceptiones renuntiari possint, passim in iure constat. Et tangit Signorolus de Homodeis in repet. l. post quam liti. nume. 37. C. de pact. vbi videnam ex his, quæ ibi tradit nu. 35. respondebis ad omnia, quæ in contrarium adduci possent. Confirmatur. Nam potest quis iuri sibi competenti renuntiare. l. si quis in cõscribendo. C. de pa. l. si quando. §. generaliter. C. de inoff. testam. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautioni. Item potest iure regio Castellæ renuntiari exceptioni nõ numeratæ pecuniæ in eodem cõtractu receptionis mutui. l. 9. titu. 1. part. 5. Couar. libr. 2. variarum. eam bene exponit. c. 4. §. Rursus & hæc secunda. nume. 3. ergo & alijs exceptionibus, siue dilatorijs, siue præiudiciales, vel peremptorijs sint, dummodò præiudicium nullum principaliter tertio proueniat, vt ex Signorolo vbi supra colligitur.

Quero nonò, Vtrũ exceptio excussionis tolli possit? Et videtur quòd nõ: quia licet sit inuẽta à iure ciuili, tamẽ est fundata in iure naturali, seu in naturali æquitate, & sic à Principe tolli nequit. Pan. in. c. quæ in ecclesiarũ. n. 8. de consti. & in. c. per tuas. de arbi. colum. 10. Rip. in. l. quominus. ff. de fluminibus. colum. 4. num. 10. qui dicunt Principem non posse statuere cõtra ea, quæ sunt statuta à iure ciuili, fundata tamẽ in iure naturali. Laurenti. Calcan. consil. 80. colum. 3. post medi. & in excussione particulariter mentionem de prædictis faciendo ad hoc firmat Aymon Crauet. cõsil. 263. num. 4. lib. 2. vbi tenet hanc exceptionem discussionis opponi posse in vim dilatoriæ ante litẽ contestatam, et post litem cõtestatam in vim peremptoriæ. Et est communis opinio teste Bald. in consi. 150. Casus actualiter. colum. 1. numero. 1. lib. 2. Laurenti. Calcane. consi. 29. colum. 6. Guido Papa decisi. 432. colum. 3. vers. An hæc exceptio. num. 9. De excussione agit Bellon. consil. 34. nu. 3. nempe quòd sit necessaria antequàm procedatur aduersus tertios possessores. Quid autem si agatur remedio. l. fi. C. de acqui. possess. vtrùm conuentus ante omnes debitores principales possit vti beneficio excussionis? Dic quòd non propter constitutum appositum in instrumento conuentionis. vt tenent Angel. et doct. in. d. l. fin. Cornet. consi. 228. lib. 2. et consil. 85. in prin. lib. 4. Deci. in l. fi. ff. si cert. pet. 10. Ferrariin pract. in forma libel

li. in



li. in actio. hypothecaria. verb. ex mora. tradit Bellon. consi. 34. num. 5. & consi. 44. colũ. fin. num. 8. vbi hoc intelligit procedere, quando tempore cõstituti constituens possidebat; nam qui vult vti constituti beneficio, hoc tenetur probare. Alex. consilio. 9. libro. 4. Decius consil 302. columna 3. tradunt docto. in. l. qđ meo. ff. de acquirend. possess.

leſquier q̃ los demandados por ſi ouiere, q̃ las puedã poner faſta

Dubitaẽ decimò & finaliter, Vtrùm promittens generaliter non excipere, talis promissio cõprehendat tam exceptiones peremptorias, quàm dilatorias? Bart. tenet comprendi omnes, cùm appellatione exceptionum, etiam dilatoriæ propriè veniunt. glos. in. c. quoniam contra falsam. verb. exceptiones. de probationi. Et hãc sentẽtiam cum Bart. dicit cõmunẽ Alciat. in. d. §. Cato. num. 189. Crott. nu. 121. Hormanoctius Detus. nu. 469. & Ripa. num. 83. contra Iaso. ibi.

a *Faſta veynte dias.* Siue sint dies feriati, siue non, cum sit tempus continuum, & sic non erit audiendus eo tempore elapso, nisi in casibus hic subiectis. glos. verb. continuum. in Clementi. vnica. de in integr. restitutio. regulariter enim omnes præscriptiones continent istud tempus, & non vtile. glo. in rubri. ff. de diuers. & temp. præscrip. Alberi. in. l. siue pars. colum. 3. vers. Pro declaratione. num. 3. C. de dilat. sic dicit. Notãdum est, quod omne tempus à lege inductum, cõtinuũ est, nisi lege caueatur quòd sit vtile. De tempore vtili satis dixi. de tempo. in integ. restitu. l. superuacuam. & ibi in glo. ff. de diuers. & temp. præscr. l. 1. Et ideo annus Ille de quo loquitur authenti. Gayaros. suprà de hæret. & extra eo. titul. c. cùm contumacia. lib. 6. continuus est. vt notatur in. d. c. Per Archi. Et idem potest dici de anno, de quo loquitur authen. Cassa. suprà de sac. san. eccle. & authen. ille nulla communitas. de episco. & cleri. Et de istis dilationibus, quæ per iudices statuũtur, vtrùm sint vtiles, vel continuæ, vide quod notatur per Archidia. extra. de consuet. c. fi. lib. 6. Hactenus verba facit Alberi. Idem notat Panormit. in. c. quærenti. colum. 1. num. 3. de offi. delegat. & in. c. quoniam frequenter. in prin. col. 5. nume. 9. vt lite non cõtest. & in cap. vltra tertiam. colum. 3. vers. Sed quæro quando incipiunt currere. nu. 6. de testi. in quibus locis reputat notabilem præ dictam glos. rub. ff. de diuers. & temp. præscrip. Hipolyt. in pract. causa. criminali. §. constante numero. 87. Hinc est, quod tempus datum ad præsentandum currit etiam diebus feriatis, cum

veynte dias[a] primeros siguiẽtes dſpues dela cõtestacion del

sit cõtinuum. Io. And. Pan. & doctores in capit. 2. de concess. præbend. Roch. Curti. de iure patron. verb. honorificum. q. 34. nu. 65. Paul. Citadin. de iure patrona. 3. part. c. 6. partis. quæst. 24. num. 41. Idem asserit prædictam glos. dict. rubri. singularizando in vsucapionib⁹ procedere loa. Montaigne. in tract. de parlamentis secunda. parte. §. Secundò facit stabilitas, seu constantia. numero. 9. De hoc tempore continuo, vel vtili quo modo currere incipiat, tradit Ioan. Firmian. in tract. de episcopis. lib. 1. de causa efficienti. quæst. 6. num. 6. pulchrè, ac latè Francisc. Balb. de præscriptioni. in. 1. part. quartæ principalis. quæst. 6. nu. 1. cum sequenti. vbi de præscriptionis tempore agit. Alex. in. l. eum qui. §. in popularibus. colum. 5. nume. 12. ff. de iure iurand. Anchar. in. c. quia diuersitatem. col. 3. nu. 15. de concessio. præbend. Deci. in. c. super eo. col. 4. vers. In glossa finali. num. 16. de appellationi. Bonifacii. in clem. 2. colum. 5. n. 54. de testib. Aegidius Bellamera in. c. anteriorum. col. 2. nu. 9. 2. q. 6. & in. c. suborta. col. 4. nu. 9. de re iudica. Barb. in. d. c. quærenti. col. 2. num. 8. vers. c. quia omne tempus impositum à lege. glo. in princ. Inst. de perpet. & tẽpo. actioni. in priverb. constitutionibus.

Post lapsum igitur istius temini peremptorij ad opponendas exceptiones peremptorias, & præiudiciales non erit amplius audiendus volens eas allegare, nam alias frustra esset terminus. 20. dierũ ad illas proponendas hic designatus, si lapsus tẽporis nõ excluderet. per glo. in. l. 1. 6. cum dicitur. ff. si cui plusquam per legẽ falc. & l. 3. §. diuus. ff. de iure fisci. l. si legatario. §. fi. ff. de fideicom. liberta. l. 4. §. vltimo. eo. titulo. l. à quo. in fin. ff. de damno infect. & quod notat Innocent. in capit. cùm in tua. qui matrimo. accusa. possunt. Barto. in. l. Aristo. ff. de iure deli. Nam & quod certo tempore permittitur, postea tacitè prohibetur. l. statu liberum. §. Stichum. ff. de legat. 2. l. 1. §. si mulier. ff. de libe. agnoscen. Paul. de Castro consil. 230. Circa primum. libro. 2. et consilio. 351. Prædicta reformatio. eo titul. Aridræus, Tiraquellus. libro. 1. de retract. §. 3. glo. 4. nume. 2. Latissimè per eundem libro. 2. §. 1. glos. 2. nume. 43. cum seq. Et huiusmodi præfixio temporis ad opponẽdas exceptiones. et defensiones intra certum terminum, et non vltra statui posse, non est dubium, secundum magis communem opinionẽ, de qua pulchrè agit Alexand. consilio. 225. Ponderatis his quæ in themate narrantur. colum. 2. nume. 8.

libro. 6. Et sic intelligit dict. capit. pastoralis de exceptio.

Est præterea notandum, quòd id, quod hac lege statutum est, nempè quòd vltra tempus hic assignatum, & à pragma. 42. capit. 8. libro. Pragmat. amplius nō possent proponi aliæ exceptiones, quòd etiam idem etat de iure communi, vt vltra terminum à iudice assignatū amplius non proponerentur. Bart. in l. mācipiorum. numero tertio columna secunda. ff. de optio. legat. Salicet. in authenti. at qui semel. columna prima. C. de probat. Cardi. & Imo. in clementi. Sæpe. de verb. significat. Panormi. & Felin. in capitul. cùm dilectus. de fide instrum. col. 1.

pleyto y dende en adelante no la puedā alegar ni poner[a]: saluo si por alguna razō despues de nueuo le ptenesciere algūa

Declaratur tamen ista lex, quòd ampliùs non possent opponi illæ exceptiones, transacto tempore, nisi essent exceptiones, quæ inessent actioni, nam tunc hæ exceptiones proponi bene possent. vt tenet laso. in. §. actionum. colum. 19. num. 138. Instit. de actio. Rodericus Suarez in rep. l. post rem iudicatam. ff de re iudicat. folio. 154. columna. 4. versicu. Ex supradicta doctrina Quod est notandum. Et habet pondus in practica secundùm eum.

Secundò declaranda est locū non habere, quādo transacto isto termino, res esset integra, & non sequeretur præiudicium aduersario, & sic actori, & reus non fuisset negligens in opponendis exceptionibus infra terminum legis. Ita elegāter Salicet. in. l. ea quæ crimen. in. l. declaratio. C. qui accusa. non possunt.

Tertiò intellige, nisi exceptiones omisse essent notoriæ, tunc enim bene possunt proponi. Panormi. in cap. dudum. in. l. de elect. num. 6. sensit Imol. in capi. licet causam. colū. pen. de probatio. Felin. in dict. cap. cùm dilectus. nume. 20. de fide instrum.

Præterea quarto loco hæc lex interprætāda est nisi reus transacto termino iurasset exceptiones illas, quas proponit, denuo occurrisse suæ notitię nā tunc optimè proponi posse constat hic. & in c. pastoralis. de exceptio. Sed videtur obstare dicta prag. 42. c. 8. ex quo in ea oppositū statuitur. Ideo dicendum est, dict. c. 8. loquutū fuisse in casu, *de Chancilleria & Consejo Real*, quo loquitur, quibus audientijs quantuncūq; iuret prædictas exceptiones denuo sibi occurrisse, nō potest opponere. Nostra vero lex procedat in alijs iudicijs. Et ita practicatur.

Postremo loco &. 5. intelligenda erit ista lex, quòd transacto isto termino, non possunt opponi prædictæ exceptiones per viam positionis, quo casu posteriori bene proponi possūt. Bald. singulariter in auth. Sed nouo. C. si certum petatur. dicens

delas partes, y si lo supieren despues nueuamente haziendo sobre ello juramento q̄ no lo sabiā en los veynte dias ni antes,

se multoties hoc practicasse. Suarez vbi supra fol. 157. colum. prima. §. sed pulchrum dubium est. numero. 3. Dixi ad vtranque partem supra in. l. prima. titul. 4. verb. *juramento de calumnia*. versiculo. Tertio dubitatur. vbi videas omnino.

Vtrum autem terminus datus hic ad opponēdas exceptiones præiudiciales, ac peremptorias possit extendi, vel restringi à iudice Vide, quæ resolutiuè declarauimus in verb. *De la ley*. in allega. l. 1. tit. 4. illo. lib. 3. supra.

a *No la puedā alegar, ni poner*. Concor. l. 1. in princ. titul. 4. supra hoc libro 3. l. 8. in ordin. de Madrid Regum Chatholicorum. Fallit, nisi talis exceptio proueniret ex defectu iurisdictionis, quæ quandocunque, etiam post tres sententias conformes opponi potest. glos. in Clementi. vnic. verb. nō obstāte. de restitutio. possessio. & fruct. quam ad hoc reputat singularem Hippolyt. Marsili. in practica causarum. §. opportunè. numero. 28. Bartholom. Socinus. in tractat. regularum cum fallentijs. regula. 121. incip. Exceptio nullitatis. fallentia. 1. Dixi in. l. 2. in glos. 1. tit. 6. lib. isto. 3. supra. Hippoly. cons. 71. nu. 37.

Fallit secundo, in exceptione prouenienti ex defectu mandati, vt tu non habes mandatum. nam ista exceptio reddit iudicium retro nullum. l. prima. in ordinatio. de Madrid. Et sic quandocunq; etiā termino lapso obijci poterit. vt cōmuniter firmant doctor. in capit. in nostra. de procurato. Thomas Grammatic. voto. 18, numer. 5. text. pro hac opinione est. in. l, licet. C. de procur. & ibi Alexand. Iaso. & reliqui. Alexand. in. l. ita demum. limita. 2. C. cod. Nicola. Bellon. consil. 26 num. 10.

His etiam adducitur tertia fallentia, nisi esset exceptio nullitatis notoria, quæ ex ipso processu euidenter colligi posset, nam etiam aduersus tres sententias conformes. vt in casu Clementi. vnic.



tina vnica. de senten. & re iudic. cum legibus, regni similibus. poterit opponi, egregiè probat plures rationes adducendo Ludoui. Roma. in repet. l. si verò. §. de viro. fallent. 32. numero. 163. ff. soluto matrimonio. Hippolyt. plura ad id adducens in repet. rubric. C. de probatio. numero. 172. Quibus non relatis, sed tamen alijs pluribus pulchre, ac resolutiuè tradit Doctor Couarru. libro. practicarum quæst. cap. 25. numer. 2. dicens hanc communem opinionem esse.

Quartò fallit in exceptione excommunicationis, quæ etiam post conclusum in causa, & quandocunque obijci potest, dum tamen opponatur seruata forma. cap. pia. de exceptio. libro. 6. vt firmat Rota antiq. 221. alias secundùm nouiorem impressionem. 26. sub titulo. de senten. & re iudi. De ea latiùs diximus suprà in gloss. 1. text. formalis est in Clem. vni. hoc tit. idem probans.

Alia exceptio, quæ potest opponi post sententiam, nempe maritalis exceptio super competentia viuendi in iudicio reiecta, post sententiam obijci posse contra glo, & communem in. l. Nesennius. ff. de re iudic. probat egregiè Zasi. libro. 2. responsa. c. 1. per totum. vbi recurre.

Vtrùm autem allegans exceptionem sibi competentem ex forma legis, vel statuti ad excludendum actorem ab actione proposita, nempè minor, cōstitutus ve sub alterius potestate prohibeture mere ad creditum. vt lege regia nouissimè sancitum est à Carolo Cæsare, eiusque filio domino nostro Rege Philippo Hispaniarū ac Angliæ rege publicata, quæ est. 78. in curijs Pinciæ Anni. 1555. habeat locum tam in foro fori in omnibus casibus, quàm in foro animæ. Hoc autē anno statim cùm fuit in manus subditorum, de plurimis dubijs fui consultus, ideo de aliquibus agere statui.

Primum dubium sit, Vtrùm lex fuerit iusta? ac ex ea deducetur responsio, an tutè ex ea excipi possit? Et primò lex ista continet partes, quæ debet habere lex ad hoc, vt iustè promulgari debeat aduersus creditores decipientes minores in grauem læsionem Reipub. prout experientia edocet, ergo pœna nullitatis contractus, ac amissionis rei venditæ, denegatioque actionis cum alijs in ea lege expressis iustè ferri potuit, ac debuit, sic igitur iniustè ex ea quis non tuetur, imò & legitimè, cùm sit pœna transgressoris ipsius, quæ in foro animæ peti, & exigi potest, iuxta formam legum absque peccato, vt iam suprà hoc tomo me dixisse sum memor ex Fort. de vltimo fine vtriusque iuris. colum. 89. versicul. 18. illationem refero. & est apud omnes receptissima opinio. Couarru. in epitome. 4. Decret. 2. part. §. 8. numer. 11. Iustitia autem ipsius colligitur ex potestate, quia à Principe omnium supremo, nec recognoscente superiorem in temporalibus. vt dixi in Proœmialibus istius primi libri quæstionibus. quæstione. 1. fuitque vtilitas maxima, ex qua fuit condita, vt infra dicam, ergo iustissima, ac obligat transgressorem ad mortale. vt ibi paulò ante citaui. declaraui quæsti. 10. faciuntque in eius comprobationem dicta ibi. q. 14.

Præterea & eius præceptum fuit, vt eius metu humana mercatorum audacia ad decipiendos minores in venditionibus eis ad creditum faciis (nō sine magno conscientiarum suarum, ac totius Reipublicæ damno) coerceretur, tutaque non esset inter improbos nocendi facultas ex poena in hac lege. 78. apposita. argumen. eorum, quæ tradit Hisidor. libro etymologiarum. prout retuli suprà quæstione. 15. columna. 22. in proœmio. Et iustificari potest, quia continet conditiones bonæ legis, cùm tendat homines ad bonum, ac minores, constitutosue sub alterius cura ne contrahant in maximum dispēdium rerum suarum. vt ex Sot. colligi potest libro. 1. de iusti. & iur. quæstione. 5. articul. 3. Intantum existimanda est iusta, quod cùm resistat contractui, nullam obligationem ciuilem, nec naturalem permittit produci, si credamus traditionibus nostrorum, nec etiam iuramento firmari contractus, quia lex resistit obligationi, impediendo originem contract⁹, ac eum nullum declarando, tum etiam, quia talis contractus dolo aduersarij censetur factus, quo casu quando lex disponeret contractum à minore celebratum dolo, & fraude factum fuisse censeri, prout prædicta lex Regia. 78. expressè ait, tunc iuramentum non firmat contractum contra eius formam celebratum. Bartol. in authen. Sacramenta puberum. versic. Tamen ad vnum. C. si aduersus vendi. Bald. consil. 213. Occurrit dubium. numero tertio. libro secundo. Roman. consilio. 12. vbi in punctis plures rationes adducit in confirmatione huius rei. Alexan. consilio. 59. columna prima. libro. 1. refert Ioan. Crottus in repet. l. omnes populi. num. 78. versicul. Duodecima conclusio. Statutum disponens. ff. de iusti. & iur. Ioan. Baptista ibi numer. 66. sed vbi dolus interfuit, iuramentum cō temni potest. capit. cùm contingat. de iureiuran. capit. quanuis pactum. de pact. lib. 6. Ergo pro cō firmatione, vt etiam si iuramentum interponatur quòd contractus gestus contra legem iustam resistens, & annullans contractum ad creditum minorum, seu existentium sub cura aliorum non debet valere: quia qui Principis ordinationi contradicit, Dei ordinationi resistere non est dubiū. ad Rom. 13. capit. qui resistit. 11. quæstione. 3. sic esset iuramentum vinculum iniquitatis: eo nanq; prætextu deciperentur minores, & expoliarentur,

Universidad de Deusto
Biblioteca



pariterque maiores constituti sub alterius cura, prout ex proœmio Regiæ legis constat, esset que vsuram palliare, quæ nulla lege etiam apostolica contra ius diuinum ex quacunque etiã pia causa est permittẽda. cap. super eo. de vsur. Tum etiã, quia iuramentũ istud fundatur in detrimentũ illorum, quibus succedere possunt, sperantve succedere, & sic non obligat, per iura vulgaria. Ex quo etiam infertur iuramentum factum ab vxore marita absque licentia viri non valere, nec firmare contractum, refragante. l. 55. Tauri. vt in specie eleganter docet Archiepiscopus sancti Dominici Doct. Didacus Couarru. in epitome. quarti Decretali. 2. parte, capi. 7. §. 1. numer. 3. qui in hoc est consulendus.

Præterea interpretatio, & distinctio iuris diuini concessa est regibus, vt suprà dixi: ergo si contractus fuerit propter hominum tranquillitatem, & conseruationem rerum suarum improbatus à iure, in hoc casu non debet iuramento firmari, vt ex prædictis constat.

Præterea non præstat ansam periurijs, imò eam delet: quia eo ipso, q̃ subditi sciunt legẽ principis annullatis contractũ, etiã reprobãto iuramentũ, de facili euitabũt tales illicitos, ac Reipub. Hispanæ pniciosissimos cõtractus, nec iuramẽta petent ac iurantes, vt quotidiè fit, periurijs involuentur. Nec tollit libertatem ecclesiæ, cùm huiusmodi interpretatio hoc in casu sit Regi permissa propter cõmunem subditorum vtilitatem, & sic non contrariã iuri Canonico, nec ab eo inhibitã, imo concessam esse dicendum in casu nostræ legis.

Pro his etiam facit consilium Bald. 117. Super primo puncto. num. 2. lib. 5. vbi tenet legem prohibentem contractum, censeri etiã iuramentũ vetare. citat. l. adigere. §. fin. de iure patro. vbi à lege ciuili remittitur iuramentum. Addetex. in l. fi. & ibi gl. ff. qui satisda. cogã. quę iura accipiẽda sunt, stante iusta causa ad impedimentũ illud ex quadam tacita Romani Pontificis approbatiõe, aliàs secùs, cùm sit iuramentũ causa merè spiritualis respiciens ecclesiam potiùs quàm laicos, & seculares personas.

His etiam facit. Nam Principibus Christianis licitum est impedire iuramentũ interponi in contractibus reprobatis à iure regni istiè, & licitè, cùm proprium munus principum est. capit. regũ officium. 23. quæstione. 5. optimam. C. de contrahend. emptio. cùm iuramentum sit interponẽdum, vbi non detur peccatum, nec eius occasio, quod hic daretur, cum lex sit iusta, ac violans, præ textu iuramenti peccaret. Et sic non adducendũ in dubium hoc casu de valore harum legum, prout Pinellus tradidit in rep. l. 2. in. 3. part. num. 21. C de rescind. vend. vbi declarare cõtendit leges nostri, ac sui regni prohibentes iuramentum interponi in contractibus, quæ leges sunt in Castellana Republica. l. 6. titul. 1. suprà hoc lib. 3. & Lusitaniæ est lib. 4. titul. 3. §. vnico.

Quod autem valeat nostra lex regia prohibens iuramentum, ac annihilans contractum factum sine licentia curatoris, patet ex eo, quia fuit facta, propter illicitos, & vsurarios contractus, qui fieri solebant ex magna mercatorum iniquitate procedentes in hoc regno: nam res, quæ valebat ad paratam solutionem mille, vendebatur minoribus, & constituti sub aliorum cura pro tria millia, & sic inuoluebantur maximis debitis ipse, & sui curatores, cum, vt Lucan. cecinit.

*Hinc vsura vorax, auidumque in omni tempore fœnus.*

Quo casu valet, etiam si prohibeat iuramẽtum. Bald. & Salicet. in authen. Sacramenta puberũ. C. si aduersus vendi. Bald. in. l. 2. ff. de iureiurand. & in l. non dubium. C. de legib. & in. l. sicut. C. de oper. liber. Anto. & Imo. in. c. cum contingat. de iureiu. Barba. in. l. 1. §. si quis simpliciter. col. 4. ff. de verb. obliga. Rom. consil. 12. Ioan. Crott. in rep. l. oẽs populi. nu. 78. ff. de iusti. & iure. & sic impeditur vigor iuramenti interpositi super cõtractu iniquo, & reprobato a lege iusta, & si interponatur, debet regulari secũdum naturã eius, super quo interpositũ sit. l. fi. C. de nõ num. pecu. Sed iuramentũ nihil cõfirmat, si fuerit adiectũ contractui simulato. glan. l. 3. C. plus valere quod agitur. Cuius sententiæ sequuti sunt inter alios Angel. ibi, dicens eam singularẽ. Panor. in. c. ad nostram. col. 1. & Anto. Burgens. notab. 3. de emp. & vend. Angel. in. l. 1. C. de dote caut. nõ num. Bal. in. l. 1. de oper. liber. Alex. in. l. nemo potest. dicens hanc glos. opinionẽ cõiter receptã esse. ff. de lega. 1. & ibi Iaso. & item idem Iaso in. §. item si quis in fraudẽ. colũ. 2. Inst. de act. & in. l. iusiurandi. §. procurator. col. 11. ff. de iureiurãd. Fab. in. §. fuerat. Instit. de actio. Plenius Panor. & Imol. in cap. cum cõtingat. memb. 7. de iureiurand. Panor. in disputa. 2. incip. Stante statuto. dub. 3. colum. 9. cum. 5. sequenti. Rom. singul. 363. Cepol. cautel. 243. Idem Cepol. in tracta. de simulatio. contractus. præsumptio. 7. num. 46. Thom. Ferrati. cautel. 16. numero. 4. Socinus consilio. 65. libro. 1. Hippolyt. singul. 317. & 474. Chassanæ. in consuetudini. Burgund. titulo. 4. §. 7 numero. 51. Ludoui. Gomes. in dict. §. item si quis in fraudem. colum. 1. cum. 2. sequen. plures concord. ad eam citans. Ioan. Lupan rep. reb. de donatio. inter vir. & vxorem. §. 51. num. 4. Si igitur iuramentum interpositum super actu simulato nihil operatur, nec firmat contractum per præmissa, cũ cõtractus in specie, d. Prag. 78. sit talis. ibi, *y por ser cõtractos prohibidos por esta nuestra ley, y simula-*





*dos, y dolosos, y fechos en grande daño, y perjuyzio de los dichos hijos familias, y menores.* &c. consequens erit fateri, quòd prætextu contractus, nec ex vi iuramenti creditores poterũt cõsequi debitum contra tales filiosfa. & minores.

His etiam adstipulantur verba prædictæ legis. 78. ibi, *no puedan comprar.* & ibi, *no se pueda pedir.* quia ex tali contractu nulla oritur obligatio, nec naturalis, nec ciuilis, eo, quia lex ipsa prohibeat & resistat contractui, ipsumque omnino reprobet, prout ex eius lectione constat. l. si non sortem. in princip. ff. de cond. indebi. Lancel. Galiaul. in repet. rubric. ff. de verborum obligatio. numero vigesimonono. & numero. 208. vbi fusè agit de hoc, ideoque nec iuramẽto firmari ex prædictis constat. Igitur ritè debitor minor exceptione prædictæ legis iustissimè se in omni foro tam regio forensi, quàm Canonico, ac animæ defendi poterit absque peccato, aliàs enim leges essent causa illaqueandi homines, ac verbales, si in principalibus suis sancitis, ac in pœnis non possent obijci absque mortali, cùm id agẽs legis authoritate præcipiente non faciat actum improbatum, imò laudabilem contra legum transgressores, & suo iure vtendo, nemini censeatur facere iniuriam, sitque in pœnam creditoris adscribendum.

Fallit tamen, vbi contractus esset celebratus bona fide secundùm terminos iuris naturalis, & sic cessaret fraus, & læsio, quo casu recipiẽs debitum, exceptionem pro se allegare non posset, quia eo in foro non est curandum de apicibus iuris, sed de mera veritate, attenta æquitate, & exclusa rigore. Exceptio enim ex æquitate procedit, sed hoc casu cessat, cùm veliscum re aliena locupletari, & instituens si de hac specie fuisset rogatus, idem respondisset, & sic colligitur ex supplicatione proposita in principio prædictæ. l. 78. iuramentumque super tali contractu firmare illum, non obstante legis prohibitione. authenti. sacramenta puberum. C. si aduersus vend. capitulo secundo. de pact. libro sexto. capitul. cùm contingat. de iurejurand. Non enim valet statutum laicorum dispinquorum non teneat, etiam si interuenerit iuramentum, quia iuramentum spectat ad ecclesiam. capitul. venerabilem. de electio. capitul. fin. de foro competen. ac proinde non possunt laici super hoc disponere. capitul. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. capitul. fina. de foro competen. libro. 6. facit quod notatur in text. & gloss. in capitu. tuam. de ord. cogni. & in capit. fina. de immuni. ecclesi. libro. 6. Tenet in terminis Bart. in repet. l. omnes populi. 3. quæstione principal. ff. de iustiti. & iur. Alexand. consilio. 59. colum. 2. numero. 4. & ibi Additio. libro. 1. Vsuram inducere non potest statutum præsumendo eam ex aliquo actu, qui vsuram non contineat. Paul. Castr. consil. 210. colum. 1. ad fin. libro. 2. Corneus consil. 28. colum. penul. libro. 1. Decius in capi. ecclesia sanctæ Mariæ. colum. 16. de constit. Aymon Crauet. consil. 48. col. fi. nu. 7. lib. 1. ergo si fraudem, nec vsuram continet, iuramento firmabitur.

Fallit secundò, in his, qui sunt extra patris curã seorsum per se habitantes, sibique extra patris auxilium victum quærentes, qui quanuis sint sub patris potestate, (& tales etiam si sint sexagenarij præsumantur,) tamen ad contrahendum non cõsideratur. glos. insignis est in. l. si seruus. §. pupillus. verb. pupillus. ff. de verborum obligatio. singul. secundùm Barba. in. l. si Titius. columna vigesimaquarta. eod. titul. si tamen filius seorsum à patre habitasset per decennium, præsumeretur emãcipatus à patre. Iaso. in. l. qui in aliena. nu. 50. ff. de acquir. hæredita.

Item fallit tertiò, in filio, postquàm matrimonium consummatum quo ad verba, & benedictiones, quas velaciones vulgò dicimus, contraxit, quia iam est per talem actum emancipatus, & liberatus in perpetuum à patris ditione. per. l. 47. in ordinationibus Tauri.

Præterea eadem. l. seruatur in Francia, quòd filij vxorati etiam minores. 25. annorum, reputantur sui iuris, & parentes non habent vsumfructum in bonis aduentitijs, teste Boeri. in rep. l. consentaneum. num. 164. C. quomodo & quando iudex. vnde pro debito poterit realiter citari, seu incarcerari, secundùm eundem.

Confirmatur ex. l. 244. styli. ibi, *tenida es de pagar lo que compro, y lleue, y esso mesmo tnel emprestido, o en toda cosa, de que pro se les aya seguido. Ca los menores y aun entonce tenudes son.* Et in eisdem legibus habetur, quòd minor postquàm matrimonium contraxit, obligari poterit validè omni obligatione. l. 205. styli. ibi. *Y el hombre menor de edad desque casado es sera tenudo a todo emprestido, y obligamiento de deuda que faga, pero en las otras cosas, donde es otorgada restitucion a los menores, podra demandar restitucio.* Tum etiam constat, quòd nostra Regia lex tantùm loquitur in constitutis sub patris potestate, vel Curatoris: sed filijfamilias, etiam si habitent in domo patris, eiusque expensis subsidium vitæ percipiant, non sunt sub potestate, secundùm nostrũ ius regiũ, etiã si minores sint, possunt obligari, et habitum est. Ergo cùm eis non conueniant verba legis, & eius prohibitio, nec competere debet eius dispositio. l. ita autem. & ibi Bar. ff. de admi. tut. Bart. Ange. Rapli. & Imo. in. l. 4. §. Prætor. ff. de dam. infect. Socin. consil. 33. numer. 8. libr. 1.

Fallit quartò, in filijs naturalibus, spurijs, & illegitimis,

Universidad de Deusto
Biblioteca



de pact.Præſens enim,& taceſ cùm de ſuo cōmodo agatur,conſentire videtur, & ſic paciſci.l.tale pactum.ff.de pact.notāt Barto.& alij in.l.1.C.de pact.Nec etiā iure probari exiſtimat, expreſſum conſenſum requiri in pactis,ac ideo fatendum cēſet,tacitum,prout communis dicit, ſufficientem eſſe Hieronymus Cagnol. in dicta.l.ſemper qui non prohibet.nu.ſexto.de regul.iur.Deci.etiam in.2.lectu.in rubri.C.de pact.nu.5.reſpondet his, quæ aſſeuerat in priori.

Vtrùm autem ſit pollicitatio,ſi fiat promiſsio abſenti concernens eius commodum? Quòd ſit pactum ſtatim quòd ſuperueniat ſcientia, dicit Deci.in rubr.nu.2.C.de pact.Ioan. Crot.in repe. rubri.ff.de verb.obligat.col.5.nu.26.verſi.Aduerte tamē.quia puto poſſe teneri. Probatur primò. Nam ſi fiat actus,in quo agitur de vtilitate abſentis,ſtatim quod ſcit,& non contradicit,conſentire viſus eſt.l.ſi abſentis. C.ſi cert.pet. & quod ibi nota.per gloſſ.Bart.in.l. quo enim. ff.rem ratam haberi. Data igitur certa ſcientia in abſente, ipſe reducitur ad paritatem cum præſente, vt dicatur conſentire,& voluntas promittentis.ad huc durare præſumitur.l.cum qui.ff.de proba. Panormit. conſil.4.col.3.libr.2. Maximè per biennium.l.ſi mulier.la.fi.C.ad Velleian.quo fit, vt probato ꝙ quis noluit conſentire,præſumitur deinceps minimè conſenſiſſe.ſecūdum Aret.in.l.in illa. in fi. ff.de verb.obliga.Facit.l.3. C.de inoffi.teſtamen. Ergo quando ille,in cuius fauorem fuit facta pollicitatio,ſuperuenit cōſenſus ex ſcientia:eſt ac ſi preſens eſſet, ac recipiens eam ex ſimultaneo cōſenſu.de quo per Alexan.& Iaſ.in.l.ſi ſtipuler.§. fin.ff.de verb. obliga. quorum dicta habeantur hic pro relatis. Hinc eſt, quòd in contractibus, qui conſenſu perficiuntur, interuallum non vitiat, & ſi conſtituo te procuratorem, & ex interuallo acceptas,valet.c.licet. & ibi Ioann. And.in nouella.de procura.lib.6.Anto.Butrig.in.c.1.de litis conteſt.

Secundò confirmatur ex.l.2.&.l.ſi creditores. C.de pact.quibus iuribus ille,de cuius commodo agitur,erat abſens, & tamen pactum conficitur. Finaliter & tertiò negotium huius partis confirmare videtur.l.qui autem.in.fi.ff.de conſti.pecu. ponderando illam,Qui conſentire videtur.poſſe paciſci inter abſentes per nūtium,& per nos metipſos: ergo pactum eſt inter abſentes, remotis etiam nuntio,vel epiſtola.Quibus omiſsis, cōmunis eſt in contrarium, quam tenent omnes ſuprà relati, tenentes eſſe pactum pollicitationem factam præſenti,& tacenti,ſi fiat in vtilitatem præſentis. Et communem dixit Huberti. Zuchard. in repe.rubri.nu.62.C.de pact.vbi ſatisfacit prædictis fundamentis adductis aduerſus cōmunem,

Primò, quia ſi vbi præſens fuiſſet quis, & tacuiſſet, non eſſet pactum, quantuncunq; promiſsio cōcernat eius commodum,vt defendit Zuchard. loco præcitato, ergo multò magis erit pollicitatio iſto caſu.

Secundò.quia qui promittit abſenti,& non adhibet requiſita ad pactum,nō videtur velle ſe naturaliter obligare,vt prædixi, igitur nec pactum fieri poterit,quia deficit concurſus animorum requiſitus ad pactum.l.1.ff.de pact.

Suaderi poteſt.3.ex dict.l.qui autem. in fin. quatenus inquit, paciſci inter abſentes per nuntium. ergo dubitatione caret, ſi abſque nuntio, vel epiſtola potuiſſet abſens paciſci. De hac quæſtio. plenè agit Andræ. ab Exea libro pactorum,num.12.

Dubitari enim ſolet eo caſu, quo quis ſpondenti dixerit,quòd nec acceptat, neque recuſat, vtrùm ſit pollicitatio, vel pactum? Videtur ꝙ ſit pactum: nam ſi non continet cauſam onerosam,eo ipſo, quod expreſsè non contradicit, viſus eſt conſentire. cap. is qui tacet.de regul.iur. libro.6.Cui concinit caſus michi clarus in.l. cùm anteà.C.de receptis arbit.Quem Zuchard.ī rep. rubric.C.de pactis.num.82.verſic. vnum tamen non prætermitto.inducere cōtendit hoc modo. Dicit text.ille propè principi.quod laudum mandabitur executioni, ſi partes ſubſcripſerint, quod non diſplicet.Sequiť deinde in verſi.ſin autē. Sin autē minimè ſubſcripſerint ſe arbitri formā amplecti,vt innuitur (ſin autem) aduerſetur præcedentibus in iure,& in facto,prout eſt eius natura- ſecundùm Bart.in.l.ſi ita ſcriptum. notabi.fin.ff. de libe.& poſthum.& in.l.ſi repetendis.ff. de lega.3. neceſſe erit fateri, ꝙ in præcedentibus ſubſcribendo ſubſcripſerāt formam laudi amplecti. ſed hoc non erit aliter dictum, quam ſubſcribendo quòd ſibi nō diſplicet.Ergo ibi eſt caſus, quòd non diſplicere eſt approbare. Sed concludēdum eſt ex his verbis potiùs pollicitationem induci q̄ pactum, cum non contradicere ſit medium inter cōſentire,& diſſentire.gl.in.clem.Sæpe. verb.nō contradicentibus.vbi Bonifa.col.pen.num.5.de verbo.ſigni.Senſus eſt,quod non conſentit, nec ſtat medius inter conſenſum,& diſſenſum, igitur ſequiť ꝙ ſpernit, & ſic erit ſolius offerētis ſpōſio, & per conſequens eſt pollicitatio.vt notat Iaſ. in rubr.ff.de verb.obliga.col.3.num.7. Zuchard.in repe.rubri.C.de pact.nu.79.arti.8.Et faciunt quę adnotauit in.d.rubr.de verb.obliga.Lancelo. Galiaula.num.47.verſi.Quinto inquantum Dominus meus concludit.omiſſo Ripa ibi.nume.25.recedente à Iaſone.

Dubitari non inſubtiliter à pluribus circa huius legis interpretationem ſolet,an hodie in contractibus



tractibus innominatis oriatur efficax actio & obligatio ante implementum ſequutum ex altera parte, ceſſetq; repetitio ex capite pœnitētiæ vel cauſæ non ſequutæ? Et videtur quòd non inducatur aliqua correctio:nec alteratio circa ius cōmune,quemadmodum de iure canonico non eſt inducta circa hos contractus innominatos. vt in terminis huius legis nouiſsimè aduertit Grego. Lopez in.l.1.glo.*gran pro.* titu.11.part.5. citat gloſ. & ibi nota.in.c.cùm inter R.ſeniorem.de electio. Bald.in.l. ſiue apud acta.col.2. C. de tranſactio. Fernand.Menchaceñ.lib.2.§.12.nume.64.de ſucceſsionum creatione. vbi tenet nullam differentiam conſtituendam eſſe in hoc inter vtrunq; ius commune & regium, quia iſto caſu partes habent animum ſe obligandi reuocabiliter ſecundùm iuris diſpoſitionem,ideoq; pœnitentia locum habet,in caſu noſtræ legis ſecùs eſt, cùm loquatur eo tantùm caſu, quo contrahentes habebant voluntatem deliberatam ſeſe irreuocabiliter obligandi.Sed in prædictis cōtractibus quis non cenſetur habere animum ſe obligandi irreuocabiliter. ergo. &c. Ex hac opinione inferuntur plura,quæ cumulat Dominus Fernand. Menchaceñ vbi ſuprà. Cuius dicta & fundamēta cùm ibi tranſcripta accurate cōpererim,ab hoc loco remouenda curaui,cùm nunc eſſem in vltima correctione huius noſtri operis,tantum enim refero, quæ ab alijs hoc articulo non fuerunt adducta, cùm in hac opiniōe repererim ipſummet Grego. Lopiū tenuiſſe de iure iſtius regni per hanc legem.3.non eſſe locū pœnitentiæ,niſi eo caſu,quo altera pars nollet,ſeu differat adimplere, quo caſu licita erit pœnitentia ex defectu cauſæ, ac fidei non ſeruatæ. Antoni.Gomez probat hanc partem in tract. de contractibus.capitulo octauo numero quarto.

Confirmatur. Nam obligatio naturalis oritur ex cōtractu innominato,etiam ante rei interuentum.gloſſ.1.in.l.petens.in verſi. reſpondeo non, quia.C.de pact.quam communiter ſequūtur doctores.ſecundum Deci.ibi.col.7.nume.19. & Socin. in rub.ff.de verb.obligat.nume.8.col.2.Ripa col. 10.num.41.& Ioann.Crott.col.3. nume.18. Si ergo virtute conſenſus partium ante implemētum oritur naturalis de iure ciuili, & irreuocabilis erit talis contractus de iure regio.

Rurſus confirmatur.Nam in hac lege Regia, & eius deciſione non requiritur pactum nudum, ex quo oriatur obligatio naturalis,ſed ſat eſt ſola voluntas, & animus obligandi.vt efficaciter maneat obligatus, quod conſtat, cū ex ſola promiſsione oriatur actio,& obligatio, vt præmiſſum eſt, & in hoc excedit ius canonicum.ergo à fortiori ex pacto nudo, & reciproca pollicitatione, & promiſsione facta in contractu innominato hodie orietur actio ex noſtræ legis litera.

Secundò his adiungitur talis cōſideratio. Certum eſt, quòd iuxta traditiones iuris communis, ſi in contractu innominato interponatur ſtipulatio.oritur efficax actio, & obligatio ante implementum ſequutum ab aliqua parte.l. ex placito. ff.de rerum permuta.Ex quo inquit Bar.in.l.2. in fi.C.de cōdi.ob cauſam,quòd cùm hodie de communi ſtylo, & conſuetudine notarij ponant in inſtrumentis, quòd omnia partes promiſerunt per ſtipulationem,raro, vel nunquàm inuenitur contractus innominatus.Paul. & alij poſteriores in rub.ff.de verbor.obligat. Sed in hac regia lege nulla conſtituta eſt differentia inter pactum nudum,& ſtipulationem,imò expreſsè diſponit, ꝙ ex quolibet pacto nudo, & promiſsione oriatur efficax actio,& obligatio,ac ſi forma, & ſolennis ſtipulatio intercedat.Ergo pro hac poſteriori ſententia,quæ confirmari,& declarari poterit ex traditis à Baldo nouello in rep. rubric. ff. de verbo. obliga.col.14.cum.2.ſequenti. à verſi. ex quibus etiam inferri poteſt.num.53. Et ita tenēdum erit cum præceptore digniſsimo loco præcitato, cum declaratione ab eo ibidē ſcripta. & ante Anto. Gome.idem tenuit Fortun.in cap.1.de pact. verſicu.Septima declaratio eſt.nu.30.ad finē.fol.61. colum.3.

Hinc etiam infertur, quod ſi quis per pactum nudum promiſit ſtare iuriſdictioni alterius iudicis,quàm ſui,tenetur, ſi pœnituerit, conuentioni obedire ad id,quod alterius partis interſit. ſecundùm Ioan.Oroſci.ita interpretātem hanc regiam legem.3.in.l.ſi conuenerit. num.3. ff.de iuriſd.omnium iudic.

Quæro,vtrùm donatio facta abſenti efficaciter inducat obligationē promiſſori, taliter quòd cum primùm venerit in notitiam abſentis donatarij,ipſe poſsit donatorem conuenire, & condemnare? Reſpondendum eſt quòd ſic.Antoni. Gomez in tracta.de contractibus.c.4.colū.3. Primò per verba, *Pareſciendo que vno ſe quiſo obligar a otro, quede obligado.* Ex quibus verbis patet,quod ſola voluntas,& intentio volentis ſe obligare attenditur & conſideratur, & non alia perfectior forma, vel ſolennitas à iure communi requiſita in contractu,et per conſequens oritur actio,et obligatio ex pacto,et pollicitatione. Secundò,quia lex iſta diſponit,quod valet promiſsio, vel obligatio inter abſentes,ergo non requiritur nuntius,vel epiſtola ad coniungendas voluntates, nec ſimultaneus conſenſus,ſed ſola promiſsio et voluntas promiſſoris. Tertiò, quia lex præſupponit,& vult, quòd ſtatim promiſſor efficaciter ſit obligatus, ergo non ſuſpenditur obligatio expectato nuntio,vel epiſtola,ſed exequutio differtur quouſq; abſens

Universidad de Deusto Biblioteca

eam acceptet, cum valor, & substantia contra-
ctus sit collata, & commissa in liberam volunta
tem ipsius.argumen.l.in vendentis.C.de contra-
hend. emptio. tenet etiam Roderi. Suarez in.l.
quoniam pagin.218. num.7. C.de inoffi. testam.
& hanc teneas licet Grego. Lupus contrarium vel
lit in.l.4.titul.4.par.5.& ita consului in fauorem
Marchionissæ de poca. isto anno.1566. vbi late
dixi.

Præterea notandum est ex hac lege, quod ex
omni actu. vel promissione, ex qua de iure cõmu-
ni nulla oriebatur actio, nec obligatio ciuilis, nec
naturalis, hodie oritur vtraq;, addit, exceditq; ius
gentium canonicum & ciuile, cùm ex eis nulla o
riebatur actio, & obligatio ex pollicitatione, vt
suprà præmemorauimus, tamẽ hodie de nostro iu-
re bene oritur efficax actio & obligatio, attenta
litera huius text. Et sic tollitur forma & solenni-
tas requisita in cõtractu verborum, qui stipulatio
nis dicitur. de quo in.l.prima & in.l.quinta.§.sti-
pulatio.ff.de verb.obligatio.l.prima.§.verbis. &
l.obligamur.ff.de actioni.& obligat.§.primo.In-
sti.de verb.obliga.l.prima titulo vndecimo. par.
quinta Tradit Anto.Gomez.libro de contracti-
bus.capitulo nono numero tertio. Tamen secun-
dùm eum virtus, qualitas, & natura huius contra-
ctus verborum, & eius materia non abrogatur.
Vide in hoc ipsum Anto. Gomez subtiliter ad-
uertentem circa hunc articulum loco præcitato.

Vtrùm autẽ requiratur causa, ac de ea debeat
constare, vt quis censeri debeat obligatus, & exequi
que possit propter promissionem, vel pactum nu
dum? Responderi oportet, quòd reus tueri pote-
rit ex defectu causæ, ex eo, quia nulla est ex defe-
ctu relationis, & apparentiæ, vel si expressa est, nõ
est sufficiens ad producendam efficacem obliga-
tionem, de ea enim constare debet iudici, si excep
tum fuerit à debitore, & nisi probata fuerit à cre-
ditore legitimè, vel quia promisit scienter sine
causa, quo loco posteriori præsumendum est vel-
le donare, liberandus erit à petitione debitor as-
sertus.l.secunda.§.circa.ff.de doli excep.& ibi Al
beric.& communiter doctores notãt. & Bald. in.
l.vnic.§.ille etiam.columna secunda versiculo de
nuò quid.numero quarto. C. de lati.liberta. toll.
l.generaliter.cum gloss.verb.causam.& ibi Cin.
quæst.decimatertia. C.nõ nu.pecu.l.qui sine cau
sa.ff.de condi.sine caus.glos.in.l.nunquàm nuda.
ff.de acqui.re.domi.& in.l.1.§.fin.infi.gl.magnę.
ff.de interrogato.actio.Specul.de obliga. & solu-
tio.§.fi.versic.rursus.Roffred.in rub.de actio.quę
ex stipula.compe.Alexand.consil.157.in princ.
lib.6.facit.l.1.cum gloss.verb.sine causa.ff.de pol
licita.l.nuda ratio.ff.de donatio.l.cũ de indebito.
§.fin.ff.de probat.& cap.si cautio. de fide instru-
ment.et est communis sententia secundùm Iaso.
in.l.filiusfamiliàs.§.diui.2.lectu.col.1.nume.6.ff.
de lega.1.tetigit Alberic.in rub.ff. de oper. liber-
to.colũ.2.num.7.& in.l.sed et hæc.col.1.nu.4.ff.
de cõdi.sine causa.Ias.in repet.l.quominus. q.27.
nu.194.ff.de fluminib. Andræ. Tiraquell. in re-
pet.l.si vnquam, verb.donatione largitus. nu.48.
versic. Vigesimusoctauus. C.de reuocand. dona-
tio. Iterum in.lib.2.de vtroque retract. in fin.nu.
103.versic.Decimooctauò igitur quæro. Hippo-
lyt.in.l.1.§.præterea. num.93. ff.de quæstio. vbi
plura in hoc scribit, quæ sunt notanda ad dict. §.
circa. eiusque intellectũ. insigniter ac latè per Bar
bat.in.l.generaliter.col.14.ff.de verborum obli-
gat.l.119.& ibi Gregor. Lopez. verb. *con razon.*
titul.18.par.3.l.97.in curijs de Madrid.anni.1534
Rebuff.in tracta. de chirographorũ & schedula.
recogniti.in princ.nume.66. Quæ conclusio pro-
cedit etiam de iure Canonico. Bald.in.l. si diuisio
ne.ad fin.C.famil.hercis.& in.l.cùm quis.colũ.8.
C.de iur.& facti ignorantia.& in.l.petens.ad fin.
C.de pact.quia non debet plus posse pactum nu-
dum de iure Canonico, quàm stipulatio de iure
ciuili: sed stipulatio sine causa est inefficax ob-
stãte exceptiõe doli.per dict.l.2.§.circa. ergo nec
etiam pactum nudum. Et sic etiam scriptura pu-
blica sine causa non erit exequenda per prædicta.
quod est no.ad.l.4.infra eod.dixi in.l.5.eiusdem
tit.in glo.fin.

Præterea confirmatur. Quia vbi est promissio
sine causa.nõ videtur militare æquitas naturalis.
Patet, quia datur exceptiò doli, quæ fundatur su-
per æquitate.l.q æquitate.ff.de doli, excep. Vnde
dici potest, q etiã de iure gentium promissio sine
causa non haberet exactionem, nec de iure Ca-
nonico contra Bald. nouellum. de verbo.obliga.
super rubric. vbi hoc tenet Lancellot. Galiaula.
num.204.reputans valde vtile in practica. Quæ
conclusio pariformiter locum habebit per hanc
regiam legem.3. quia hodie nuda promissio sti-
pulationi æquiparata est per hanc legem: sed iu-
re ciuili stipulatio sine causa non valet, vt osten-
sum est, igitur idem dicendum est in promissio-
ne absque causa, stante hac regia lege. Quam in-
telligendam fore censeo, quando promissio talis
esset pura, & absoluta absque causa. Secus au-
tem, si contineret conditionem, quæ conditio lo-
co causæ habetur. Ita notat Paul.de Castro, repu-
tans menti tenendum in.l.Titio.num.3.ff. de ver
borum obligat.

Secundò declara, nisi eo casu, quo quis scienter
promitteret, & sic in instrumento diceretur, q
ex certa scientia promittit, sciens se ad prædicta
non teneri, nam tunc est præsumpta obligatio
ex causa donationis, l, Campanus, ff, de oper. li-
ber. Et



ber. Et ideo cùm iure Canonico, ac nostro regio
regulare sit, quòd ex pacto, seu nuda promissio-
ne oriatur efficax actio, erit fortasis eo iure talis
promissio facta nudo pacto efficax, cùm sit præ-
sumpta donatio. Cùm hoc in casu cesset ratio, de
qua per Barto.in.l.iurisgentium.§.quinimò.ff.de
pact.dum ait.l.si quis argentum.C.de donatio.lo
cum non obtinere in præsumpta donatione, ne
cõcurrant duo specialia, nempè præsumptionem
donationis, & perfectionem ipsius ex virtute pa-
cti nudi. Quippe cùm hæc duo specialia sunt tan-
tùm considerato iure Romanorum ciuili, secùs
tamen attento iure Canonico, ac regio. Quod est
quotidianum, ac vtilissimum in actibus forensi
bus, ideoque cogitandum relinquo.

Declaranda erit etiam ista lex locum habere
tam in donatione simplici, quàm in donatione
causa mortis, in quibus regia ista lege stante non
requiritur præsentia donatarij, sed in eius absen-
tia donator remanet efficaciter obligatus (ad hoc
tamen, vt in iudicio exigi possit, priùs constare
debet de acceptatione donationis.) vt singula
riter docet doctor, ac Archipræsul meritissimus
Didac. Couarr. in relectio.rubr.de testam.3.part.
nume.13.cum sequent. vbi citat istam legem.3. &
in libr.1.variarum resolut ca.14.nu.13.versic. Ex
quo infertur verus intellectus. nec reuocari pote
rit à donatore ante acceptationem donatio inter
viuos facta. secundũ eund. Archipræsulem in duo
bus locis proximè citatis. Quod est in practica
singulariter notandum.

Quæro, Vtrùm eo casu, quo quis vendidit rem
Petro pro mille cum pacto, quòd inde fieret scri-
ptura, possit alter ex cõtrahentibus resilire à con
tractu, & sic poenitere antequam fuerit facta scri-
ptura? Videtur quòd non, quia iam iste ex con-
tractu sui virtute, & essentia ex promissione erat
obligatus, ac de tali obligatione constat, quæ va
lida est absque aliqua alia iuris solennitate, ergo si
ne scriptura, & sic inuentio.l.contractus. C. de fi-
de instrum. hodie locum non habeat per hanc le-
gem, ibi, *paresciendo*, & ibi, *como quiera que parezca
que no se quiso obligar. &c.* Et sic venditor, seu em-
ptor erit cogendus ad hoc, vt faciat scripturam
iuxta formam conuentionis. Nam in contracti-
bus, qui possunt fieri in scriptis, & absque scriptu
ra, non censentur partes voluisse celebrare in scri-
ptis, quanuis voluerint scripturam de tali contra-
ctu confici, nisi expresserint se velle in scriptis cõ
trahere.gloss.in.§.1.Insti.de emptio.& vendi. Ia-
cob.Butrig.& Cin.in.l. contractus. suprà allega.
& ibi Salice. Mẽchac. alios ad id citãdo dicit coẽm
in lib.2.de successio. creatio.§.11.nu.13.& commu
niter approbatur secũdum Grego.Lopez.in.l.2.
verb. *en poridad*. tit.1.parti.6. Et est opinio Ioã.di-
cẽtis, q quãuis agatur à contrahẽtibus q fiat scri-
ptura de cõtractu, nõ per hoc dicitur fieri in scri-
ptis, nisi partes dixissẽt, q celebraretur in scriptis,
& q nõ valeat ante cõfectionem instrumẽti præ-
dictus contractus. Et hanc opinionẽ in hac specie
coẽm dixit Ange.in prin.Insti.de emptio. & ven
di. Decius cõsi.340.nu.3.libro.3.& Grego.Lopez
in.l.6.verb. *vender*.tit.5.part.5.vbi alios huius sen
tentiæ homines refert.& oẽs ita tenent secũdùm
Iacob.Butriga.in.l.fin.C.si cert.pet.Barbati.in.l.
sciẽdum.col.18.versi.& arguo sic.ff.de verb. obli.
eandem cõmunem refert Barbati.in rubr.de em-
ptio.& vendi.nu.8.versic. Sed cõtraria pars vide-
tur verior. Facit, nã sermo debet esse subiectus rei
& non res est subiecta sermoni.c.præterea. & ca.
intelligẽtia.de verb.signi.non enim in folijs, sed
in sensu consistit euãgelium.ca.Marchion & Basi
lides.1.q.1. Sed natura contractus emptionis &
venditionis est, vt solo consensu perficiatur.l.1.
&.l.2.ff.de cõtrahend.emptio.nec ad sui esse, sub
stantiam, & formam desiderat scripturam. l. non
idcirco.ibi, vel instrumentum.C.de contrahend.
emptio.l.quoties.ibi, obtentu non datorum in
strumentorum expelli te à possessione non patie
tur.C.de rei vendicat.l.cũ instrumentis.C.de fide
instrum.notatur in.l.pactum quod bona fide.C.
de pactis.l.contrahitur.ff. de pigno.actio. & in
princip.Institu.de emptio.& vendi.tradit Boeri.
decisio.48.numero. 17. ergo quanuis adiectum
sit quòd fiat scriptura, non erit locus poenitentię
per præmissa, ne dicamus illud Terentij. Hui tam
cito? Item facit, contractus est perfectus consensu
ergo ex eo, quòd partes mentionem fecerunt de
scriptura, si non dixerunt, quòd aliter scriptura
non perfecta non valeret contractus, debuit vale-
re, ne tollatur contractui substantia ipsius. Nam
iuxta doctrinam Aristote.1.de anima. illud quod
euenit enti & actui, est accidens ipsius, sed quod
contractui emptionis & venditionis accidat scri-
pturæ mentio in specie proposita est accidens cõ
tractus, qui consensu perficitur, consequens ergo
erit nullam alterationem enti inferre, & sic con-
tractui. Quæ opinio Barba.in locis proximè cita-
tis visa est verior.

In oppositum tamen vrget voluntas contra-
hentium, qui volunt habere contractum pro per
fecto tunc demum, cùm scriptura de ipso fuisset
facta, & absque ea voluntas fuit, ac præsumenda
est in cõtrarium, & sic reuocabilis.glos.est singul.
in.l.inter patrem.verb.sine scriptis.ff. de contra-
hend.emptio. Tenet Azo in summa.col.fi.num.
27.C.de fide instrum. sequuntur docto. secũdùm
Salicet.in authen. Sed nouo iure.colũ.3.C. si cert.
petatur. Et istam opinionem in puncto rationis
veriorẽ probat esse Gregor.Lopez in. l.6.in glos.

1.titul.5.par.5.Paul.de Castro in.l.cùm res.colũ.1. versi.sed aduerte quotidie contingit.C.de proba. dicens hunc casum habuisse Florentiæ, & aliàs de facto pluries vidisse.& latiùs in dict.l. contractus.colũ.1.C.de fide instrum.Socin.consili. 120. num.17.lib.4.Et est communis secundùm Anto. Gomez.in lib.de contractibus.c.2.num.17.versi. Item quæro an in contractu emptionis. & placet Nicolao Boerio.decisio.48.nume.18.& est regia. l.6.ibi. *Quiero que sea desta vendida carta hecha, y la vendida.&c.*tit.5.part.5.

Quò fit, quòd si venditio fuerit facta ad mensuram,antequàm res mensuretur,erit imperfecta venditio.l.si in venditione.§.vbi verò.ff.de periculrei vendi.l.Iulianus.§.Titius. &ibi Alexand. Andr.in additio.ad Bart.ff.de actio.empt.Boeri. decisio.183.num.8.

Fallit tamen, quando ex aliquot coniecturis constaret de intentione partium, q̃ per hoc noluerunt in scriptis contrahere, sed voluerunt scripturam tantùm ad probationem. vt tradit Gregor. Lopez vbi suprà.post.Francis.Aretin.consi. 159.dubi.2.Deci.consi.342.

Non obstat lex ista. Nam natura contractus est sequenda, nisi accidens proueniẽs ex partium consensu illam modificet, vel alteret in euentum instrumenti, quo tempore perficitur, & non antè contractus. Ergo lex ista sic est accipienda text. in.c.fi.§.excõtractibus.&ibi gl.verb.lege.de reb. eccles.lib.6.facit.l.2.ibi, *fuera por auenencia de amas las partes.*titulo.10.libro.3.foro.legum.& facit.l.3. eodem titul.& ibi gloss.1.l.quòd si nolit.§. sed & quid.ff.de ædilit.edicto.Angel.in. l. si quis arbitratui.colum.2.ff.de verborum obligat.vbi habetur, quòd ex conuentione partium potest fieri, quòd duret perpetuò arbitrium,quanuis aliâs duret quadraginta dies. Facit text.in capit.Rainaldus.ibi,prout ex forma compromissi. de testam. Præterea ex tali promissione nullum ius quæritur ante absolutum instrumentũ partibus.l. contractus.ibi,Quod necdum est impletum,vel absolutum, aliquod ius sibi ex eodem contractu,vel transactione vendicare.C.de fide instrum.ergo re integra pœnitere posse non est dubium.

Hinc infertur ad Bartol.decisionis comprobationem in.l.qui Romæ.§.Flauius Hermes.col.1. versic.Vlterius habetis hic.ff.de verb.obliga.quatenus vult, eum qui donauit alicui aliquam rem ea lege,vt post certum diem quæreretur ecclesiæ, posse remittere modum donatario,absque respectu præiudicij ecclesiæ,cuius tamen contemplatione ille fuit adiectus. Cuius opinio potest sustentari ex eo,qa actio irreuocabilis non est quæsita ecclesiæ ante acceptationem expressè factam illius iuris deducti à donatore in donatiõe,ideoq; forsan præmissa ratione cùm sit ius ad rem & non in re, faciliter diluitur.vt in simili probat Marti. Nauarr. præceptor noster præclarissimus in relect.c.si qñ.excep.6.de resc,per plura ab eo citata igitur reuocari nõ est dubium potuisse donator. Quam Bart.doctrinam cõmuniter recipiũt doct. secundũ Nauar.vbi suprà exceptio.14.vers.Quarto cõtra illã doctrinam.pagi.79.nihil tamen allegat præter Bart.loco præmemorato.Iaso.in.l.2.q 23.nu.66.C.de iure emphyteu.Alex.consil.240. nu.4.lib.2.Rip.lib.3.respõso.c.16.n.3.Andræ. ab Exea libro pactorum.nu.243. Fernand. Gomez Arias in.l.25.numer.30.in ordina.Tauri.Chassan. consil.28.nu.11.Anto. Gome. in.l.40.Tauri.nu. 29.Aymon consilio.135.nu.10. & sic magis cõmunem opinionem cum Bart.esse prædicti expressè firmãt.& alij plures,quos citat Petr.Dueñ.suo tracta.regul.cum fallent.regul.216.Donator. Primò adduci solet pro hac parte text.in. l.3.ff. de seru. exportand.vbi si dominus alienauit titulo.venditionis,seu donationis seruum suum sub hac lege, vt intra certum tempus manumittatur, transacto illo tẽpore efficitur liber,ita demũ si dñs perseuerauerit in eadẽ voluntate. Vnde si ante tẽpus completum,pactũillud,vel modũ reuocauerit,nõ erit liber.Sic ergo in præiudicium serui potuit dñs pactum,vel modũ tollere.Conijci potest ad idẽ text. in.l.1.cum.2.sequenti.C.si mancip. ita fue. ali. ne man.l.3.ff. qui sine manu.ad liberta. perue.l. si pecuniam.§.si seruũ.ff.de condi.ob causam.Ergo ita in casu proposito donator poterit reuocare pactum,vel modum iniunctum donatori in fauorem tertij.

Secundò id adduci solet. Nam in specie proposita tertio est quæsita actio virtute contractus innominati resultantis , habita relatione ad id, quod euenire in modo. meritò igitur locum habere debet pœnitentia.vt in.l.si pecuniam.in prici.ff.de condi.ob causam. Vnde quemadmodum in contractu innominato tota dispositio per pœnitentiam reuocari potest , ita & quælibet eius pars.Hanc partem sequuntur doctor. secundùm Francis.Areti.consilio.74.columna quarta.versicul.Venio ad tertium.nu.9.&in.d.§.Flauius.colum.3.testatur tutius esse tenere cum Barto. vbi Imol.Alexan.Iaso.Petr.de Besut.Raphael, & Socin.qui hanc magis communem dicit columna.6. versi.Sexta conclusio.nu.17.

Contrariam tamẽ opinionem, imò quòd non possit reuocari modò adsit consensus donatoris, modò donatarij insimul,vel diuisim,tenet subtiliter ibi Paulus de Castr.nume.3.&in.l.qui insulam.§.fina.in fin.ff.solut.matrimonio.& in dict. l.si pecuniam.3.colũ.quæst.4.& in.l.si cùm venderet.colum.2. nu.5.ff.de pigno. actio. Francisc. de Al-



dè Albergo.in.l.3.ff.de seru.export. Salicet.in.l. quoties.C.de donatio.quæ sub modo. & in.l.prima.colum.1.num.5.C.si mancipi.ita fue.alien.vt manumit.Rodericus Suarez in allegat.19.versicu. Per quam legem in proposito.& in repet. l. quoniam in prioribus.8.quæstio.fol.102.qui hanc vltimam contra Barto.dicit communem, & quòd omnis scholascribentium tenet aduersus Bartol. C.de inofficio. testamen. Plura iura facientia pro hac parte tradit Antoni.Gomez.in.l. 40. Tauri. num.29.approbans hanc opinionem, & respondet ad contraria.Et Bart.sententiam reprobatam inquit esse subtilis Emanuel ab Acosta in quæst. De succesio.Regum Portugalliæ.pagin.62. Guilielm.Benedict.in repe.c.Rainutius.verb.si absq; liberis.2.numer.23. Et Couarru.has duas opiniones contrarias adducit libro.1.variarum resolutio. capit.14.num.7.vbi optimè resoluit. Et ista opinio contra Bart. probatur in hac regia lege.3. qua cauetur,quòd in contractibus innominatis etiam nullo implemento sequuto oritur actio , ac non est locus pœnitentiæ,vt dictum est. Tum etiam, quia ex eadem Regia lege constat,quòd in absentia quæritur ius etiam alteri per alterum, ergo nõ poterit reuocari.c.si tibi absenti.de præben.lib.6 l.fi.ff.de pactis.notat Ioan.Lup.in repet.rubri.de donatio.§.55.ad fin.

¶ *No puede poner exception.* Dubitatur an ista lege non obstante minor possit se opponere contra tale instrumentum petendo restitutionem. in quo dubio est dicendum posse.ex glos.in.l.post quàm liti.in glo.fin. C.de pact.per quam ita tenet Iaso. in.l.prima.numero decimo.ff.de iur.om.iu. licet Bal.in.l.in causæ.2.ff.de mino.in prin. videtur se inclinare in contrarium. Nec transactio super tali promissione locum habebit,cùm ex ea apparenter,ac liquidè constet se obligare voluisse cum effectu,per regulam traditam à Bartol.in.l. eleganter.in princip.ff.de condi.indebit.columna secunda.num.1.Angel.in.l.1.ff.de transactio.vbi habetur,quòd quando res est liquida, nõ potest transigi,nec compromitti.Idem voluit Angel.in dict. l.eleganter.§.si quis post.Barba.consil. 42. col.9. libr.1.Ludoui.Roman.consil.504. In casu propositæ consultationis.versicu.His tamen non refragantibus. vbi statutum de causis compromittendis locum habet in re dubia,non autem in ea,quæ iam decisa est per sententiam transactam in rem iudicatam, quæ pro veritate accipienda est.l.res iudicata.ff.de re iudicat.

Dubitatur tamen, Vtrùm excipi possit ex defectu solennitatis casu , quo seipsum consensu astringit tali obligatione,de ea tamen constare in iudicio non potest,vel sumus in terris,vbi ex pacto nudo non datur actio absque peccato. Videtur dicendum quòd non possit , quia ex promissione naturaliter fuit obligatus ex pacto nudo.l. 1.ff.de pact.Iuris gentium.§.Prætor ait.ff.eodẽ. idq; violare peccatum est.gl.in capitulo primo.de pactis. Quam æquitatem naturalem ius Canonicum,ac ius nostrum regium sanctissimè per hanc legem approbasse constat,& habitum est suprà in prima.gloss. Tradit etiam obiter Couarru.in cap. cùm in officijs.numero decimo.de testam. Quæ enim procedunt de labijs meis irrita non faciam, inquit Psalm. Ergo siue actio denegetur illi,in cuius fauorem ex pacto nudo fidem interposuisti ex lege,aut quia promissionem nudam probare nequit ex defectu testium , & tu recusas adimplere promissum per exceptionem,peccas, ac ci teneberis in foro animæ satisfacere. Nam ex lege naturali,quæ supra omne ius positiuum est,cùm sis obligatus,interim quo iusta causa alia cessante excipis,detinens alteri debitum ex tua promissione, & non liberaberis à peccato.per regulam. peccatum.de regul.iur.lib.6.quacunque lege, seu causa positiua repugnante.argum.tex.in.c.fin.de præscript.legem superioris, hoc est Dei,& naturæ ab homine tolli nõ posse plus quàm expeditum est. cap.literas.de resti.spolia.§.sed naturalia quidem iura.Instit.de iure natural.genti.& ciui.c.1.§.nũc autem.ibi, nam nec variatur tempore, sed immutabile semper permanet.distinct.5.§.sed agnationis.Instit.de legitim.agna.tutel. cùm dicit,quia ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere potest, naturalia verò non vtique.Socin.in.l.si quis iniquum.§.si is pro quo.ff.quod quisque iur.

Quæritur , cùm hic detur actio ex pacto nudo etiam alteri per alterum quæsita , vtrùm sit vtilis, an directa? Bartol.in.l.prima.§.sublata.ff.ad Trebellia.dicit,quòd si ex forma statuti alteri per alterum quæritur actio,intelligi oportet acquiri directa.Si tamen statutum diceret,quòd transferatur actio de vno ad alium,vtilem actionem transferri ait Segura in repetitio.l.filius dum in ciuitate.numero,75.ff.de verborum obligatio. Tangit Bartolus in repetitio.l.si arrogator. numero primo.ff.de adoptio.

Contrariam tamen sententiam,imò quòd competat vtilis,& non directa in specie proposita amplectuntur in dict.§.sublata.Angel.Alexã.Socia.Iaso,& cõmuniter docto.teste Francisco Ripens. numer.17.Primò per.l.pen.C.de appell.Secũdò ex regula generali, à qua recedendum non est, quæ habet , quòd vbi lex dicit acquiri actionem alteri per alterũ absq; cessione , quòd acquiritur vtilis.vt notatur in stipulatione in.l.3.ff. rem pupill.saluam fauore. l. 1. C. de do. quæ sub modo. glos.in authen.donationem. C. de iure doti.& in ca.quanquam.de vsur.lib.6.Et hanc ipse Rip.per

præ-

prædict. reputat veriorem, respondetq; ad tex. in l. certi condictio. §. si numos. ff. si cert. petat. non obstare, cùm speciale sit in mutuo propter singularia priuilegia illi concessa. l. singularia. ff. si cert. peta. Regulare est, quòd alteri per alterum non quæritur actio. vt in. l. stipulatio. §. alteri. ff. de verbor. obligat. §. alteri. & ibi not. Instit. de verborum obligat. notat Panormita. in proœmio Decretali. §. Gregorius. numer. 21. vbi pulchrè loquitur, ponens plures casus, in quibus de iure communi alteri per alterum queritur actio. Quibus iuribus consonat. l. septima. titul. 11. part. 5. Quæ iura hodie cessare videntur, attenta lege ista, & eius dispositione. Cuius litera, cum meo iudicio sit castigator, quàm in codicibus, qui passim circumferuntur, hic inserere placuit, vt sensus ipsius rectiùs clariùs, & meliùs percipi possit. Tenor cuius est qui sequitur.

*Pareſciendo que alguno ſe quiſo obligar a otro por promiſſion, o por algun contracto, o en otra manera, que ſea tenido a aquel a quien ſe obligo. ¶ Y no pueda ſer pueſta excepcion que no fue fecha eſtipulacion, que quiere dezir prometimiento con cierta ſolennidad de derecho. O que fue fecha la obligacion, o contracto entre auſentes, o que fue fecha a eſcriuano no publico, o a otra perſona priuada en nombre de otros entre auſentes, o que ſe obligo de dar a otro, o de fazer alguna coſa a otro. ¶ Mas que ſea valedera la obligacion, o el contracto, que fueren fechos en qualquier manera que parezca que alguno ſe quiſo obligar a otro, o fazer contracto con el.*

Ita habetur originaliter in vetustissimo codice manuscripto, quo rex Alphõsus vndecimus anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octauo Compluti. titu. 16. *De las obligaciones.* l. 1. meminit de ea Couar. lib. 1. variarum resolutionum. c. 14. num. 13. versic. Ex quo infertur verus intellectus. Refert Menchacen. lib. 2. de successio. creation. §. 12. num. 64. & adde quæ notat Grego. Lopez, allegando in genere istam. l. 3. scilicet in l. 35. verb. *y no ſera deſpues.* titul. 4. par. 3. Notandum est præterea, quòd in quantum litera huius text. ibi, dum dicit, *de dar a otro*, debet dicere, *dar otro*, nã litera, à, superflua est, nec debet esse, quia dicere idem, quod dixerat suprà. secundùm Gregor. Lopez in. l. 11. titulo. 11. part. 5. in gloss. 1. Nam tenet per hanc legem ex promissione facti alieni tenetur promittens se facturum, & curaturum, vt aneri actus magis valeat, quàm pereat. Iure tamen ciuili constat, promissionem facti alieni non inducere obligationẽ, nec subrogatur obligatio ad interesse. l. stipulatio ista habere licere. ff. de verbor. obligatio. tex. & glo. in. l. sicut reus. ff. de fideiusso. §. si quis alium. Instit. de inutili. stipula. l. 11. titulo. 11. part. 5. nam inter stipulantem & promittentem debet aliquid negotij ac interesse verti. l. inter stipulantem. ibi, non de se quenquam promittere oportet. ff. de verborum obliga. l. quæcunque geremus. ff. de actio. & obligatio. Hanc rationem ponit Bart. in. l. 1. nu. 2. versi. pro huius declaratione. ff. de pact. Ange. Imol. Cuman. & Ias. nu. 2. quicõmunem firmat in. l. stipulatio ista. ff. de verborũ obliga. nisi quis promiserit se facturum, & curaturum, quod alter faciat. l. quoties. ff. de verborum obligat. Aut stipulationi fuerit adiecta pœna. dicta. l. stipulatio ista. in princi. versicu. at si quis velit. Couar. in repet. ca. quanuis pactũ. par. 2. §. 5. de pactis. lib. 6. vbi pro resolutione facit aliquas conclusiones notabiles. Quæ conclusio etiam stante hac regia lege procederet contra notata per Gregor. Lopez loco præmisso, imò quod non sit valida obligatio & promissio facti alieni simpliciter facta alicui, vt in facti contingentia lis est sub iudice. Constat, quia lex ista tantùm tollit solennitatem stipulationis & contractus verborum, non tamen tollit alia substantialia, & naturalia ipsius cõtractus, ergo cùm stipulatio facti alieni non valeat similiter hodie per hanc regiam. l. nõ valebit promissio vel obligatio eiusdẽ. Antoni. Gomez præceptor honore semper dignus in expressis terminis huius legis tradidit in tracta. de contractib. ca. 10. num. 23. versicul. Auertendum tamen quòd licèt. Nec obstat huic doctrinæ illud, quod tradi solet, quòd in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse. l. si quis ab alio. §. si quis promiserit. ff. de re iudica. text. & gloss. in. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obliga. glossa. & Bartol. in. l. prima. in verb. agitur. ff. de actio. emptio. nam locum habet interesse tum demũ, cùm ipsa facti promissio fuit valida de iure, & non inutilis. Bartol. in. l. stipulatio ista. columna secunda. numero tertio. & Paul. numero tertio, ff. de verborum obligationibus. quia promisit quis factum proprium, secùs tamen, quando quis promisit inualidè, nempe factum alienum, ex qua promissione nõ oritur obligatio, vt præmissum est. Quãdo enim quis promisit factum suum, constat se voluisse obligare, & manet obligatus naturaliter per hanc legem, quæ considerat voluntatem promittentis, & non solẽnitates inductas à iure. nam semel validè promissum, adimplendum est. vt in 1. gloss. dixi, nam æquitati naturali, in qua se fundat ista lex, repugnat fidei violatio. l. 1. ff. de consti. pecuni. l. ex empto. ibi, cùm enim bonæ fidei iudicium sit, nihil magis fidei conuenit, quàm id præstari, quod inter contrahentes actum est. l. nõ minorem. C. de transactio. in tantum, quòd etiam ipse princeps obligatur ex sua promissione, nam ipse naturaliter & ciuiliter manet obligatus. Facit, nam obligatio, quæ consensu perficitur, est de iure naturali, cui princeps subijcitur, nam non potest eam tollere. clementina Pastoralis. §. cæterùm. de re iudic. §. fin. Instit. de iure natur. gent. & ciui. §. sed agnationis quidem. Institu. de legiti. agnatitutel. Socin. in. l. si quis iniquum. §. si is proquo. numero septimo. ff. quod quisque iur. Innocen. in capitulo. quæ in ecclesiarum. de consti. capitulo primo. vbi Panormitan. Feli. Areti. & Deci. de proba. Iaso. singulariter in consilio primo. dubi. 1. libro primo. Bald. in. l. qui se patris. numero decimotertio. C. vnde liber. Paul. de Castro. in l. princeps. numero quarto. ff. de legi. & in. l. digna vox. C. eodem titulo. numero quinto. Romanus. consilio quinquagesimo secundo. Deci. consilio. 286. columna quarta. numero septimo. Aymon Cranette consilio. 135. columna tertia. numero quinto. Quod obligetur princeps ex suo contractu etiam ciuiliter, ex eo suadetur, cùm intercontrahentes æqualitas sit seruanda, quo fit, quòd quemadmodum priuatus obligatur naturaliter & ciuiliter ipsi principi, ita & ipse princeps debet obligari cum effectu executionis. l. cùm emptor. ibi, ac si conueniisset inter eos, vt neuter ab altero peteret. ff. de rescindenda venditione. His etiam adducimus. l. primã. §. fin. cùm l. seq. ff. de offici. procu. Cæsa. vbi ipse princeps adeundo hæreditatem, obligatur, & talis obligatio ex quasi contractu tota dicitur esse de iure ciuili. Bartol. in. l. ex hoc iure. columna fin. numero decimoseptimo. ff. de iusstitia & iure. ergo obligatur ciuiliter. Confirmatur præterea ex. l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscrip. vbi actio datur cõtra principem, igitur obligatur ciuiliter, quia naturalis sola actionem non producit. in princip. Instit. de obligat. Præterea his adstipulatur Bald. in princip. de his qui feud. dare possunt. numero vigesimoquarto. dicens Romanum Pontificem per clausulam derogatoriam sibi ipsi tantùm posse imponere legem. citat Ioann. Andræ. in capitulo. cùm ad monasterium. de stat. monach. Butrigar. in. l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. publi. Vltimò hanc conclusionem tenet Bald. in dict. l. princeps. ff. de legib. Quæ opinio communiter tenetur secundùm Paul. ibi numero quarto. & Zasi. columna prima. numero quinto. Quo fit, quod omnes contractus, qui cum principe celebrantur, habent naturam bonæ fidei, cùm habeant exactionem, vt semper videmus, maiorem & firmiorem, quàm cum vertitur inter duos priuatos. Bald. in extrauagant. de pacè constantiæ. verb. si quis vero. numero primo. Cremensi. singul. trigesimo quinto. incipi. Omnes contractus de mundo. Iasi. in. l. ciuitas. numero octauo. ff. si certum petatur. & in consilio primo. columna secunda. libro primo. Ludouic. Gozadi. consilio primo. columna penultima. verticulo. ad tertium negatur. numero quadragesimotertio. Ludouic. Gomezi. plures alios ad idem doct. referens in. §. actionum. columna secunda. numero secundo. Institut. de actioni. Hinc est principem donationem à se factam minimè ex post facto, cùm sit perfecta, reuocare posse Bald. in. l. quæ ex relationibus. columna prima. versiculo quarto. nota. vbi Paul. de Castro. columna secunda. numero tertio. C. de legib. gloss. in. l. si qua. verb. præiudicijs. C. de fund. & saltibus rei dominicæ. titulo. in ordine. 66. libro vndecimo. ordinaria secundum Iason. in. l. si reus. numero decimotertio. ff. de pact. Alexand. consilio tertio. numero decimotertio. libro quinto. Iaso. consilio septuagesimotertio. columna prima. numero secundo. verticul. condescendendo. libro primo. vbi citat pluta in confirmationem huius dicti Beroi. ca. 1. nu. 20. de probat.

Contraria opinio, imo quod princeps non obligetur ciuiliter ex suo contractu, est communis secundum Philipp. Deci. in dict. capitulo primo. columna secunda. numero tertio. de proba. Ioan. Oroſci. ipsum sequitur in. l. princeps. numero decimo quarto. ff. de legib. dicendo frequentiorem esse istam sententiam, cum qua omnes concludunt. Veriorem existimat Beroi. in capitulo primo. de probat. numero decimonono. Pro hac parte faciunt quæ notat Ludoui. Gome. in regul. Cancellariæ apostoli. de infirmis resignantibus. quæstione prima. columna prima. Couarru. libro tertio. variarum resolutionum. capitulo sexto. numero octauo. Andræ. ab Exea de consti. in capitulo primo. numero. 208. Iaso. in. l. prima. numero secundo. ff. de pact. Ex quibus poteris confirmare, & quam malueris defendere opinionẽ ex prædictis communibus inter se adinuicem de directo contrarijs, vtraque enim potest iustificari, ac approbari, ideo cogitabis. Igitur si non ex facto suo, sed alieno promittat, non erit promissor obligatus nec ad interesse per præmissa. quia ad id deficit animus obligandi, vt ex ea obligatione constat, cùm sit absque iuris adminiculo, & robore. vt constat in dicta. l. 11. titu. vndecimo. part. 5. cum simi. adductis. & est de mente Couarru. in dict. capitulo. quanuis. par. 1. §. 4. nu. 16. de pact. libr. 6. quia voluntas & non factum contrahentis inspicitur. Igitur cùm quis se vult obligare conditionaliter, vel in euentum alicuius causæ, & non purè, non erit obligatus, ac per hanc legẽ minimè erit obligatus, nec ex equi poterit cõtra talẽ promissorẽ facti alieni. Nec valet correctio Grego. Lopez posita

posita ad hanc legem.3. vbi suprà. cùm inducat destructionem, & correctionem dictæ legis partitæ, ac totius iuris communis. Quod non est firmãdum, nam sufficit fateri correctionem iurium dicentium, quòd ex nudo pacto non oriatur actio, & etiã quòd alteri per alterum non quæratur actio, quæ conclusione hic corriguntur: non tamẽ dicitur, quòd ex facti alieni promissione simpliciter facta quis teneatur isto iure. Ergo p dictam l. vndecima. defendenda est opinio cõtra Gregori. Lopium ibi. Et ita fuit iudicatum Salmanticæ, & lis versatur per appellationem apud supremos Regios Senatores in Pinciana Cãcellaria. Quã sententiam iurídicam existimo, falsa semper saniori doctrina rectius ac melius sentientis.

a ¶ *Vala la dicha obligacion.* Scilicet in principali obligatione, secùs in accessoria, & sic in fideiussione, quæ contrahitur per stipulationem. l. Blanditus. C. de fideiusso. l. quinta. §. fin acceptio. ff. de verborum obligationibus. l. sciendum. eodem titulo. Et huius dictiõnem ponit Ioan. Fab. in rubrica. Institutarum ad hanc legem. 3. vbi suprà. cùm inducat de structionem, & correctionem dictæ legis partitæ, ac totius iuris communis. Quod non est firmãdum, nam sufficit fateri correctionem iurium dicentium, quòd ex nudo pacto non oriatur actio, & etiã quòd alteri per alterum non quæratur actio, quæ conclusione hic corriguntur: non tamẽ dicitur, quòd ex facti alieni promissione simpliciter facta quis teneatur isto iure. Ergo p dictam l. vndecima. defendenda est opinio cõtra Gregori. Lopium ibi. Et ita fuit iudicatum Salmanticæ, & lis versatur per appellationem apud supremos Regios Senatores in Pinciana Cãcellaria. Quã sententiam iurídicam existimo, falsa semper saniori doctrina rectius ac melius sentientis.

de otros entre ausentes: o que se obligo alguno de dar à otro o de hazer alguna cosa. Mandamos que toda via vala la dicha obligacion [a] y contracto que fuere hecho en qualquier manera que parezca, q̃ vno se quiso obligar a otro.

¶ *Ley. IIII. Que contra los contractos que tienen aparejada execucion no se ponga excepcion salvo paga.*

¶ El Rey don Enrique. IIII. en Madrid. Año de mil. cc cc. lviij.

ADDICION.

¶ *Esta ley se confirma por la ley 1. titulo. 21. libro quarto. Recopila. y en la ley quarta titul. 21. libro quarto. Recopilationis, se dize que las sentencias arbitrarias se executen y la orden que en ello se ha de tener y que aya lugar en los arbitros nombrados por las partes, para que sentencien conforme a derecho, y*



de fideiussoribus. columna secunda. numero tertio. Idem dicendum est de iure Canonico, quo iure fideiussio facta nudo pacto absque stipulatione non valet. Bartol. in capitulo primo. columna fin. numero nono. & ibi Felin. numero decimoquarto. de pactis. Iaso. in l. iuris gẽtium. §. quinimo. notab. 1. de pact. & in l. lecta. columna. fin. numero. 31. qui omnino est consulendus. ff. si cert. peta. & est singulare dictum Bal. secundũ Decium. consilio. 93. columna. 2. libro. 1. Pariformiter declarãda est hæc nostra lex, quatenus ex nudo pacto vult produci obligationem efficacem procedere in principali obligatione, non tamen in fideiussione. Quãuis stante hac lege non videtur absque scrupulo siappareat de promissione fideiussoris per nuntium seu epistolam, vt communiter vti solet, ac practicatur.

*en las transactiones, y vease la ley quinta de aquel titulo, en la qual se dize, que las confessiones hechas en juyzio, y los conoscimientos reconoscidos traen aparejada execucion, y en la ley seys, del dicho titulo, se dize que los reconoscimientos de los conoscimientos, se pueden hazer ante los alguaziles y escriuanos por mandado del juez, y vease la ley diez y seys de aquel titulo adonde se dize que por deudas de los pueblos, no puedan hazer execucion en el pan del deposito y vease la ley diez y siete de aquel titulo, adonde se manda, que los mandamientos de la execucion, se den primero a las partes y no a los alguaziles, y en la ley diez y ocho del dicho titulo, se dize que no se lleuen derechos de execucion, si la parte pagare de contado, despues de dado el mandamiento, y antes de hecha la execucion, y vease la ley diez nueue del mismo titulo adonde se pone el orden que se ha de tener en hazer las executiones.*

MAndamos, q̃ cõtra las obligaciones [b] cõtractos, cõpromissos [c], o

Quia solennitas verborum omnino est remissa per hanc legem. vt satis ostensum est.

¶ *Lex. IIII.*

b ¶ *Mandamos que &c.* Quoniã contractuũ executiones frequẽtissimè in forensibus disceptationibus contingere solẽt, ac aduocatis lucrũ non paruum adferũt, ideo hic aliqua tractare statui. Lex ista cũ sequenti vtilis, & quotidiana est, ideò pleniùs interpretãdæ, saltem per relationem ad loca vbi de his contractibus guarentigijs fit mẽtio, præcipuè à Roderico Suarez in repe. l. post rem iudicatam. §. alius casus potest hodie assignari. folio. 126. vbi refert literam formaliter huius legis, ac eam commento vtili illustrauit. ff. de re iudica. Hispani scriptores in. l. 64. in ordinatio. Tauri. maximè Ioannes Lup. Cifontãn. & Antoni. Gomez, Rebuff. in tracta. de literis obligato. articul. 6. glos. 3. & in tracta. de sentẽn. executorijs, per totum. & in tracta. de chirographorum, & schedularum recognitione, in prima parte commentariorum ad constit. Regias Galliæ. & concor. cap. 10. in capitibus Prætorum. vbi etiã Francis. Auiles. verb. *execucion* plura in hac materia aggregauit. Iste text. cũ seq. tria intendit. Primùm ponere regulam, quòd instrumenta guarentigia sint executioni mandanda, nõ obstãte quacũq; exceptione, nisi fuerit de expressis in hac lege. In. 2. parte. vbi excipit, eas exprimendo ibi, *saluo paga*. Tertia autem pars est in. l. 5. infrà proxima. quæ disponit, quòd si infra decem dies exceptionem oppositam non probauerit reus, executio cum effectu fiat, dum tamen creditor, datis fideiussoribus cauerit de restituendo summam asserti debiti duplicatam debitori, si ipse debitor intra terminum assignatum probauerit solutionem, aliàmue legitimam exceptionem à se propositam in termino à lege assignato ad obijciendas exceptiones. Hæc est diuisio huius regiæ legis, quæ continet maximam æquitatem, ac naturalem rationem à iure diuino deriuatam, ne ex prolixitate litium, clarum ius creditoris offuscaretur, ac laboribus, & expẽsis, quibus perfæpe deterriti malũt debitũ amittere, quàm sic sub dubio euentu litis vexari. Maximũ quippe cõmodũ consequi existimãt, cùm à lite recedũt, præcipuè cùm calumnijs, iniustisq; cautelis gratia differendi solutionem à pessimis, & rapacibus aduocatis torqueri soliti sint, vt experientia rerum magistra quotidie suadet, ac significat, palamque omnibus constat, qui defensionẽ causæ clientulis iustè, vel iniustè proponunt, vt eos decipiant, & pecuniam subtili potius ingenio extorqueant ab eisdem cũ animarum suarum periculo, ac scandalo aliorum plurimorum, in quorum notitiam peruenire solet, vt verbis Papæ vtar in clementi. 2. de pœnit. & remissio. Quippe cum authores tanti detrimenti, seu furti (vt melius, ac propriè loquar) peccant cõtra Deum, ac contra proximum, tenenturque ei satisfacere omne damnum, ac interesse ratione debiti principalis, ac retardatæ solutionis. Quia qui



est causa damni, ad ipsius restitutionem tenetur ca. fin. de iniur. c. grauis. & cap. Sæpe. ibi, eo, quòd non multum interfit quo ad periculum animæ iustè detinere, ac inuadere alienum. Et ibi gl. verbi. detinere. de resti. spoliat. & glo. ca. contra. 16. q. 7. Et Augustí. in epistola ad Macedoni. dicit, Sires aliena propter quam peccatum est (scilicet in retardatione contra voluntatem creditoris) reddi posse, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur: si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. transumptiuè in. c. si res. 14. q. 6. regu. peccatum. de regul. iur. lib. 6. Quo fit debitorem ad certam diem ex fide, chirographo, seu instrumento publico constrictum, ac obligatum soluere, adueniente die non posse differre d. bit. solutionem absq; peccato creditori, nisi ab eo consequutus fuisset tacitè, vel expressè prorogationem termini. Thom. 2. 2. q. 62. articul. 6. Caietan. 2. 2. q. 66. articul. 3. in responsio. ad tertium. Archiepisc. Floren. 2. parte. summæ Theologalis titul. 2. ca. 8. in princip. Scotus, Paluda. q. 2. in. 4. senten. dist. 15. Et Gabriel. quæst. 2. articul. 2. conclu. 2. Ioan. Nider in præceptorio suo præcepto. 7. Ioann. Lup. in repe. rubri. De donatio. inter virum & vxo. §. 65. numero. 36. a quo recedendum est, quatenus firmat, quòd omnibus momentis, quibus recordatur se alienum detinere, nouo peccato mortali teneri, ac obligari. Quem saluari posse puto, cum rem ipsam ex iniusta acceptione detinet, vt ex furto, & cum recordatur, nedũ non pœnitet, sed noua complacentia sibijpsi gratulatur, ac dicit ceruicosè, nolo restituere, quo casu nouo peccato illaqueari, cum de nouo consentiat in furto, & rei illicitæ retentione, non est dubium, cum ex nouo consensu & pertinacia in peccato Deum offendat. De hac re scripsit bene doctor Nauar. in repe. capi. nouit. notab. 6. §. Tertiò præsuppono. numero. 74. de iudic. Egregiè Domi. a Soto libr. 4. de iusti. & iure. quæstion. 7. articulo quarto. atque ibi tenet non peccare de nouo, licèt peccatum augeat, cum venit memoriæ obligatio rei restituendæ cùm possit, & nolit. Igitur malè faciant debitores, ac aduocati, suis calumnijs cautelis executionem postulatã detinendo per præmissa. Nam quemadmodum rem alienam surtim pere peccatum est contra iustitiam: ita & eam inuito domino retinere, nam similiter impeditur eius vsus, qui finis est dominij. In peccato autem remorari nec per minimum tempus fas est. Et habetur Ecclesiastici. 21. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Cum ergo scis rem alienam, & ipsam detines, & quite authoritatem præstat ne restituas cum possis, defendendo, ambo peccatis mortaliter. Imò aduocatus eam causam abijcere debet, & suadere clientulo quòd statim soluat, vel

perta

petra prorogationem ad soluendum creditori, per præmissa.

Secunda ratio est. Nam ius regium procedit, sola veritate, ac æquitate inspecta, omissis solennitatibus iuris. vt in l.11. titulo.1. suprà hoc libr. Et est l.3. suprà isto titul. Et hic habetur, quemadmodum iure Canonico proceditur. vt in c.1. de pact. Nam vt inquit text. in ca.1. in princ. de restit. spolia. libr.6. propterea nos, qui voluntarios labores appetimus, vt quietem alijs præparemus, finem litibus cupientes imponi, & calumniæ materiam amputare: Dixi in l.1. titul.4. in gloss.2. suprà hoc 3. libro.

Facit præterea tertia ratio, quæ colligi potest, si instrumenta liquida non mandarentur executioni, solennibus relictis, sed via ordinaria, subuiti longissimo tempore in quietarentur, actuis exercitijs optimis, & custodia familiæ impedirentur, vt experientia docuit: pro quorum quiete hoc statuit Rex Catholicus, quod tanti principis par est. vt inquit Imperator in authent. Vt diuinæ iussiones. in princ. coll.8. & Romanus Pontifex. in dict. capitulo primo. & in clementi. vnic. de excessib. præla. in princip. Tum etiam, quia superfluitas est vitanda, cùm frustra fiant per plura, quæ possunt fieri per pauciora. vt sunt iura vulgaria. ac vitandi circuitum causa, qui vitandus est. Clem. Auditor. de rescr. k dominus testamento. ff. de condict. indebi. & sic vt celerius lites expediantur, quod interest Reipublicæ. l. properandum. C. de iudi. cap. finem litibus. de dolo & contuma. ca. vt litigantes. de officio ordina. libr.6. Dixi suprà glos. rubricæ. n. in verſic. Dubitari potest, vtrùm ex conuentione partium. suprà hoc libro. 3. pagin. 741. & in l.1. verb. *Nos per abbreuiar.* titulo.3. suprà isto libro. 3. quæ summè conducunt huic rationi, quæ est verior huic literæ.

Sciendum tamen est, quòd de iure communi instrumenta etiam authentica non habet executionem paratam, sed ab agendo, & sic via ordinaria procedendū est. l. extat decretum. ff. quod metus causa. ibi, si quas petitiones habes, actionibus experiaris. Est tex. in l. minor. 25. annis cui fideicommissum. ff. de minori. ibi, quia paratam exiudicati causa persecutionem nouo contractu ad initium alterius petitionis redegit. Et ibi Barto. & Bald. singula. est secundùm Roderic. Suarez in repet. l. postremò iudicatam. fol.128. nume.6. ff. de re iudicat. laso. in. l. à diuo Pio. §. sententiam vero. colum.5. numero.24. ff. de re iudi. & in §. item si quis. colum.3. num.17. Instit. de actio. quibus locis melioremiuris dixit, & in l.2. num.9. ff. de iureiuran. Ioann. Campezi. in tract. De statutis loquentibus de dote. quæstio.m. numer.2. Stephanus Costa in tracta. De Ludo. in.5. artic. princip. numero tertio. Ioann. Bergard. in tracta. regula. cum fallen. regul.218. Hippolyt. singul. 356. Guilielm. Benedict. in repet. cap. Rainutius. verbo. si absque liberis. 2. numero. 192. de testamen. Francisc. Aurilesin capitibus prætorum. capitulo decimo. verb. *execution.* columna prima. numero primo. referendo laso. in. l. quæ de legato numero. 6 ff. de lega. 1. Socin. consil. 255. columna prima. numero primo. libro. 2. Anto. Gomez. in. l. 64. num. 2. in ordinationibus Tauri. Segura in repet. l. si ex legati causa. numero. 59. versicul. Tertia differentia. ff. de verbo. obligat. Ideo ista lex, & eius praxis censetur à pluribus esse contra ius ciuile, quod cõmune dicimus. Ioann. Faber. in §. sed cùm aliquis. columna tertia. Instit. de testamen. Bartol. in. l. 3. § in hac. ff. commodat. Bald. in. l. qui pecuniam. ff. si certum pet. laso. in. l. legitima. ff. de pact. Guido. Papa decis. 117. Ioan. Selua in tracta. de beneficio. 3. par. quæstione decima quarta. numero sexto. Ob id statuta, ac consuetudines concedentes executionem instrumentis, sunt restringenda, cùm sint cõtra ius commune. Ang. & communis in. l. ait Prætor. §. si iudex. ff. de re iudica. Rebuff. in tracta. de literis obligato. in princip. numero decimonono. Socin. consilio. 120. numero decimo. libro primo. Laurenti. Calcane. consil. 3. nume. 22. Deci. consil. 322. numero. 3. In pluribus tamen casibus specialibus à iure instrumenta habent executionem paratam. vt in instrumento testamenti, & depositi, & etiam quo ad legatarios, & fideicommissios, & in iuramento, & in confessione, & in alijs casibus probatis a Segur. & Suarez in locis prædictis. Anto. Gomez. in. d. l. 64. Tauri. nume. 3. Quos casus etiam latè commemorat, ac bene declarat Rebuff. in allegat. tract. de literis obligat. articul. 6. gloss. 3. nu. 8.

Prætera præmittendum est, Qui dicantur contractus guarentigij: Respond. est, quod instrumenta confessionata, seu guarentigia ab Italis sic dicta teste Bald. in. l. 1. colum. 1. C. de executio. rei iudic. Et ab Hispanis sunt illa, quæ continent præceptum a notario parti debitum confitenti factum. Probatur in. l. vni. vbi Cinus & Barto. C. de confess. & in. l. non fatetur. in. fi. ff. eod. titul. & in l. 1. C. de edend. Bald. in. l. iurisgentium. §. quod de rè. ff. de Pact. Petr. Rebuff. in. 1. part. in consti. Regi. Galliæ. tract. de literis obligatorijs. in princip. nume. 13. Didacus Castell. in. l. 63. Tauri. nume. 12. Ioannes Crottus in repet. l. 1. §. si quis ita. num. 45. versic. Quia Bartolus facit. ff. de verbo. obligatio. Et ideo appellatur guarentigium, id est firmum. quod instrumentum guarentigiatum firmum sit. text. est nota. in cap. 1. versicul. Sed cùm vnum. de lege Corradi. ibi, si possidenti dominus garentizare voluerit. Quem refert Segura, & alij plures, de



res, de quibus per eum. & per me in addition. in repeti. l. si ex legati causa. ff. de verbo. obligat. fol. 174. nume. 72. versic. Circa quod quia est quotidianum. Est etiam notandum vsu forensi totius regni hanc regiam constitutionem ita receptam esse, vt non omnia publica instrumenta ex ea statim tradantur executioni, sed ea tantum, quæ clausulam guarentigiam expressam habent, quæ & si communis, ac nota omnibus sit, pro iunioribus referenda est, & est sequens. *Que las partes dã poder a todos e qualesquier juezes, e justicias, ante quien la presente carta, e instrumento fuere presentada, para que sobre lo contendo en la dicha carta hagan execucion en sus personas, y bienes, anssi, e tan cumplidamente, como si contra el dicho N. fuesse dada sentencia diffinitiua por juez competente, la qual fuesse passada en cosa juzgada.*

Aliàs enim clausula deficiente, instrumentum quanuis manu publica factum, non mandabitur executioni: tum etiam, quia in omnibus publicis instrumentis hæc clausula passim ponatur, authore Barto. in. l. cùm vnus. ff. de bon. auth. iud. possiden. Regia nostra lex, quæ hoc ius executionis tribuit publicis instrumẽtis, principaliter considerasse est notum Italiæ, & totius orbis Christiani vsum, & ideo verè iuxta propriam Legislatoris mentem debet interpretari. Et opinio ista forensiũ praxi ita recepta est, vt iam controuersiæ nullus sit relictus locus. Nã & hic vsus probatur ex eo quòd. l. vltim. in Curijs Madritij sancita an. 1534. facit mentionem huius regiæ cõstitutionis de exequendis contractibus guarentigijs. Igitur cùm ibi nostra lex de exequendis instrumẽtis ad contractus guarentigios referatur, dum dicit, *que las nuestras justicias los executen conforme a la ley de Toledo, q̃ habla sobre la execution de los contractos guarentigios.* Apparet meritò, manifestè, & absq; dubio locum nõ habere istã legẽ in cõtractibus publicis nisi guarẽtigij sint, cùm illi sint cõtra ius cõe, isti aũt cõcordent cũ eo, nec ab eo recedũt, quia est instrumentũ confessionatũ. Quæ etiam clausula habet vim sententiæ. Quibus casibus instrumenta publica, cõtinentia confessionẽ, aut sententiã, habent iure cõmuni paratam executionem, vt præmisimus. Et quòd non sit guarentigiũ, & eius exequutio cõtra ius commune, tradit Socin. in consi. 120. colum. 5. numer. 10. versi. Circa quartam, quintam, & sextã dubitationem lib. 1. Prætera istam partem approbant Didac. Segur. in repe. l. si ex legati causa. numero. 78. versi. Item habet vim sententiæ. ff. de verbo. obliga. Et est communis practica teste Roder. Suarez in repet. l. postremò iudicatam in cõmento istius legis. fol. 129. nu. 10. & fol. 130. nu. 16. ff. de re iudica. Couarru. lib. 2. variarum resolutio. c. 11. nu. 3. versi. Illud sanè ommittendum non est.

Probari tamen, ac iuuari posset rationibus, iuribus, ac authoritatibus legẽ hãc istud ius summatiæ exequutionis publicis instrumẽtis concessisse ex eo tantũ, quòd scripturæ sint publicæ, etiã si præmissa clausula fuerit omissa ibi, dũ lex. 5. infrà. eo. dicit, *cartas e contractos publicos.* secundùm Ioã. Lup. in. l. 63. col. 1. nu. 1. Tauri. qui dicit prædictæ clausulæ appositionẽ nõ esse necessariã secundũ iura, & cõsuetudines Regni ad hoc vt exequi valeãt. Et hãc defendit Doct. Didacus Castellus in. d. l. 63. Tauri verb. *obligacion personal.* num. 11. Firmat Anto. Gomez, dicendo ita practicari in. l. 64. nu. 4. in ordinationibus Tauri. quæ etiã videtur probari: quia ista lex venit, vt celerius iustitia ministretur, vt in princip. dixi. Ideoque cùm constet per instrumentum, quòd est probatio liquida, ac probata, vti notũ est in iure, voluit ea exequutioni mandari, prætermisso iuris ordine, cùm sit præsumptio pro eo, quod continetur in instrumento publico, constet que de veritate. Quod constat in lege Regia vltim. Madri. suprà allegata, cùm schedulas recognitas, quæ non continent prædictam clausulam guarentigiã statuerit exequendas. Nec obstat si dixerit guarentigios. Nam cùm sit verbum Synonymum quod apud Italos firmitatem contractus denotat, id est, firmos & validos de iure iuxta legem relatã Toleti. Eo nanque ipso quòd est publicũ, ac liquidum, firmum iudicandum est de iure regni. Vel dicamus, quòd cùm ex formis traditis à notarijs, & ab ipsis cõmuniter sit solita prædicta clausula apponi, ideo censetur apposita, quanuis sit omissa. l. fina. C. de fideiuss. De qua plenè per Segur. & ibi latè dixi. num. 31. ff. de liber. & posthu. in. l. 3. §. fin. versic. Sexto decimò facit. Couarru. in rubri. de testam. 2. part. num. 14. Fernand. Menchacens. libr. 1. de succesio. creatio. §. 6. num. 53. versic. Denique is tabellio. vbi dicit. Ita vsu receptum est non absque leui reipublicæ detrimento. Ergo dicamus, q̃ quia vsu receptũ est apponi prædicta clausa guarẽtigia, semper cẽsetur apposita in quocũque publico instrumẽto, & si omissa sit, ac ex eo vsus recepit absq; ea executioni mãdari, nõ ex eo, quia tãtũ publica sit, sed ex eo, quia guarẽtigia præsumatur ex fictione à lege inducta per vsum cõmunẽ, quæ fingit ibi adesse. Et sic potest saluari hæc opinio posteriori loco adducta, cùm sit cõtraria primæ aliàs ac sint opiniones diuersæ, ac se inuicẽ pugnãtes in obseruatione practicæ circa hũc articulũ, ideoque cõcordãdæ. cap. cùm expediat. de electio. lib. 6. q̃ tanquàm singul. & nouum diligenter notabis.

Dubitari non immeritò à iunioribus poterit, Quæ sit practica exequendi publicum instrumentum, de quo loquitur hæc lex? Respondendũ eenseo eam esse. Nẽpe si habes tale instrumẽtũ contra

Universidad de Deusto Biblioteca



Antonium, producis coram iudice in præsentia tabellionis, qui iudex aduertit ad pargamenũ, seu papyrum contra lumen solis. vtrùm sit rasum, cancellatum, aliterque vitiosum in sui prima figura: vel sit absque suspicione, & si talem viderit, exigit iuramentum à parte petẽtis exequutionẽ, vtrùm quantitas in instrumento contenta sit in totum, vel in parte sibi debita. l. 22. tit. 14. lib. 2. ordin. Facta declaratione debiti, iudex præceptum facit al gazello, seu alteri ministro, nulla ad hoc præmissa citatione, capiendi pignora pro quantitate debiti, ac expensarũ: qui si non habuerit mobilia bona, in quibus fiat captio, fit in rebus immobilibus. Quibus deficiẽtibus, capiat personam debitoris. Ac præcipit debitorem citari, vt infra terminum exequutionis fiendæ coram eo compareat ad videnda præconia publicæ auctionis, seu subhastationis, & eis finitis, citatur specialiter ad ipsam extremam pignorum distractionẽ, ac venditionem, quam peculiari vocabulo Hispani dicunt *trance, y remate*. Hæc praxis deduci videtur ex. l. 1. C. de fide instru. & iure hastæ fiscal. lib. 10. & Roderi. Suarez in rep. l. post rem iudicatam. §. 12. Principaliter limita. fol. 148. ff. de re iudica. & Couarru. libr. practi. quæstionum. 2. cap. 11. numer. 3. Quæ quidẽ præconia ter celebrari solent: in rebus mobilibus, tertio die repetentur: in immobilibus similiter decimo quoque die. l. 1. titu. 20. libr. 3. foro legum Castellanæ reipublicæ. Citatus autem ad vltimã rei traditionem intra illos decem dies facultatem habet allegandi nullitatem executionis ex defectu ipsius, ac ex eo, quia soluit iã debitori suo, ex qua solutione instrumentum, aut testes producit, seu præsentat, vel probat liberationem per pactum de non petẽdo, vel falsitatẽ obligationis, aliàmue causam, quæ legitima sit iudicãda, vt hic habetur. Si tamen exceptionem legitimè propositam probauerit intra decem dies, reuocabitur exequutio, & præceptum exequendi, ac absoluendus erit debitor, aliàs procedendum erit ad executionem faciendam, iuxta formam legis Toleti. Quæ. l. 5. infrà est. Forma oppositionis erit, Petrus ciuis Salmantinus me opponendum duxi aduersus quandam assertam exequutionem contra meam personam & bona petitam ante vestram præsentiã per Ioannẽ mediante quadã obligatione asserta, quæ firmat me ei debere centũ aureos ex tali causa, &c. cuius tenor ad verbũ pro expresso hic, & repetito habito, dico, exequutionẽ & omne processum eius causa nullã, ac iure reuocãdã fore per causis sequẽtes. Primò, quia nõ fuit exequutio facta ad partis legitimæ petitionẽ. *En tiẽpo, ni en forma de derecho, y los pregones estan circunductos, y dados, pretermissa la ordẽ judicial, y estylo desta audiẽcia. Lo otro, porque yo pague al dicho aduerso cõtenido en la dicha obligacion los dichos cien ducados en dineros contados, como parecera. Lo otro.* &c. Hic inserantur aliæ rationes si quę fuerint debitori cõpetentes, & postea cõcludat, petendo à iudice exequutionẽ, & præceptum nullũ declarari, ac eũ liberari, & iuret in forma, ꝙ prædicta oppositio est vera, ac se non opponit maliciosè.

Contingere solet sæpissimè, causam exequutionis deferri ad suprema Regis tribunalia ex causa appellationis, apud quę si auctio publica circa prędictã formã, aut aliam more regionis receptã peccauerit, alioqui iure optimo, & iuridicè facta exequutione, reuocatur ipsa iudicis pronũtiatio, totaque exequutio, & mãdatur omnia bona iure exequutionis capta, ipsi reo restitui, cũ eorũ fructibus absq; vllis expẽsis, modò priùs soluat quantitatẽ in ipso publico instrumento, nominatim expressam, datis ab actore fideiussoribus de iudicio sistẽdo, & iudicato soluẽdo quo ad ordinariã indebitę pecuniæ repetitionẽ iuxta formã legis Toleti, quę sequẽs. 5. est Aliquãdo tamen omitti solet clausula de fideiussoribus quoties suspicãtur Regij iudices, nullã reo cõpetere aduersus cõtractũ defensionem. tex. singula. ex quo practica ista deducitur, est in. l. nõ est verisimile. §. si quis. ff. de eo ꝙ met. caus. vbi Alberic. nu. 6. Dixit text. illũ notabilem Bar. in. l. à diuo Pio. §. in venditione. nu. 6. ff. de re iudicat. vbi Alex. & Ias. col. 3. num. 12. Alex. in. l. si finita. col. 3. ff. de damno infect. Panormi. in capit. quo ad cõsultationẽ. col. 6. nu. 27. de re iudi. Baptist. de sanct. Seuerino in tract. de debito. suspect. & fugit. q. 14. & Couarru. lib. 2. variarũ resolu. ca. 11. col. 8. versi. In hac tamẽ publicorũ instrumentorũ, qui deducũt prædictã practicã, quã nota, nã nõ ita clarè exponũt, & ita sæpe fieri percepi ex exequutorijs emanatis sup sentẽtias ab ipsis emanatas.

Sed dubitari potest, Vtrùm locũ habeat hoc, cùm deducitur per appellationem ad concilium, seu Consistorium ciuitatis in causis non excedentibus summam decẽ milliũ marabetinorum, per legem nouam inuictissimi, ac christianissimi Philippi Regis? Respondendũ censeo idem, cùm hæc iurisdictio sit ordinaria, ac cõcessa ipsis in locum supremorum iudicum, ne in minimis partes maximos sumptus itineris, ac labores suscipiant. Cũ igitur supremorum iudicum in ijs litibus minoris quantitatis loco sint constituti senes concilij ciuitatis, seu villæ, consequens erit eorum prærogatiuis potiri debere per regulã subrogationis. text. in. l. filiæ suæ. §. Titia. vbi per Paul de Castr. nu. 2. ff. de cond. & demonstr. l. si quis eũ. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cau. §. fuerat. Inst. de actionibus Ias. cõsi. 78. & cõs. 198. lib. 1. & cons. 231. libr. 1. Ioã. Corasi lib. 3.



libr. 3. iuris miscellan. c. 19. nu. 4 Ludo. Gomes. in c. statutum. in prin. num. 63. de rescrip. lib. 6. & in regul. de trien. possess. q. 14. Hippoly. singul. 255. Euerad. in loco legali. 93. Andr. Tiraquell. de vtroque retract. libr. 1. §. 1. glo. 9. nu. 80. & nu. 87. Igitur & Patricij, seu senes loco supremorum iudicũ præpositi in prædictis causis ad eos per appellationẽ deuolutis debent ad eorum exemplũ causas exequutionis determinare. ac definire. argum. cap. in causis. de re iudicat.

Dubitari præterea solet. Quantum tempus debitori detur ad extrahendam rem venditam legitimè distractam in subhastatione ad instantiam creditoris? Respondendum est triduum ad mobiles res, & nouem dies ad immobiles competere ex istius regni consuetudine, secundùm Didacum del Castillo in. l. 70. Tauri. verb. *el remate*. Quãuis supremi iudices his diebus elapsis, solent maiorẽ terminum constituere ad retrahendam rem absque fructuum perceptione, & meritò, cùm sit ex gratia, postquàm semel res iusta subhastatione præcedente fuit distracta. Ita Couar. lib. 2. variarũ resolu. ca. 11. num. 3. in terminis huius legis in practica seruari fassus est. Ex qua inferi, quòd terminus quadriennij, quod vulgares solẽt dicere se habere ad rem sic venditam extrahendã, nec ex iure nec ex obseruatione huius regni locũ habere, nisi arbitrio supremorum iudicum ex aliqua iusta causa talis retractus fuisset debitori reseruatus, vt quãdo res est vendita minori pretio, vel est positus licitator, vt statim pignora creditori restituat, facta subhastatione, vt sæpius vidi fieri, nõ sine maximo damno debitorum. Nam ex defectu emptorum, ob id maximum in suis rebus pignori captis detrimentum patiuntur. Melius tamen hoc casu erit creditori, vt non subroget licitatorem, vt euitare valeat fraudis præsumptionem, & sibi applicentur sine circuitu, tutus consilio. l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudicat. Ex quo consilium optimum dare poteris creditori nimis tristi, & anxio, ex eo, quòd non inuenit licitatorẽ, & vult subrogare alium, qui etiam si caret pecunijs, constitueretur in necessitate soluẽdi realiter id, quod res fortè plus valet, ex qua solui debet residuum alijs tam principali domino rei, quàm iudici, nempe sumptus, ac iura exequutionis, vt ipse vidi in causa ardua trium millium ducatorum, & consului in ea per dict. text. in. §. sed si emptor. quòd peteret addictionem bonorum, & non supponeret talem tertium licitatorem, præmissa, cùm non habet pecuniam paratam, quemadmodum creditor. Igitur meliùs est quòd maneat penes creditorem, qui ex forma exequutoriæ debet satisfieri ante omnia, sine eo, quòd molestiam inferat amico, rogando vt rem retrahat.

Quæritur vlteriùs, Vtrùm citatio requiratur ante exequutionem instrumenti? Videtur quòd sit necessaria, cùm per eam ei possit parari præiudicium. l. ita diuus. ff. de adoptio. maximè cùm ex Bart. doctrina in. l. cũ qui. in fin. ff. de iureiurand. quem sequitur Ioan. de Prato in. l. quod te. col. 2. nume. 7. ff. si cert. peta. dicentis, quòd quanuis per statutum instrumenta guarentigia exequantur, tamen requiritur interpellatio, & citatio, vt debitor in mora constituatur. Angel. in. l. si sic. ff. de legat. 1. igitur citatio erit necessaria, nec ab ista lege tolli poterit, cùm sit defensionis facultas, ac proinde iuris naturalis, vt dixi suprà isto libro. 3. titul. 2. l. 1.

Tum &. 2. Nam exequutio debet fieri ad creditoris petitionẽ. l. habere, vbi Angel. ff. de euictio. Barba. in clement. vnic. colũ. 2. de sequest. poss. & fruct. & antequam præcipiatur, est scriptura videnda à iudice, ac iuramentum recipiendum ab eo, & deinde interloquutoria de exequẽdo instrumentum, & sic aliqua iuris cognitio pręcedere debet. ergo debitor erit citandus. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. gloss. in lege intra. ff. de minor. præcipuè cùm debitor potuit statim allegare solutionem à se factam creditori intra tempus constitutum in instrumento, quanuis penes creditorem per obliuionem, vel bonam fidem, vt fieri contingit, remanserit. argument. eorum, quæ notat in sententia Cinus in. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Ergo priùs explorandum est, an soluerit, & sic citari debet ad hoc sciendum. l. hoc iure. ff. de verbo. obligat. Et hoc tam in personali secundùm Bald. in. l. tale pactum. §. qui prouocauit. q. 10. ff. de pact. Hippolyt. in repetitione. l. de vno quoque numero. 107. ff. de re iudica. quam in reali actione, cùm sit eadem ratio. Cinus. in. l. ab exequutione. C. quorum appella. non recipi. gloss. in pragma. sanctio. titu. de causis. §. & ne sub vmbra. verb. instantia. Confirmatur ex Cardi. in clemen. sicut. q. 2. de appell. Perus. in. c. ex ratione. nume. 83. de app. Ias. col. 2. post Alexan. in. l. à diuo Pio. §. in venditione. de re iudic. Deci. consi. 97. dubi. 1. dicentes sententiã absque præmissa citatione exequendam non esse, etiam si iudex, quia eam protulit, velit exequi, cùm exceptiones possint allegari ad impediendum exequutionem, sed ita est in casu nostræ legis intra decem dies. l. 5. quæ est clauis huius materię infrà eo. & l. 64. Tauri. igitur necessaria erit citatio & in instrumento guarentigio, postquàm fuit loquutus de sententia. tenuit Bald. in dict. l. ab exequutore. col. 2. & Salycet. in 4. versi. Circa istius partis expeditionem. Roderi. Suarez in rep. l. post rem iudicatam. §. Duodecimò principaliter limita. num. 1. ff. de re iudic. Rebuff. aliqua tradidit in tract. de sent. execu. arti. 7.

Universidad de Deusto Biblioteca



glo.2.Matthæ. de Afflict.decisi.358.numer.3.Sed practica communis regni est in contrarium, imò quòd pignorum captura seu personæ ratione debiti per instrumentum liquidum fit ex præcepto iudicis, debitore minimè citato: tũ, quia in ista prima exequutione ac præconizatione paruum versetur præiudicium, & sit reparabile, cùm ad vltimum actum iudex procedit interponendo decretum super alienatione, seu adiudicatione debeat tũc pars citari. iuxta.l.64.Tauri. quippe cùm tractetur de magno præiudicio, & de trãslatione dominij. Ita Alberi. per illum tex.in.l.creditor. C.de distra.pigno. Rober. Marant. in practica aduoca. 6.part.§.Tertius & vltimus actus. nume.19. pagi. 464. Et sic nimirum vt non detur causa subterfugiendi iudicium reo. argu.l.ait Prætor.§.si debitorem.ff.quæ in frau.credito. alteretur forma, & modus citationis. Quæ ex causa quãuis tolli nõ possit in totum, cùm sit defensio, tamẽ variari potest defendendi modus, & sic sua defensio reseruatur eo tempore, quo potest seipsum defendere, allegãdo exceptiones sibi cõpetentes, iuxta formã suprà traditã ex mẽte Roberti Maran. Suarez. & aliorum suprà adductorũ. Et sic est optima praxis regni, quæ habetur in exequendis instrumẽtis.

Quæritur tamen, An instrumentum factum á notario Papali, seu regali, qui non est de numero ciuitatis, seu villæ istius regni, cẽseri debeat priuatum, ac exequi hoc in regno minimè possit? Respondendum est tanquam particulare, ac priuatum fore iudicandũ, & sic exequi non posse.l.26. titu.4.lib.1.suprà.l.4.titu.18.lib.2.suprà. vbi hæc verba habentur. *y en las ciudades, y villas, y lugares, donde ay escriuanos publicos de numero, o de concejo, mãdamos, que estos solos puedan vsar del dicho officio de escriuania, e que por ante estos, o qualquier dellos passen los contractos de entre partes, y las obligaciones, y testamentos, y no ante otros: y si ante otros passaren, que las tales escripturas no fagan fe, ni prueua: y q̃ los otros escriuanos no se entremetan a recebir, ni reciban los tales contractos, ni testamentos, so las dichas penas.* &c. Ad idẽ est lex.101.in quaterno gabellarum.versi. *E q̃ ningunos otros escriuanos reales ni apostolicos no den fe ni reciban tales contractos.* &c. Ergo exequutio minimè fieri poterit, si instrumentum non fuerit factũ per publicũ, ac numerarium tabellionem, cùm alij contractus sint priuati censendi. per.l.5.infrà.ibi, *cartas y contractos publicos.* Tenet Cifontanus in dict.l.64.quæstione.7.in ordinat. Tauri. Est etiam regia.l.8.tit.18.lib.2.suprà.ibi, *ni por ellas se pueda hazer execucion alguna.* Quo fit testamentum factum coram istis notarijs apostolicis, seu regalibus extra numerum ciuitatum, seu villarum esse publicandum quem admodum si manu priuata esset factum, aliàs nullam fidem, sicut publicum testamentum facere non est dubium.

Quæri potest vlteriùs, Vtrùm cesionarius possit in regno petere executionem instrumẽti guarentigij, quemadmodum cedens petere poterat? Respondendum est conclusiuè, legem, consuetudinem, vel statutum loquens in exequutione fienda locum vendicare in cesionario. Paulus & Alexand.numero.9.in.l.postulante. in fin. princip.ff.ad Trebellia. Salicetus & Roman.in.l.1.ff.si cert.peta. Paulus Parisi.consilio.107.numero.90. libro.3.Probat text.& ibi Baldus.columna.1.in.l. ab Anastasio.C.manda. sic dicens. Nota tertiò, q̃ cesionarius dicitur creditor.& in.l.1. numero.23. C.de actionibus & obligatio. & in.l.per diuersas. numero.14. quæstione.10. C.mandat. Intelligendum tamen fiat exequutio ex persona cedentis, & hoc cesionarius dicere tenetur, licèt fiat ad vtilitatem cesionarij.l.seruo.§.fina.ff.ad Trebellianum. Angel.& Imol.in.l.ille à quo.§.Vtrùm.eodem titu. Maximè hoc procederet, quando fuisset apposita illa clausula in instrumẽto cesionis, quòd cedẽs possit cesionarium in locum suum, tunc per omnia instar cedentis reducitur. Bart.in l.in prouinciali.ff.noui oper.nuntia. Confirmatur. Nam in lege nostra hoc executionis remedium ideo concessum esse diximus, vt lites breuiores reddantur, & sumptus litium vitentur. Quæ quidem ratio habet etiam locum in cesionario, & sic dispositio, cùm respiciat causam, & non personam. Sic consultum reliquit Ludo.Romanus.consilio.38.incip. In casu. & in consilio. 142. Quòd cesionarius. Priùs tamen debet liquidari, vtrùm habeat ius cessum, vel ne. Ita Roderic. Suarez in repetitio.l.post rem iudicatam. 7. extension.fol.136.column.1.ff.de re iudica. Et Boeri.ac plures ab eo relati decision.10.incip. Cesionarius. Hippolyt. singul. 26. & Imbert. Rupellan.in institu.forensibus.1.part.pagin.21. Quanuis non ostensa cesione si petat executionem cesionarius suo nomine, cùm habeat vtiles, Rebuff.in tract.de literis obligatorijs ar.3.glos.2.nu.17.existimet exequendum instrumentum debiti. Adde Alex.cons.93.lib.4.

Dubitari insuper potest, Vtrùm peti possit executio instrumenti contra fiscum, ac eius successorem? Responderi oportet affirmatiuè, quòd potest fieri executio in eum, vel in eum, cui fiscus bona dedit.l.1. de hæredi. vel actio. vendi.l.eum qui bona.ff.de iure fisci. Tradit Ias. consilio. 88. incip. In præsenti. libr.3. quia fiscus non vult, nec intendit iuri tertij præiudicare.l.2.§.si quis à Principe.ff.ne quid in loco publico. Et princeps concedendo bona, obligationes concedere videtur.l. Princeps bona.ff.de verb.signifi.

Est tamen quæstio, Vtrùm cadauer possit detineri,



tineri, ne sepulturæ tradatur, donec debitum per instrumentum guarentigium debitori soluatur? Angel.in auth.vt defunct.seu fune.eorũ.§.1.colũ.5.in simili statuto nostræ legis tenet detineri posse insepultum. Ipsum refert Suarez, tamen ab eo recedit, & meritò in.dict.rep.fol.135.extension.5. eam refert & sequitur Segur.in repe.l. si ex legati causa.nu.73.ff.de verb.obliga. Brunus in tract. de interitu & peremptio.conclusio.15.num.99. Hippolyt.in.l.fi.nu.64.ff.de quæst.& in singul.199. in fi. Et pro hac parte facere videtur.l.7.tit.1.libr.1.suprá.ibi. *Que el finado.* vbi durè (meo iudicio) & absque culpa defuncti impeditur eius sepultura, igitur propter causam ab eo deriuatam, & sic obligationem guarentigij impediatur. Sed tamen illa detentio potiùs ad terrorem deducta est, & sic ad comminationem lachrymantium multoties magis ex forma, q̃ ex intrinseco dolore: vel fit ad momentum, quia de facili placantur à clericis, vel alijs, & sic nunquam practicatur.

Ea propter hunc effectũ contractus guarẽtigij negauimus ad Segur. ibiq; plures tenẽtes cõtrariã sentẽtiã adduxim⁹ loco iã à me proximè citato. Quos in præsentiarum contra Angel. & sequaces tenẽtes enumerare libet. Equorum numero sunt Dominic.in.c.pręterea.51.distin. Felin. qui dicit non procedere de æquitate in cap. sicut Iudæi.colum.1.de Iudæis. Ergo æquitas spectanda est.l.in omnibus.& ibi Decius.ff.de regul.iur. Confirmatur ex Rip.in tracta.de peste.tit. De remedijs pręseruatiuis contra pestem.num.101.versi. Et primò quæro, an creditores possint petere. Reprehendit Seguram Dueñas in tract.regula.cũ fallen.regul.307.colum.4.versi. Et primò. adiutus potissimũ remissionibus, quas ibidem adiecimus.numer.73. ad ipsum Segur. quanquam de Additio. nullã fecerit mentionẽ, imò potiùs ab eo recesserit. Hoc idem & Couarru.in lib.2.variarum resolutio. c.1. num.10.& in.c.Rainaldus.§.3.nume.3.de testam. fecit. Quod quidem & si quibusdam hoc sit proprium, scilicet authoris nomen sub silentio præterire, alienum tamen à tanto viro consentaneũ fore semper iudicaui: neque mihi vnquam in mentem venire potuit, quin & nostri aliquando mentionem facturus esset: præsertim cum certò scirẽ, eum nõ latere, præcipuum honorem haud in eo, qui recipit, sed potius in eo, à quo exhibetur, esse repositum. Et certè (vt alia omittam) solum illud Euangelicum Matthæi.7.transumptiuè in.c.humanum genus.dist.1. Omnia quæcunque vultis vt faciãt vobis homines.&c. vt nobis vices ille rependeret, ad id allicere & inuitare deberet: maximè cùm ab anno.1547. vsque in hodiernum diẽ siue legendo, siue scribendo illius & venerandum præceptoris nomẽ, & suã meritò ab omnibus laudata ac decantata opera ab ore nunquã decidant nostro. Sed missa isthæc faciamus, & illuc vnde diuertimus, reuertamur. Eandem superiorem sentẽtiam probat Ioan.Lup.in.l.24.Tauri.num.27. Doctor del Castillo in.l.30.verb. *gastos.* in legib⁹ Tauri. Grego. Lopez in.l.13. vbi est tex. expressus, ibique allegat iura similia titu.9.part.7. Et est.l.fina. tit.13.part.1. vbi eandem sententiam visus est approbasse ipse Grego. verb. *que no lo sotierrẽ por deudas, remitiendose* ad.d.per ipsum in allega.l.13.

Quæro, Vtrùm executio per instrumentũ guarentigium peti possit contra hæredem, vel hæredes pro hæreditarijs portionibus? Respondẽdum est q̃ sic.l.1.C.de hæredita.actio. Angel. & Imol. in.l.1.ff.de his quæ in testam.delen. Alexan. in.l. postulante.colum.3.num.6.ff.ad Trebelli. vbi est vidẽdus Imol.l.1.ff.si cert.pet. Tamen hoc nõ est faciendum intra tempus faciendi inuentarium, id est, intra tres menses, tunc executio in hæredẽ fieri non poterit.l.fina.§.donec &.§.& si præfatam. C.de iure delib. vbi doctor. Bal.in.l. ait pretor.§. si quis.ff.de procura. Boeri. decision.10. vbi citat Ias.in.§.fuerat.num.61. Insti. de actio. Si tamen ex lege regni, vel cõsuetudine daretur rescisius tempus, post illud tempus à lege, vel cõsuetudine elapsum executio in eum fieri poterit: quia cessante causa dilationis, cessare debet effectus.l. quod dictum.ff.de pact.c.magnæ.de vot. Quo fit cùm in nostro regno per dict.l.13.tit.9.part.7. tantùm detur terminus nouem dierum, in quibus præcipitur hæredem non fore conueniendum, quòd his diebus elapsis fieri poterit exequutio.

Vtrùm autem contractus guarentigius non habens verbum, promitto, executionem habeat, nẽpè ex ea scriptura constat debitorẽ recepisse mutuò certam summam pecuniæ ex causa dotis, mutui, vel huiusmodi absque eo, quòd promittat se redditurũ prædictam pecuniam? Respondendum est executione mandari, cùm constet per eum de receptione pecuniæ.l.si duo patroni.§.Marcell⁹. ibi, rem sibi in dotem dedisse.ff.de iureiuran. Bar. expressè notat in.l.1.ff.de his quæ in testam. delentur. Roderi. Suarez vbi suprà.§.secundò extende.nu.1.fol.132.colum.1. Iaso in dict.§. Marcellus. nu.1.col.1.

Vtrùm autem executio peti possit pro interesse mediante instrumento guarẽtigio? Videtur dicendum quòd non habeat executionem super interesse, quemadmodũ habet pro principali: quia de interesse, ac eius quantitate nõ constat ex ipsi⁹ lectione, ergo exequi nõ poterit.l.1.ff.de his quæ in test.delen. Alexand. in.l.1.ff. de legat.2. Ioan. Hannibal in repetitio.l.si insulam.nume.28.ff.de verb.obligatio. Et articulus iste vtilis, ac non bene discussus secundùm Ias. optimè de eo agentem

Universidad de Deusto Biblioteca



ad vtramque partem.in.l.certi condictio.nu.20. ff.si cert.pet.qui in num.21.dicit hanc opinionem communem esse,ac ab ea non esse recedendum. Quod tamen limita,nisi ex lectione instrumenti constaret de promissione interesse materialiter, secùs si venerit intellectualiter.vt exẽplificat optimus practicus Roderi.Suarez in repe.l.post rem indicatam.4.limita.num.9.fol.144.col.1.ff.de re iudica.Cùm enim mentio fuerit facta de interesse respectu quid certi,quanuis non sit quantitas certa ipsius interesse,verificabitur intra terminũ datum ad exequendum contractum. argu.l.si fundus.§.potest ita.ff.de pigno. Qui vnicus solet reputari à docto.& per pronuntiationem iudicis fit certum,ac competet certi condictio in dict.l.certi cõdictio.in princ.& ibi glo.verb. ex certo. Bar. Bald.Paul.& Aretin.licèt Roma.num.14. Alber. & Alexand.contrarium teneant.Facit,nã instrumentum secundùm formam legis volentis ipsum exequutioni mandandum habet etiam locum in eo,quãdo tacitè ex ipso instrumẽto colligit̃.Bald. in.l.ad probationem.la.1.C.de probat.& in.l.1.§.& plenius.C.de rei vxo.act.Alex.in.l.iurisgẽtiũ.§.quod ferè.ff.de pact.in nu.10.vbi dicit,quod cõmuniter ita tenetur.Idem firmat Philip.Deci.cõsil.407.col.3.nu.6.lib.4. Igitur cùm de interesse fuerit expressum in instrumẽto,poterit peti exequutio,ac durante tempore decem dierum dato ad allegandum,& exequutionem pronuntiandam liquidabitur in iudicio,ac exequutioni mandabitur,& sic intellige has duas communes contrarias,scilicet,Ias.quòd nõ exequatur pro interesse,& q exequat̃ secũdùm Alex.quã modo præmisso declaratam tenẽdã existimo,omissa Iason. Has duas communes contrarias refert.Io.Orosci. in.l.1.ff.de edendo.nu.10.& petitio debet esse vt explicat Alb.in.l.certi.nu.29.ff.si cer.peta.f.Dico te mihi obligatum ex tali causa,ex qua peto te ad interesse condemnari.Quod æstimo decem.& ista forma est tutior ac communiter seruatur,in iudicijs.secundũ Alb.vbi suprà.Adde Ioan.Hannibalem in repe.l.si insulam.nume.28.ff.de verb. obliga.vers.5.facit nam instrumẽtũ guarẽtigium.

Quid autem erit,cùm quis habet instrumẽtum continens contractum conditionalẽ,cuius conditio iam est purificata,an eo mediante possit peti exequutio? Videtur quòd sic,cùm de verificatione conditionis possit constare in iudicio per testes,aut confessionem rei,contra quem petita est exequutio intra terminum assignatum à regia.l.5.infrà.& l.64.Tauri.Suadetur.Nam conditione iam impleta,non est contractus cõditionalis,dubius,aut incertus,sed perfectus,purus,ac clarus. text.aureus,ac perpetuò menti mandandus in.l. seruum communem,§.Titius.ibi,duæ puræ sunt. Et inferiùs. Quippe cùm & si extiterit conditio duæ puræ sunt substitutiones secundùm hæc proposita quæstio.ff.de vulg.& pup.Simil.in.l.si pupillus.§.idemque.in illis verbis.Quia conditione expleta pro eo est,quasi purè eis hæreditas,vel legatum relictum sit.ff.de cond.insti.l.potior.in fi. princ.ff.qui potio.in pigno.habeantur.ibi,Cùm enim semel conditio extitit,perinde habetur,ac si illo tempore,quo stipulatio interposita est,sine conditione facta esset.& ibi gloss.verb.melius est ex hoc iure.ff.de verbo.obliga.ibi,nõ ante quicquàm peti possit,quàm exploratum sit ante eam diem in Italiam Titium venire non posse,nec venisse,siue eo viuo,siue eo mortuo id acciderit.notat Alexand.omnino videndus in.l.ita stipulat⁹.la magna.colum.2.num.10.ff.de verb.obligatio. Bald.in.l.cum testamento.nume.6.C.de testam.manu.sic dicit.Et nota ad instrumenta guarentigia,quòd si habent conditionẽ re vera purificatã, sed in iudicio nondum probatam,dicũtur instrumenta pura,& non conditionalia,licèt ad executionem facti nõ possit procedi,donec liqueat iudici.vt.ff.de verb.obliga.l.hoc iure. Quæ lex est valde notabilis.Idem Bald.in.l.si quidem.colũ.2.num.5.C.de exceptio.& præscriptio.Bart.optimè deducens in practica in.l.1.colum.2.nume.8. ff.de edend.Facit.l.fina.secundùm Bal.ibi.colũ.1.num.1.C.de fals.causa adiecta legat. Ergo facta liquidatione.executioni erit mandandũ per præmissa.His etiã facit,Nam quanuis fideiussor absque eo,quòd constet excussionem factam in bonis principalis,sufficit tamen quòd appareat non esse soluendo,durante exequutione.Bald.nume.1.col.1.Et Salice.in auth.Præsente.C de fideiusso.Bald.in authen.Hoc ita si debitor.col.2.num.3.C.de pigno.Areti.in.l.decem.col.2.ff.de verb.obliga. Confirmatur ista sententia ex Angel.& Areti.in.l.fina.§.Titius.ff.de vulga.& pupilla.& optimè Areti.in.l.fin.§.fina.ff.de verb.obligatio. vbi dicũt,quòd statutum disponẽs,quòd instrumenta pura,& liquida habeant executionem paratam habebit locum in instrumentis conditionalibus post purificatam conditionem. Et ista opinio est tenenda in casu huius legis,cum hac modificatione,quòd instrumentum liquidetur duobus testibus,nempe conditionem fuisse purificatam,& super hoc debet pars citari,& cum ea liquidari.Rode.Suarez in rep.l.post rem iudicatam.§.Quintò limita.nume.2.fol.144.colum.2.ff.de re iudicat.

Extra tamẽ casum huius legis posset teneri cum Imo.& Alex.in.l.fi.§.Titius.§.de vulga.& pupil. Decio.cons.107.col.fin.num.2.lib.1.Alex.consil.109.lib.1.

Est tamen dubium,Vtrùm instrumentum locationis possit exequi pro tacita reconductione? Dicendum est quòd nõ.Nam obligatio istius anni nõ est sequentis,de quo nullum verbum in eo reperitur,igitur exequi minimè poterit.Bal.in.l.legem.C.locat.Alex.consi.28.Põderatis.circa fi.& in cons.17. Viso instrumento locationis.versi. Secundò principaliter.libr.4.Matth.de Afflict. decisi.365.numer.15.& ista est communis opinio secundùm Ias.in.l.certi condictio.numer.21.ff.si cert.pet.Facit quod vult Bald.in.l.generaliter.C. de sac.sanct.eccle.vbi scriptum & non scriptum, non differunt quo ad substantiã,sed quo ad executionem sic:quia quod reperitur scriptũ habet executionem,aliud non.& ab hac communi non est recedendum secundùm Ias.in dict.§.certi condictio.num.21.

Vtrùm autem durante tempore ad allegandas exceptiones possit opponi exceptio prouenie ns ex lege.2.C.de resc.vendi.cui est simil.in.l.4.tit. 7.lib.5.infrà.dubitari vidi. Videtur quòd sic. Nã exceptio pretij non soluti obijci potest contra instrumentum guarentigium,ergo venditor obijcere poterit deceptum fuisse vltra dimidiã iusti pretij,ac in excessu non esse illi solutũ,ideoque non teneri ante solutionẽ supplemẽti iusti pretij rem venditam emptori tradere,maximè cùm id velit probare statim intra tempus datum ad exequendum:iniquùm enim est.quòd quis cum detrimento ac iactura venditoris locupletetur,vel econuerso.igitur admittenda erit,cùm meliùs sit ante solutionem eam allegare,ac diffinire à principio sine repetitione,& circuitu,quàm facta solutione pretij,seu rei venditæ traditione,cùm lex nostra de sola veritate,ac circuitu vitãdo agere videatur. vt diximus in prin.istius glos.1. Quia pluries contingere poterit,& non est tacta in hac materia ab aliquo quem ipse viderim,decisionem eius tantùm propositam vobis cogitandam relinquo,fortè Deo duce,maiori deliberatione habita,dicetur in dict.l.4.Nam qui potest agere à fortiori excipere,quia plus est agere quàm excipere Bertrãd. consi.119.num.5.lib.2.Roland.à Valle.in consi.62. nu.2.ergo & in casu præmisso.

Præterea est dubium, Vtrùm in casu huius legis possit opponi exceptio rei non traditæ? Respondendum est cum Ioa.Lup.in dict.l.64.Tauri.nu.6.ex Bal.in.l.ex prædijs.C.de euictio.& Suarez vbi suprà fol.154.col.3.vers.Secundum quod si petatur,quod sic.

Quid autem in exceptione recõuentionis? Videtur admittendum fore,si de ea constare posset durante executorio iudicio,& sic iudici constare, nam omnis exceptio probabilis in continenti admittẽda est aduersus executionem.Ioa.Lup. in.d.l.64.in fina.verb.ex Panor.in.c.suscitata.de in integr.rest.sed huiusmodi est recõuentio,ergo si liquidari potest in isto summario iudicio,recipienda erit,cùm in executiuis possint plura,& diuersa remedia simul & semel intentari.Bart.in.l. consentaneum.colum.vlti.C.quomodo & quando iud.Ias.alios ad hoc latiùs adducens in consil.28.num.3.lib.1.Præterea Philipp.Deci.ad Bald. in.l.cùm Papinianus.super nu.3.C.de sent.& interlocu.omni.iudi.sic verba facit,quę multùm cõducunt ad decisionem huius dubij.Adde,quòd liquidato negotio,ad quod actum est,non tantùm locum habet recõuentio,sed ea etiam de liquidis executionem impedit,& debet expectari donec negotium,de quo reconuentio fit,liqueat,si facilè statim fieri potest,alioqui secùs.iuxta dictum Baldi singula.in.l.neq;.vers.ex his nota.C.de cõpensa.Et ita procedit dictum Bald,contrariũ,qui si rectè inspiciatur,ita modificare visus est in authen.Et consequenter.colum.2,nu.10.C.de sent. & interlocu.omni.iudic.Et Socin.tenet cum Bal. simpliciter,nõ facta aliqua distinctione in consil.41.colum.3.nu.6.lib.1.

Exceptio nullitatis vtrùm opponi possit contra instrumentum,dubiũ est.Et videtur quòd poterit obijci,quia ex nullo nil gigni potest,nec effectus executionis produci,Confirmatur.Nam annullato contractu principali,& clausulæ ei accedentes,& sic guarentigiæ in eo contentæ.glo.singul.in.l.3.§.patronum.verb.Fauiana.ff.si quid in fraudem patroni.Socin.in.l.1.num.102.dicit eam ordi.ff.solut.matri.Ioan.Lup.in repet.rub.de dona.inter vir.& vxo.§.76.nu.6.Ias.in.§.fuerat.nu.76.Insti.de actioni.& in.l.certi conditio.§.nummos.nume.36.ff.si cert.peta.& in.l.in testamento.nu.2.C.de fideicommis.& in.l.sub prætextu.1.colum.fin.C.de transactio.& in.l.principalibus.ff.si cert.peta.col.3.num.3.& in.l.eius qui in prouincia.§.quas verò.colum.2.num,3.eod.tit.Quibus in locis vnicam singul.solennem,ac communiter approbatam sententiam prædictæ gl.dicit.& in.l.§.si vir vxori.num.18.ff.de acquir.possess. Ripa in.l.ita stipulatus.nu.36.ff.de verb.obligat. Fabian.de Monte.in tract.de emptio.& vendi.8. quæstio.princ.num.5.vbi eam dicit ordinariam.& valde notandam in eod.tract.quæstio.6.prin. num.53.vers.vltimo est explicanda quæstio. Carol.Molinæ.in consuet.Parisien.§.1.glos.5.num. 31.l.fina.ff.de consti.pecuni.l.si homo mortuus. ff.de verb.obliga.l.cùm principalis.& ibi Deci.ff. de regul.iur.Hippolyt.in.l.qui ignorans.num.2. ff.de fals.& in pract.crimi.§.Secunda.num.9.tex. vbi Barto.in.l.diuus Traianus.ff.de testam.milit. num.1.sic dicit.Bart.loco proximè citato sequutum ab Hippoly.in.l.vnius.§.cogniturum.nume. 5.ff.de quæstio.Secundò nota ex hac lege multa.

Universidad de Deusto Biblioteca



Primò dicit statutum, quòd contra instrumentũ publicum non possint opponi nisi duæ, vel tres exceptiones, vel contra sententiã iudicis non possit opponi nisi vna exceptio, modò ego volo probare instrumentum non esse instrumentum, vel sententiam nõ esse sententiam, quæritur an possim opponere? Certè sic, quia priùs debet constare sententiam esse, vt hîc. Facit.l.4.§.cõdemnatũ. ff.de re iudi. Hactenus Bart. loco citato. Colligitur ex traditis meliùs quàm alibi per Rip. in. l.1. §.si quis ita.colum. 11. numer.39.ff.de verborum. ex quo optimè resolues hoc dubium derelictum à Cifontan.in.l.64.Tauri.quæst.12.

Quid autẽ si nullitas procedit ex falsitate? Respon. vt hîc quòd sit admittenda. Et an, & quãdo exceptio falsitatis impediat exequutionẽ instrumenti, scripsit Iaso cons.85.vol.1. Facit gl.in Cle. vn.de seq.poss.& fructu.dicens exceptionem prouenientem ex defectu causæ efficientis semper allegari posse. ordinaria, & approbata secũdùm Soci.cons.174.colum.10.nume.14.libr.2.sed falsitas inducit nullitatem in causa primæua, & fundamẽ talis instrumenti, igitur meritò obijci posse hîc statutum est. ¶De exceptione solutionis vide quæ dixi in.l.1.gl.1.suprà hoc tit. ¶Præterea ex istius legis dispositione apparet pactum de non petendo obijci posse aduersus creditorem, cùm ex prædicto pacto etiam nudo stãte lege.3.suprà eo. fuerit extincta omnis obligatio ciuilis, ac naturalis, cùm hoc iure regni eiusdem virtutis sit pactũ nudum, cuius est de iure ciuili stipulatio, quæ per aliam tollitur ipso iure.l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact.igitur per argumentum receptum â subrogatione idem est dicendum operari si fiat liberatio per pactum nudum, etiam si præcesserit contractus solennis verborum, qui stipulatio dicitur, cum pactum quid iuris contineat, attento iure Canonico.c.1.de pact.vbi Fortun. col. fi.nu. 42.igitur & de iure regio, ideoq; tãquã petẽti absq; actione repellẽdus erit à iudicio.gl.in.l.vbi pactũ.C.đ trãsact.ac executio nulla erit ꝓnũtiãda.

Quæro, Vtrùm exceptio pretij non soluti, possit opponi, stante hac regia lege de exequẽdis cõtractibus guarentigijs? Respondendum est affirmatiuè posse.argu.tex.in.l.Iulianus. §. offerri.ff. de actio.emptio.Bald.in.l. prędijs. C. de euictio. Ludo.Roma.per tex.ibi in.l.eum qui.§.si iurauero.numer.3.& in.l.si duo patroni.§.si quis iurauerit.num.13.ff.de iureiurand. Est opinio communiter recepta secundùm Francisc.de Areti.in.l.filiæ licet.colum.1.C.de colla.Quod cẽsendum est verbum notandum in actu practico.Anto. de Canario de executio. instrumento.quæstione.27. nume.59.

Quæro, Vtrùm exceptio compensationis sit admittenda? Et videtur ꝙ sic, cùm solutioni æquiparata sit, locoque eius habenda sit.l. amplius nõ peti.ff.rem ratam hab.cum ꝗ traditis in cap.ad nostram.1.de iureiurand.Probat tex.in.l.si cùm militi,§.cùm intra diem.ff. de compensatio. Alexã. in additioni.ad Bart.in.l.1.super verb.potest opponi.C.de iur.& facti ignor. Et iterum ad Bald.in l. cùm Papinianus. verb. excommunicatus. C. de sent.& interlocut.om.iudi.Tangit Bald.consi. 201.incip.Punctus.num.2.lib.4. expresiùs probat Paul.Parisi.consi.121.colum.3.numer.18.libr. 1.Matthæ.de Afflictis decis.121.incipi. Fuit dubitatum.nume.3. Panormi.& Felin.in.c.suborta. de re iudi.Angel.cons. 132. Quidam nobilis Nicolaus.Anto.de Butrio in capit.bona fides.deposit.Rom.cons.76.Alexand.in.l.si duo patroni. §. si quis iurauerit.ff. de iureiurand. Cifontan.l.64. Tauri.in quæstio.10.Alexand.de Imol.consil.12. colum.3.nume.13.libr.2.Philipp.Corne.cons.79. incip.Circa primum & magis principale. colum. fin.num.19.libr.1.Auiles in capitibus prætorum. cap.10.verb.*execucion*. num.7.Guido Papa decis. 171.colum.vltim.& decisio.174. in fin. Rursus in commentarijs statuti de literis compulsorijs.vbi dicit vidisse se semper obseruari.& Iacob. Rebuff. in.l.nemo carcerem.C.de exacto.tributo. lib. 10. Baberi. in tract.de virtute iuramenti.numero.33. Bertrand.consi.289.Tria.columnn.1.lib. 2.[& Andræ.Tiraquel.de vtroque retract.lib.1.§.3.gloss.3. nu.4.& Tindarus in tract.de compensationi. art. 7.num.22.Per istam legem non intelliguntur exclusæ exceptiones iustæ, & validæ, sed friuolæ tantùm, & inanes. Casus singularis arguendo de rescripto ad statutum.in cap.ex parte.2.de offi. delegat.sed exceptio compensationis est valida, ac præsupponit liberationem ipso iure, igitur nõ cẽsetur exclusa ab ista lege, cùm infra decem dies debeat liquidari, qui assignantur ad allegãdas exceptiones aduersus executionẽ. Et hanc sententiam absque dubio tenendam fore existimo hodie in praxi, attenta.l.5.infrà eo.&.l.64.Tauri.ac.l.20. tit.14.part.5.vbi in terminis huius legis idẽ firmat Greg.Lop.verb.*fasta diez dias*.Hippol.singu.208. Compẽsatio.Ias.in.l.si vnus.§. pactus ne peteret. num.18.ff.de pact.Boeri.q.14.col.fi.num.10.

Quotidianum dubium censeri solet, An exceptio non numeratæ pecuniæ sit admittenda aduersus instrumentum guarentigium? Cifontan. eam mouet, ac more solito dicẽdo recipere distinctionem, indecisam reliquit in.l.64.Tauri.quest. 24.referendo se ad Bald.in.l.sub specie.in fi.C.de postuland. Tamen quòd sit admittẽda, & ita semper se obtinuisse egregiè, ac plenè probat Roderi.Suarez per plura fundamenta in rep.l.post rẽ iud.fol.150.numer.12.ff.de re iudicat.Bald.in tra-

cta.de



cta.de statutis.verb.instrumentum.nume.18. vbi singulariter loquitur, ac idẽ probat. Verum enim vero quia in executionibus plerunque hæc exceptio non numeratæ pecuniæ opponi solet, ideo plura scribere decreueram, nisi ea optimè scripta reperijssem à Petro Rebuffo in commentarijs ordi.reg.Galliæ.1.part.tract.De chirogra.& schedularum recogni.in prin.pag.208.

Vsurarum exceptio etiam obstat executioni instrumenti, vt in hac lege constat. Quam quæstionem absque resolutione mouit Cifontan. in l.64.quæstio.1.in ordinatio. Tauri. Et quòd impediat, probat Iaso.in.l.1.col.5.num.21.C.de sacro sanct.eccles.loquendo in laudi instrumento.Bal. in.l.consulta diualia. C. de testament. dicit iudicem ecclesiasticum posse inhibere, ne lite pendente super vsuris instrumentum exequatur. Tradit Laurenti.de Rodulphis in tracta.de vsuris.quæst. 114.nume.22.in nono volumi.tracta.diuers.doct. Huic sententię etiam accedit Imol.in cap.cùm in iure.de offic. delegat.maximè cum vsura apparet ex tenore instrumenti, quo casu dicitur patens. Panormi.in.c.cùm olim.col.2. de censib.& manifesta.teste Barb.in cap.si diligenti.colum. 6.de foro comp.quo casu absque dubio nõ erit exequendum.Clem.vni.de vsur.ibi, solui nedũ concedũt, sed ad soluendas eas debitores scienter cõpellunt. Et paulò inferius in.§.Nos igitur.dicitur. Aut, ꝙ soluantur vsuræ, vel quòd solutæ cùm repetũtur, non restituantur, plenè, ac liberè scienter iudicare præsumpserint, sententiam excommunicationis incurrant. Igitur contractus vsurarius obstante exceptione vsurarum non erit exequẽdus, imò creditor erit puniẽdus pœnis impositis vsurarijs. vt in.l.8.tit.2.lib.8.infrà.vbi latiùs agam de eis.Et super vsuræ cognitione si non constat de facto, remittenda erit ad iudicem ecclesiasticum.iuxta notata in cap.cùm sit generale.de foro comp. Clem. Dispẽdiosam.de iudi.Adde quæ not.Matthæ. de Afflictis decisio.30. & Rebuffus in tracta. de literis obligatorijs.articulo.2.gloss.1.nume.22.vbi tenentes contrariam opinionem citat.

Vtrùm executio per instrumentum guarentigium peti possit à iudice antequàm constet de mandato procuratoris ad executionem petendã? Respond. est cum Roderi. Suarez in repetitione. l.post rem iudicatam.quæstione.3.fol.161.ff.de re iudica.§.qui a suprà visum est. Sic breuiter, & conclusiuè executionis præceptum tunc demum debet pronuntiari à iudice, cùm ei constat de mandatoq principalis contenti in tali instrumento, cuius nomine petitur executio fieri. In iudicio enim quantumcunque summario requiritur plena legitimatio personæ, si petatur. vt notat Bald. in.l. secunda.C.de edict.diui Adria.Didacus del Castillo hanc conclusionem in expresso tenet in.l.64. verb.*de los creedores*.numer.81.in ordinatio.Tauri. De hac re latiùs per Roderic. Suarez vbi supra. qui optimè loquitur. Adde Rebuffum de literis obligatorijs.articulo.2.glos.1.num.17.versi.Quatò procedit.

Ad executionis pronuntiationem solet obstare, quòd is, qui executionem petit, vel cuius nomine petitur, non est in instrumẽto nominatus, nec est hæres, aut successor, aut causam à creditore habens, de qua constet, ideoque eam petens repellendus erit.l.ad probationem.1. C. de probationibus.l.Iulianus.&.l. si sim stipulatus. & vtrobique Iaso.ff.de verborum obligatio. Bald.in.l.vna.C. quorum lega.Alexan.consil.126.in fin.lib.sexto. Hercula.in.l.in ratione.§.si filio.colum.8. ad leg. Falcidiam. Bald. in.l.si pro te. C. de dot. promissio.Iaso in.l.si quis nec causam.numer.10.ff.si certum petatur.Decius in capit.cùm teneamur.in fi. de appellatio.Ideoque petens executionem, iudici aperire debet, vtrùm sit creditor nominatus in instrumento exequendo, vel successor habẽs causam legitimam ab eo, propter quam constat se petere executionem bonorum. Quo fit mulierem non contentam in instrumento filij, cuius hæredem se esse dicit, si se hæredem non ostendat, & titulum suæ petitionis aperiat, repellendam esse à tali petitione, cùm non sit nominata in instrumento. Et in facti contingentia his proximis diebus in causa ardua ita pronuntiari vidi à prætore huius ciuitatis, & benè, per premissa.

Deducitur secundò instrumentum cõceptum nomine mariti sine commemoratione vxoris, eo mortuo, non fiet executio pro dimidia, instante vxore, quæ sibi competit, si est lucrum constante matrimonio habitum inter coniuges ex consuetudine, & iure, vt constat infra libr. quinto.titulo.4.in.l.prima. Quippe cùm non habeat ius cessum à marito, & quia non est scripta in instrumento. Si tamen fuerit conceptum nomine vtriusque, poterit nomine alterius vtriusque, & sic vxoris exequi. Imbert. Rupella.in forensibus institu.pagin.21.Masueri.de executionib. §.Item nota quod quãuis.in sua practica. Tradit Rebuff. in tracta.de literis obligatorijs.articulo.1. gloss.9. numero.29.pagin.72.in.1.tomo constitut.Regiarum Galliæ.

Vtrùm autem contra clericos instrumentum guarentigium exequi possit? Videtur dicendum executionẽ fieri posse.ex eo, quia sicut clerici laicos compellũt per executionem, & iuuantur ista regia cõstitutione, ita & contra eos executio fieri poterit.argu.text.in cap.si in adiutorium. distin. 10.& rubri.ff. quod quisq; iur.& cap.cùm omnes. de cõsti.Bal.in.l.1.in fi. C. de contrahen. emptio.

 dicit,

dicit, quòd dum clerici volunt vti statutis laicorũ quo ad commoda, debent etiam easeruare quo ad onera. Idem etiam tenet ipse Bald. in. l. omni, in fi. C. de sacrosanct. eccle. Ita tenet Bart. in. l. cunctos populos. numer. 29. colũ. 11. versic. subijcio exemplum. & ibi Bal. numer. 10. C. de sum. trinita. & fide catholi. Et consultum in terminis reliquit Socin. consil. 97. Abundè & subtiliter. colum. 2. nu. 3. lib. 1. Faciũt quæ tradit Gullel. Benedict. in rep. cap. Rainutius. verb. & vxorem nomine. decisi. 2. rium. 125. de testam. Bald. in consil. 227. Honestus vir. colum. 5. nu. 4. lib. 1. tex. secundùm Aret. ibi. colum. 2. num. 2. in capi. ad nostram. de probatio. Antoni. & Aretin. in capi. quod clericus. colum. 3. versi. Sed dubiũ pulchrũ est. nu. 13. de foro comp. Latè Ioan. Baptista de sancto Seuerin. in repet. d. l. cunctos populos. numer. 185. Philip. Franc. in regula Possessor. de regulis iuris. libr. sexto. colum. 4. nume. 11. versic. facit etiam quod dixit notabiliter Bal. Ioan. Lecerier in tract. De primogenitura. qõ. 54. libr. primo. nume. 16. versic. sed in contrarium. Rebuff. in tractat. de literis obligatorijs. articulo. 2. gloss. 1. numer. 8. Roderi. Suarez in repet. l. post rem iudicatam. fol. 136. colum. 2. extensione. 8. ff. de re iudicat. Calcane. consilio. 7. Quibus suffragatur text. in cap. cùm venissent. de eo qui mit. in poss. causa rei seruan. & in capitul. constitus. de in integr. restitutio. Ratio tamen adducta à Bart. in dict. l. cunctos populos. frequentiori consensu reprobatur, vt colligitur ex Roch. Curt. in repetitio. capitu. fina. de consuetu. quæstione. 11. princi. Felin. in capit. ecclesia sanctæ Mariæ. nume. 81. & Deci. num. 50. de consti. & Couar. nouissimè lib. pract. quæst. cap. octauo. numer. 5. versic. Quinta conclusio. Qui veram nihilominus existimat opinionem Bart. in casu huius Regiæ legis. nam lex Regis, aut Principis iura Imperij habẽtis, quæ generalis est, & ius commune in toto Regno, nec dãnum infert speciale clericis, aut ecclesijs, est ergà clericos etiam in foro ecclesiastico seruanda, cùm non repugnet legi Canonicæ, ac ad eam est recurrendum. Quod probari solet ex capit. 1. nouì operis nuntì. Et visum est Ioan. Imol. in cap. continebatur. numero. 8. colum. vlti. de his quæ fi. à prælat. sine consens. capit. Hosti. & Ioan. Andræ. in capi. vlti. de solu. Iaf. in. l. quotiens. nu. 24. C. de reiven. diximus supra libro. 1. in procemio. quæstione. 3. Igitur ista Regia lex condita à Catholico Hispaniarum Rege, qui apud eius subditos ius habet Imperij, & quæ generaliter statuisse constat instrumenta publica paratam habere executionem, etiam aduersus clericos vim habet, cùm non inferat præiudicium notabile clericis, nec, vt dixi, directo contraria canonibus, ac sanctis sanctorum patrum sit. Imò talis lex cum his conditionibus, & qualitatibus videtur recepta, & approbata à summis Pontificibus. capitul. primo. nouì operis nuntiatio. capit. primo. de iuramen. calum. capit. venientes. de iureiurand. capitul. inquisitionis. de hæreti. libro. 6. Fortuni. Garsi. in tractat. De vltimo fine vtriusque iur. illatio. 14. Couarru. in Epitome. 4. Decretaliũ. 2. parte. capitu. 6. in princip. numer. 20.

Intellige tamen hanc executionem petendam coram iudice ecclesiastico ipsius clerici, ac coram ipso discutiendam esse. vt colligitur ex Bart. & alijs suprà citatis. Nec vnquam visum, seu auditum fuisse contrarium firmare possumus cum Couar. in practi. quęstio. capi. 8. colum. penulti. qui dicit his accedere, quòd etiam si apud Gallos clericus cogatur à iudice seculari chirographum, seu schedulam suam agnoscere, postquàm tamen agnouerit, causa est ad iudicem ecclesiasticum deferenda, vt ipse cogat clericum soluere pecuniam debitã. ficuì firmant Pyrrhus in consuetudi. Aurelienssi. titul. De executione instru. capit. 20. Imbert. Rupellan. in forens. institu. capitu. 24. Rebuff. in tracta. De chirographis. articul. 2. gloss. 1. numer. 10. in. 1. part. constitutio. Regiarum Gallię. Quę quidem sententia etiam habet locũ, cùm petitur exequutio instrumenti publici aduersus clericum hæredem laici. vt probat Couar. vbi suprà. c. 8. versi. Fortasis in casu.

Dubitari poterit, an recusari possit iudex executor coram quo petita fuit exequutio instrumenti? Et videtur, quòd possit ex eo, quia ipse debet pronuntiare exceptiones allegatas coram ipso admittendas, seu repellendas fore; & sic habet potestatem damnificandi partem, quæ cùm timet se iure non processurum ex aliquâ causa, vt sæpe vísum est, quòd culpa istorum exequutorũ, ac propter eorum imperitiam exequutiones multùm dilatantur, ac partes laboribus, & expensis vexantur, ideoque etiam in causis summarijs vigent rationes, propter quas licitum est recusare iudices, de qua recusationum materia habitum est suprà. l. 1. titul. 5. isto lib. 3. ergo idem ius versari debet. l. his solis. C. de reuoc. donat. Et ita seruatur. Nam isti plus quàm meri, & nudi exequutores sunt, cùm habeant facultatem pronuntiandi, & sic iuris cognitionẽ, ergo recusari poterunt. gloss. verb. debuisset. in ca. nouit. de appellatio. vbi Imol. Panor. & Preposit. col. fin. num. 7. Archidia. & idem Preposit. in. §. ab exequutore. 2. q. 6.

Dubitatur cui sit committenda exequutio? Respon. Algazello, & non officiali inferiori. l. 19. tit. 14. libr. 2. suprà. vbi dixi.

Quæro, quæ iura debeantur exequutori ratione exequutionis? Respon. quòd decima totius debiti, pro quo est petitum, quòd fiat exequutio. l. 21. titul.



21. tit. 14. libr. 2. suprà. vbi aliquas singulares quæstiones proposui, quę pertinent ad intellectũ huius. l. 4. & quotidiè in practica versantur. Et de de cima vide Auilesin capitibus prætorũ. ca. 9. verb. *derechos*. fol. 139. col. 1.

Dubitatur, Aliquis recepit mutuũ, seu aliquam rem ad creditum, stante lege regia eo loco, quo fecit cõtractum, annullãte ipsam obligationem, ac cõtractum talem factum ad creditum: petita fuit exequutio in alio regno, in quo validè quis potest contrahere ad creditum, est dubiũ, si obijciatur de nullitate loci contractus, an repellat agentem ab executionis effectu, & sic sit pronuntianda nulla? Respondendum est, exceptionem nullitatis prouenientẽ ex iuribus, ac legibus loci cõtractus quo ad decisionem, & validitatem obligationis seruandam fore, etiam in loco, vbi non sunt tales leges anihilantes similes cõtractus, & obligationes, quo petita fuit fieri exequutio. Quo ad ordinationem verò, & processum causæ statuta loci, in quo lis agitur, seruanda sunt. Bar. Bald. Baptista de sancto Seuerino. nu. 132. & omnes in. l. cunctos populos. C. de sum. Trinita. c. quod clericis. cum glo. Antoni. & Panor. de foro. competen. Augusti. Beroius quæst. 115. Illud quæsitum est, an statutum, q̃ mercatores. nume. 5. Dixi suprà in rubric. De iudicijs. quæst. 8. col. 731. Soci. consil. 71. nu. 7. lib. 4. Quod est singulare, cùm aliquis vult se tueri remedio legum, maximè. l. 22. conditæ in curijs celebratis in oppido de Madrid, anni 1528. ibi, *no condenen, ni executen en las tales personas, ni en sus bienes, ni en los de sus fiadores lo que assi deuieren de los dichos juegos a credito o fiado, que por la presente damos por ningunas qualesquier obligaciones, escripturas, o promessas, que las tales personas cerca dello hizieren.* Similiter si allegauerit nullitatem ex. l. 78. in curijs Pinciæ anni 1555. ibi, *è qualesquier contractos è fianças, è seguridad è mancomunidad que sobre ellos se fizieren, è otorgaren, con qualesquier clausulas, è firmezas, en qualquier manera, todo sea ninguno, e por virtud dellos no se pueda pedir enjuyzio, ni fuera del, en ningun tiempo cosa alguna alos dichos hijos familias, ni menores, ni principales pagadores, ni à otras qualesquier personas, que por ellos se obligaren, o en su nombre lo sacaren, è tomaren, è sean libres de todo ello.* &c. Huiusmodi leges sæpe sunt in praxi, & iudex tenebitur condemnare creditorem, ac executionem nullam pronuntiare per prædicta iura. Vide quæ dixi circa interpretationem dict. l. 78. in. l. 1. in gloss. 1. suprà isto titul. Quæ omnia sunt quotidiana, ac bene notanda in practica. Adde Feder. Sen. consil. 85. colum. 1. ad finem.

Vtrùm autem impediatur executio instrumenti ex eo, quòd in eo sit iuramentum interpositũ? Respondendum est quòd sic. l. 6. titul. 1. suprà isto 3. libro. ibi. *E que la obligacion no vala, ni hagase, ni prueua: è mandamos a todos è qualesquier justicias que no la executen, ni manden, ni hagan executar.* Quæsententia ex eo probanda est: quia executionis beneficium processit in hac Regia lege à Catholico rege Ferdinando, similiter etiam improbatio iuramenti, ac inhibitio, de quain dicta. l. sexta. igitur transgressor legis non debet eius beneficio vti. Paulus Castren. in. l. qui bona. §. de illo. numer. 5. ff. soluto matrimonio. capitul. bonæ. 1. de electio. capitul. fina. de immunita. eccles. capit. quia frustra. de vsuris. l. auxilium. ff. de minorib. Cùm igitur iste contractus iuramento firmatus ad frustrãdam iurisdictionem Regiam tantùm directus, sit inimicus legi, non debet ad priuilegia eiusdem Principis peruenire. l. 3. §. fina. ff. de adimendis legatis. notat insigniter Bald. in. l. 2. colum. 4. versi. super secunda quæstione Barto. ff. de iureiurand. Rodericus Suarez in repetitio. l. post rem iudicatam. §. decimò limita vbi iuramentum. ff. de re iudicat.

Vtrùm autem idem sit respondendum in schedula recognita à debitore in iudicio, quòd sit summariè, ac executiuè procedendum, quemadmodum diximus in publicis instrumentis? Respondendum est affirmatiuè. l. 126. in curijs Madritijs anni 1534. & in curijs Toleti, anni 1560. fol. 41. vbi idem dispositum est in confessionibus liquidis habitis in iudicio. Facit, nam scriptura recognita à parte, eandem vim, ac potestatem, cum negari iam non possit, debet habere, quemadmodum scriptura publica. l. Puplica. ff. depositi. l. cùm de indebito. ff. de probationibus. l. cùm ancquitas. C. de testament. notat Barto. in. l. admonendi. numer. 26. ff. de iureiurand. & in. l. scripturas. quipotio. in pigno. habean. Alexand. consil. 191. colum. prima. libr. secundo. Couar. libr. 2. variarum. capit. 11. numero. 4. l. 118. titul. 18. part. 3. Rebuff. in tract. de chirographorum & schedularũ recognitione. 1. part. constitutio. Regiarum Galliæ. qui singulariter declarat. l. 126. præcitatam ibi. vbi est similis constitutio regni Franciæ à pagin. 179. vsque ad. 219. inclusiuè.

Pulchrum autem dubium se offert, Vtrùm scriptura priuata post recognitionem habeat executionem, ac prælationem à die, quia fuit inter partes celebrata, vel à die, qua habuit vim executiuã, & sicà die, qua fuit recognita, seu in publica forma redacta? Videtur quòd à die, in qua fuit obligatio orta, & sic tempore, quo fuit celebratus contractus, in quo sumpsit originem, substantiam, & formã, & sic retrotrahatur recognitio ad tempus celebrati contractus. cap. cùm quis. de sententi. excom. lib. 6. reg. ratihabitio. de regul. iur. lib. 6. Sua detur. 2. Nam scriptura priuata, seu confessio redacta in publicam formam, vim executiuam habet, tan-

Universidad de Deusto Biblioteca



bet,tanquam si à principio fuisset in publicã formam positã.gloss.verb.depositionibus.in.l.fina. C.de edict.diui Adrian.tollend. Quam in hac specie instrumenti guarentigij applicatam fatetur, & communiter approbatam Alexand. de Imol. in consil.93.colum.fina.libro. 6. alios ad idem referens.& Hippolytus singular.484.incipien. Si vera loqui fas est.

Contrariam sententiam, quòd imò non retrotrahatur,probat Angel.in.l. si fideiussor. versicu. In textu ibi præsentibus. C.de fideiusso.quem refert Hippolyt.dict.singul.484.& singula.135.Dicendum tamen est, quòd retrotrahitur ad diẽ contractus in præiudicium recognoscentis: quantum verò ad præiudicium creditorum, à die recognitionis,in qua in effectu habet suam originem,formam,& esse,& sic prælationem, & alia priuilegia prætextu prioritatis sibi vendicabit ab illa die, in qua fuit recognitum chirographum, & non antè in damnum aliorum creditorum habentium scripturas publicas,& priores ab illa die. Carol. Molinæus in consuetudini.Parisiensib.§.5. nume. 16. Couar.lib.2.variarum resolu.c.11.nu.4. Et ita practicari vidi,ac feci in causa ardua.

Quid obsecro iuris erit, eo casu, quo priuata scriptura habetur pro recognita, & pro tali est habita ob contumaciam rei nolentis comparêre,nec eam recognoscere.ex capit.fin.de confessi. lib.6? Responderi oportet exequi posse etiam isto casu, ac si verè recognita fuisset. Cùm tantum debeat operari fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero.l.si filiusfamil.ff.si certum peta.sed per veram recognitionem fieret executio.dict.l.de Madrid anni 1534.l.126.ergo quando fictè per contumaciam, vel alio modo recognouisse constasset. Rebuff.in tracta. de chirographis.nu. 98. Couar. loco proximè citato.cap.11.nume.4. Esset tamen reus ad recognitionem istam faciendam personaliter citandus.l.vni.in fi.titu.9.suprà eod. lib.3.nisi fraude, & dolo eam effugeret citationem, quo casu haberetur pro citato personaliter. Rebuff. & Doctor Didacus Couarru. vbi suprà. Quanuis enim citatio in personam per prius sit necessaria.l.1.§.1.ff.de lib.agnosc.Clemen.1.de foro competẽ. Clemen.Causam.de elect.glo.in ca. causam quæ. de dolo & contuma. Vanti. de nullita. process.& sententia.ex defectu citatio. numer.83. Tamen si non reperitur persona, fit ad domum, vt in præmissis locis habetur. & est communis secundùm Alexand.l.4.§.ait Prætor.colum.2.ff.de dam.infect.Panor.in dict.ca.causam quæ.colum.2.Et sic citatio in subsidium facta ad domum erit valida, nõ aliàs.glo.in cap.causam quæ.de dolo & contu. Innocen.in capit.significauit.in fin.de testib. Panormi.in.c.vltim.in fina.verbis. de eo,qui mitti. in possessio.causa rei seruand.Philipp.Deci. cõsi. 460.colum.fina.libr.4.& in cap.cùm parati. col. pen.de appella. Igitur si latitat, fraudeve propria nõ vult comparere ad hoc vt in faciem citari possit,sat erit illum citari ad domum, per præmissa, cùm alioqui contumaces præmio afficerentur, ac ex sua malitia commodum consequi viderentur, quod dicendum nõ est.l.fulcimus.§. quid sit latitare.&.§.fina.ff.ex quib.caus.in possess.eatur.ca. quoniam frequenter.§.porrò vbi.glos. & scribẽt. vt lit.non cõtest.Tiraquell.singulariter de retracta.lib.1.§.9.gloss.2.nume.7.Robert.Maranta.in speculo aduocat.6.part.pagin.372.numero.84.& 86.Suadetur,Nam paria sunt, quòd quis personaliter citetur,aut ex facto citandi, & industria impedimentum procedat quominus personaliter citari possit,quo casu citatio habenda est pro facta, vt prædixi.text.in dict.cap.quoniam.§.porrò.& in Clement.1.§.nos rigorem ipsum. de iudic.Clementi.2.vt lite pendent.clem.Multorum.secundùm Bonifaci.ibi.numero.23.versicu.nota etiam quòd ille.de pœni. Suadetur ex congestis à Francisco Niconitio in repe.cap.quoniam cõtra.verb. citationes.numer.36.de probat.text.& Ias. in.l.si eum.§.qui iniuriarum.num.9.qui optimè in proposito loquitur.ff. si quis cautioni. Andræ. Tiraquell.de retract.libr.1.§.2.gloss.1.num.9.versi. Et idem dicit ea glossa de citatione.Ex quibus infertur,quòd quanuis in casu.l.vni.in fin.titu.9. infrà eo.libr.3.sit necessarium,quòd citetur reus in personam ad missionem bonorum, tamen si probetur,quòd nõ potuit ad eum citatio peruenire suo dolo,calliditate,& facto, sufficit quòd in actis cõstet quomodo ad domum fuit citatus, & non personaliter,quia latitabat, & sic procedi poterit contra contumacem tanquam si præsens esset, quia fictè contumax censetur præsens, cùm Dei præsentia repleatur eius absentia.l.properandum.§. cùm autem.C.de iudi.Boeri.in consuetudi. Bituricensibus.fol.26.colum.1.§.20.tum etiam, quia contumax aliàs esset melioris conditionis, quàm obediens.cõtra tex.in cap.eum qui.de præben. lib.6. dict.l.vnica.in princip.ibi, *los rebeldes que no quierẽ venir ante el judgador a los emplazamientos que les son puestos,no deuen ser de mejor condicion, que los que vinieren ante ellos a paresçer.* Igitur simili modo concludẽdum est in casu huius.l.4.&.l.64. Tauri. quòd executio bonorum postrema fieri possit, etiam si in personam non fuerit facta citatio: quæ aliàs esset necessaria, nisi dolo rei impediretur, per præmissa. Quę omnia sæpe contingere solent in actu practico,ideò notanda sunt. Cùm autem volueris videre de citatione necessaria ad primum, & secũdum decretum faciendum, videbis dicta in dicta l.vni.in.1.glos.quæstio.8.& Montalu.in.l.5.tit.3. libr.3.



libr.3.foro legum.&.l.1.titu.septimo.part.3. versicu. *Ca estos a tales.*

Dubitatur præterea, Vtrùm instrumentum publicum possit exequi post decem annos? Respon. quòd nõ.l.3.titu.13.infrà eod.vbi cautum est, debitum non posse peti post lapsum decẽnij. Bald. facit mẽtionem de simili statuto in tract. statutorũ. verb.instrumẽtũ.nu.11.& dicit, quòd si volo procedere aduersus debitorem via ordinaria, & non executiua,possum,nõ obstante statuto loquente de præscriptione:quo fit,quòd licèt decẽnium impediat, quòd nõ possim producere instrumẽtum in modum executionis, potero in modum probationis.Ita Barto.in.l.planè.ff. quod falso tuto.authore.Sed Bal.ibi dicit.Aut statutum disponit de exceptione cõtra executionẽ, aut cõtra debitum principale.Primo casu verum dicit,posteriore verò nõ.arg.l.& in tutela.ff.de tutel.& ratio.distrahendis.Ita Bald.in.d.verb.instrumentum. nu. 11. vers.statutũ quod nõ. Anto.à Canario in tract.de executione instrumẽtorum.quæst.56.nu.95.Frãcisc.Cremens. singulari. 140.incip. Statuto caueatur. Thomas Ferrati.in cautelis.vltra Cepol.caut. 50.incip. Si contingat extare. Rodericus Suarez in repe.l.post rem iudicatam.limitatio. 6.nu.3.ff. de re iudicat.subijciẽs,Tene mẽti,quia nõ poteris inuenire in mundo meliorem determinationẽ ad propositũ dictarũ legũ. Et sic multoties habui de facto,& practicaui. Hactenus ille. Sed huic distinctioni obstare videtur dict.l.3. dum dicit. *Porende ordenamos, que aquel, que alguna action, o demanda tiene contra otro con carta, o sin carta. è desque el plazo llegare, no le demandare en juyzio, o no fiziere emplazar la parte sobre ello, o no fuere fecha entrega, y execucion por ello fasta diez años, que dende en adelante pierda la demãda, e no sea oydo sobre ello.* Ergo nec per viam executiuã,nec per viam ordinariã elapso decennio poterit peti debitũ, cùm iam sit præscriptũ per prædictã legẽ.Sed dic, ꝙ lex illa fundata super præsumptione,locũ non habet quo ad viã ordinariã, saltẽ vt quis possit debitũ cũ mala fide præscribere, & sic vtroq; in foro præualet ius Canonicum, quod omnem similem legem improbat. cap.fi. de præscrip. de quo latiùs suo loco dicetur. Vel dicamus procedere ex approbatione legis.4.eo.titul.13.quæ posteriori loco est posita,ac etiã est nouissima, & sic præferẽda.l.pacta nouissima.C. de pact. Dicit enim declarando legem superiorem, *segun que en la ley antes desta se contiene ninguna entrega, ni execucion se pueda fazer por el tal deudo fasta que el deudor sea emplazado, è oydo.* Igitur tantum tollere intẽdit viam exequutiuã, non tamen ordinariam, vt ipse debitor,& eius successor maiori deliberationi possint inquirere sua iura, ac defensionem, si qua fortè habuerint,prout pluries vidi contra istos creditores malæ conscientiæ, pariterque fœneratores, qui debitum semel solutum in periculum suarum animarum, maximè contra simplices, & miseros agricultores,qui bona fide,soluto debito,non exigunt obligationem,nec petunt quitationis schedulam,repetere iniustè, ac scienter non formidauêre. De intellectu prædictæ.l.3.titulo.13.infrà.agit Antonius Gomez in.l.63. Tauri. Et Couar. in regul.Possessor.de regulis iuris. libro sexto. in.2. parte.§.vndecimo.numero primo. & quæ dixi in dict.l.3.&.l.4.titul.13.libro isto.3.infrà.vel potest pręsentare instrumẽtum ad hoc vt illud recognoscat.& recognito procedetur via executiua per dictam.l.126.de Madrid.an.1534.

b ❡*Obligaciones.*Opponere posset aliquis contra legislatorem de superfluitate, quam vbiq; excludẽdam fore iuris latores dicunt in prooemi.C.§. quibus.l.ampliorem.§.in refutatorijs.C.de appellat. & in prooemi.Decretali.§.rex pacificus. ibi, resecatis superfluis.Sed verbum istud,*obligaciones*, superfluum esse constat propter verbum sequens, *contractos*,Igitur minùs aptè.ex.l.omnem obligationem. ff. de iudic. vbi dicitur, omnem obligationem pro contractu habendam existimandum est. Pro solutione tamen dicas, quòd istud verbum fuit positum ad hoc,vt daret intelligi, quòd non solùm comprehendit obligationem propriam, quę venit nomine contractus, verùm omnem illam, quæ posset comprehendi alio quouis modo, & sic impropriam, & ex vi comprehensiua sub hoc verbo.*obligaciones*, & sic comprehendat donationem, quæ non est contractus propriè,sed largo modo. Et ita intelligendus erit tex. in.l.si donationis.& ibi Bartol.C.quod met. causa.&.l.iubemus nulli. circa principium. ibi, siue contractu venditionis,siue donationis.C.de sacrosanctis ecclesijs.textus cum gloss. in.l. si quis emptionis.in principio. C. de prescriptio.30.anno. & gloss. in authenti. Sacramenta puberum. & in corpore vnde sumitur.C.si aduer.vendit.Cùm enim secundùm Barto.ibi.illa authenti. sit fauorabilis respectu animę, quę cunctis rebus est pręferenda.l.fina.C.de sacrosanct.eccles,ergo comprehendit donationem, quę est contractus ex larga, vt dixi, interpretatione. Et ita sumitur obligatio impropriè pro contractu in dicta.l.omnem. dum dicit, pro contractu habendam. Et est de mente gloss.fina.ibi,Aliud enim est, esse talem, vel haberi pro tali.gloss. in.l.mercis appellatione.2. ff.de verborum significatio.facit text.in.l.codicillis.§. fina.ibi,pro iure legitimo haberi.ff. de legat. 2. & quod notat Bartol.in.l.si maritus.§.legis Iulię. ff. de adulter.& in.l.si is qui pro emptore.nume. 29. ff.de vsucapionibus. Panormita. in capit. ex parte.de sponsalib. Decius consilio.275.numer.7. &

etiam

Universidad de Deusto Biblioteca



etiam omnem obligationem, quæ ex consensu alicuius volentis se obligare in vtilitatem alterius prouenit. Et sic nudum pactum, & obligatio naturalis redacta in scriptis habebit executioẽm. quia verbum, obligatio, simpliciter prolatum, intelligitur de naturali, & ciuili obligatione. l. si is cui. §. Flauius. ff. de solutio. Bald. cum dixit vnicum in capit. Quintauallis. in fine colum. de iureiurand. & de efficaci obligatione. l. vel obligatus. ff. de liber. causa. Baldus in. l. ait Prætor. §. pupillus. ff. de negot. gest. vbi dicit non habere executionem pactum nudum, cùm statutum nõ loquatur de obligatione inualida, & inefficaci continente tantùm obligationem naturalem. Tamen in hac regia lege voluit tribuere priuilegium executionis non solùm instrumento continenti obligationem vel debitum. Quæ verba inducere videntur tam ciuilem, quàm naturalem obligationem, sed etiam voluit omnem aliam obligationem in scriptis propositam etiam per pactum nudum, & seclusa solennitate iuris contractam, seu deriuatam comprehendere. Notandum etiam est contra obligatum nudo pacto per instrumentum guarẽtigium procedi posse via executiua, quia literis vestiri videtur, ac legitima conuentio est, cùm lege firmetur. l. legitima. ff. de pactis. docet Bald. in. l. secunda. in fine. C. de executio. rei iudica. Petrus de Rauen. in alphabeto. verb. statutum. in fine, Imol. in l. fin. nume. 3. ff. à quib, appell. licet, vel non licet. Iaso rationes huius dicti assignat in dicta. l. legitima. column. 2. numero. 5. & . 6. quanuis recedat ab ista Bald. sententia in dicta. l. secunda. tamen eum sequitur Rebuffus tracta. de literis obligatorijs. articul. 2. glossa. 1. numero. 15. in. 1. parte constitutio. Regiarum Galliæ. qui dicit hoc non esse necessarium adnotare, ex eo, quòd notarij solent stipulationem in instrumentis inscribere, vt vix instrumentum notarij inueniatur nudo pacto factum, & nusquam vidisse vnum ait sine stipulatione à notarijs confectum. Aliquando tamen bonus sæpe dormitat Homerus. Ideo est notandum, quòd nudo pacto promissum in instrumento exequendum est secundùm præmissos doctores. & Bald. in opere statutorum. verb. instrumentum. nume. 16. & in. l. si causam. in fin. ff. de exceptio. rei iudica. Suarez in repe. l. post rem iudicatam. §. sed pro euidentia. nu. 5. & num. 25. ff. de re iudica. Et quòd promissiones nudæ absque solennitatibus iuris ciuilis, & sic pacta nuda sint exequẽda de iure regio constat, cùm firmentur à lege. 2. suprà eo. & sic in eis concurrat obligatio naturalis, ac legis Regiæ, & omne pactum dicatur contractus. gloss. in. l. 1. verb. figuris. ff. de actio. & obligatio. nota. secundùm Segur. vbi ad eum plures eam laudantes adduxi in repe. l. quemadmodum. nume. 78. ff. de acquiren. possess. Hierony. Cagnol. in repe. l. si quis maior. nume. 31. C. de transactio. Singul. secũdùm Ias. in. l. naturalis. in princ. numer. 3. ff. de præscri. verb. auream dixit Christophor. Porc. in princ. Instit. de obligat. colum. 2. nume. 2. Ergo etiam ad pactum ex vi verbi, *contractos*, positi in hac lege venire debet omnis pactio, etiam nuda à iuris solennitate.

Quid autem erit in quasi contractibus, seu distractibus, vtrùm quis possit compelli ad obseruantiam promissionis in tali instrumento contẽtæ via executiua? Videtur quòd sic, cùm ibi quis ex sua pactione fuerit obligatus, ac de animo se obligandi constet per regiam. l. 3. suprà eo. ac proinde comprehenduntur sub isto verbo in nostro textu posito, *obligaciones*, per prædict. l. omnem. ff. de iudic. Tum etiam, quia ratio, vt celeriùs negotia expediantur, viget in his quasi contractibus, seu distractibus, de qua in superiori gloss. dixi, ergo non debet diuerso iure censeri, sed vno complecti, cùm sit eadem rationis causa. l. illud. ff. de acquirenda hæredita. l. his solis. C. de reuocand. donatio. Et leges loquentes in contractu, propriè sumpto vocabulo, si vna, eademque ratio versatur in contractu, quæ in quasi contractu, venit quasi contractus. Et ita procedunt iura, quæ quasi contractum comprehendunt nomine contractus. vt in. l. interdum. §. vltimo. ff. de iudic. l. sed & cùm aliquis. ff. de negot. gest. quæ loquuntur de gestione negotiorum, quæ haud dubiè quasi contractus est. & . l. vltim. ff. in quibus causis pigno. vel hypothe. taci. cont. & . l. ex contractibus. ff. de actio. & obligatio. quæ loquuntur de tutela, quæ & ipsa quasi contractus est. & . l. apud Iulianum. §. vltimo. cum. l. sequenti. & . l. eandem rem. ff. de duobus reis. quæ loquuntur de aditione hæreditatis. gloss. in capit. vltimo. & ibi Panormita. de foro competen. dicunt, quasi contractum, largissimè contractum dici, trahere tamen constitutionem illius capit. loquentem de foro ratione contractus ad quasi contractum. Hinc gloss. in authentic. Sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. trahit eam loquentem de contractu, ad quasi contractum, nempè ad iudicium. vbi Iacob. de Rauen. Barto. Angel. & cæteri omnes idem asseuerant. Specula. de actore. §. 1. versicu. Sed quid si iurauit. Tradit Andræ. Tiraquell. hanc communem, dicendo post leges connubiales. glo. 5. num. 208. fo. 293. colum. prima. Et quòd dispositio dict. authenti. Sacramenta puberum, habeat locum in distractu, est communis secundùm Segur. in repetitio. l. quemadmodum. numer. 78. versicul. ex quo etiam infertur. ff. de acquirenda. possessio. ad idem est decisio Petri de Ancharra. in capi. Romana. §. contrahentes. de foro competenti. dicentis illum



lum text. qui loquitur in contractu, habere locũ in quasi contractu, & hoc regulare in omnibus casibus esse, tradit Aretinus in. l. impossibile. colũ. prima. ff. de verborum obligatio. Sin autem diuersa ratio esset in quasi contractu, quæ esset in contractu, non extenderentur disposita de vno ad reliquum. & ita procedit. l. 2. §. omnes. ff. de iudicijs. iuncta. l. de eo. eod. titul. Nam in primo loco legati domum reuocant, nisi contraxerint, vbi conueniuntur: in secundo verò non prohibentur reuocare, licèt hæreditatem adierint. l. 1. §. tutores. versicu. & si iure. ff. de fals. vbi si interdicitur à lege cõtractus, non ꝓpterea prohibetur hæreditatis aditio: nam appellatione contractus, non venit quasi contractus, nisi largissimè. glossa in capitul. fina. verb. seu contractus. de foro competen. Quæ iura, & similia procedunt data diuersitate rationis, prout dixi. Sed in specie proposita viget eadem ratio in quasi contractu. & distractu, igitur disposita in contractu, habebunt locum in quasi contractu seu distractu. De quo articulo vidẽda sunt, quæ tradidit Tiraquell. in dicta gloss. 5. & nos remissiuè ad Seguram in dicta repetitione. l. quemadmodum. numero. 76. & . l. 55. in ordina. Tauri. Ioan. Baptista Caccialup. in tracta. de transactio. quæst. 4. num. 3.

¶ *Compromissos.* Compromissum, idest, sententiam latam iuridicè, iuxta formam instrumenti, in quo continetur commissio data arbitris. vt hic. & in pragma. 42. capit. fin. Regum Catholicorum. Facit. l. 35. titul. 4. part. 3. quæ lex tota loquitur in arbitro secundùm Gregorium Lopez. ibi. verbo, *al juez ordinario*. & . l. 23. eiusdem titul. in arbitratore. Vtraque tamen sententia tam arbitri, quàm arbitratoris, seu amicabilis compositoris est hodie executioni mandanda, iuxta formam dict. pragmati. 42. cap. fina. Et est lex Caroli Cæsaris olim Hispaniarum regis eam sic declarans in Curijs Toleti anni. 1539. petitio. 8. sic dicens in responsione. *A esto vos respondemos, que nos parece bien, y declaramos, que la dicha ley aya lugar en qualquier arbitro, o arbitrador nombrado de consentimiento de partes.* Dubitatur, Vtrùm compromissa sortiri debeant naturam transactionis, & sic contractus? Gloss. in authentic. vt different. iudices audi. in princip. verb. conuentum. colla. 9. tenet partem affirmatiuam, vbi Bart. eam sequitur. nume. 5. sic dicens, Nota, quòd arbitramentum non est sententia, sed quædam transactio. Ita habes ex gloss. hic super verb. conuentum. quod tene menti. Innocent. in capit. Quintauallis. colum. 1. num. 1. de iureiurand. Anchara. consil. 443. incip. Primò eliciamus. colum. 2. nume. 2. text. secundùm Panormita. ibi. colum. 2. numer. 2. versic. Secundò nota quòd arbitrium. in ca. fina. de re. permut. Et tenent omnes in auth. Si verò contigerit. C. de iudic. secundũm Curti. in l. iubemus. colum. 1. numer. 1. C. de transactio. Ioã. Baptista. in tracta. de arbitris. capit. 8. libr. primo. numer. 5. vbi prędictam gloss. authenti. vt diff. iudi. dixit singularem. Et moderni expressè tenent, quòd est propriè transactio, teste Ioan. Baptista. Caccialup. in tractat. de transactio. quæstione. 3. numero. 4. & ibi reputat istum articulum quotidianum. gloss. & ibi Imol. nume. 6. colum. 1. in ca. exposita. de arbit. Bald. in consilio. 191. incipien. In testamento. colum. 1. num. 2. versi. sed compromissum arbitrorum. libro. 2. Deci. in. l. transactionis. col. 1. nu. 3. & colũ. 2. nu. 7. C. de transact. & ibi Curti. col. 1. nu. 6. Corne. cõsil. 148. colũ. 1. nu. 2. & cõsi. 216. lib. 1. nume. 4. lib. 1. & consi. 290. colum. 1. eodem libro. 1. Quæ tamen conclusio accipienda est largo modo, non tamẽ propriè, & strictè, imò multùm differunt. Bartol. in. l. quòd si Ephesi. §. final. ff. de eo quod cert. loco. Ias. plures ad hoc citat doct. in. §. omnium. colum. 3. numer. 18. versic. Nota primò. Instit. de actio. & ibi Ludo. Gomes. colum. 3. nume. 9. dixit hanc communem opinionem, allegatque ad idem plures, qui hanc sententiam tueri conantur. Declarat optimè Philip. Deci. consil. 60. incip. Viso themate, & consideratis omnibus, quę in pręsenti consultatione proponuntur. nume. 3. colum. 3. libr. 1. Ioan. Baptist. Caccialup. in tracta. de transactioni. quęst. 3. colum. 2. num. 4. & Paul. Parisi. consil. 24. numer. 118. versiculo. Vlteriùs suadetur, nam licèt doctores dicant compromissum. libro. 2. Ex quibus poteris aliqua in medium inferre, maximè ex Decio, & Paris. locis pręcitatis. Deducitur etiam, quòd si ex forma statuti esset soluenda gabella de transactione, non haberet locum in compromisso, quippe cùm non sit propriè transactio, per pręmissa. Bertachin. tenet hanc illationem in tracta. De gabellis, seu vectigalibus. 3. membro octauę partis. De gabellis contractuum. qõ. vigesimosecundo. numero. 33.

Cùm sententiæ arbitrorum habeant hodie exequi quemadmodum instrumenta guarentigia, est dubium, an ad illam exequutionem petendam requiratur libellus. Videtur quòd non, cùm sit iudicium summarium, & in his absque libelli propositione sit procedendum. clementi. sæpe. de verborum significatione. Bartol. in. l. iubere cauere. num. tertio. colum. 2. ff. de iur. om. iudi. ęquiorem ac veram dixit Suarez in repetitione. l. post rem iudicatam. notab. 2. folio. 114. colum. 3. ff. de re iudicat. communem dicit Felin. post Socin. in capi. 1. de libell. oblatio. colum. 3. numero. 7. Iaso. in. l. intra. ff. de re iudica. & istam sequitur Gregorius Lopez in. l. 1. verbo. *del que dio*. titulo. 27. part. 3. & est bona opninio, ne lites ex litibus oriantur, & senten-

sententiæ celeriter executioni mandentur secundùm eum, quantùs contrariam cõmuniter teneri firmet & Rip. in. d. l. intra. nu. 3. & sic procedit iudex visa sententia vnà cum compromisso interloquendo & præcipiendo, quòd soluat iuxta. d. l. fi. in ordina. de Madrid. arg. glo. verb. sententia. in. §. at ex cõtrario. Insti. quibus alie. licet vel non. gl. verb. decreto. in auth. de hære. & falci. §. non autem. Et sic inter has duas opiniões contrarias tenebis priorem per hanc. l. & l. fi. de Madrid. Cætera, quę hic sunt annotanda, videnda sunt per Ioan. Baptist. Perusinum, ac Lanfranc. de Oriano in suis tracta. de arbitris. volum. 1. secundùm verò posteriorem impressionem. 3. Et Rebuff. in. 3. tomo. in constit. Regias Galliæ. tractat. de arbi. & arbitratore. Mõtalusin. l. 4. verb. *pleyto de justicia*. titul. 7. part. 3. 3. Auiles in capitibus Prætorum. cap. 10. verb. *execution*. nume. 9. Roderi. Suarez in repeti. l. post rẽ iudicatam. §. Est alius casus in sententia arbitratoris. fol. 124. colum. 2. ff. de re iudicat. Habet etiam executionẽ transactio facta coram iudice, vt per eum vbi suprà. colum. quarta. versiculo. Item est alius casus.

sentencias[a], o otras qualesquier[b] escripturas que tengan aparejada execuciõ que no sea admitida, ni rece bida por nros juezes ningũa, ni alguna excepciõ, ni defensiõ[c]:

a ¶ *Sententias*. Quantum ad harum executionem nullum ius nouum hic statuitur, cùm sententiæ de iure communi executionem paratam habeãt. l. 4. §. si ex conuentione. & l. post rem iudicatam. ff. de re iudica. vbi Suarez. colum. 1. verficul. Nota primò. Addit tamen quo ad exceptiones impedientes executionem, & quo ad tempus prolationis earum, & exclusionem implorationis officij iudicis. vt infrà verb. *ni defension*. iuncta. l. quinta. infrà & l. 64. Tauri. & quæ ibi annotantur. Item quo ad qualitatem sententiæ exequendæ (debet enim esse liquida) & satisfactionem præstandam à creditore ad hoc, vt non obstante appellationis remedio, debitum cõsequi possit. vt diximus per legem sequentem suprà in glo. 1. Et adde Pragmaticam à pijssimo Philippo Hispaniarũ Rege promulgatam anno ab orbe redempto. 1552. in curijs Madritijs. petitio. 13. Idem est dicendum in quibuscunq; alijs scripturis, quibus à iure in multis casibus competit ius exequendi. De quibus latè per Roderic. Suarez in dicta repeti. l. post rem iudicatam. à folio. 112. cum sequentibus pluribus. Adde. l. 4. titulo. 4. libr. 6. infrà. vbi ponitur vltra ipsum alium casum, in quo fit exequutio in causa gabellæ non solatæ aduersus debitorem. Idem in legato pro ecclesia construenda. capit. nos quidẽ. ibi. & cuncta secundùm voluntatem defuncti sine altercatione construere. ff. de testament. l. nulli. §. sinautem. ibi, sine vlla cunctatione, vt conuenit, impleturus. C. de episco. & cleri. Verùm autem legatarius possit petere legatum via executiua, dicitur in. l. 1. titul. 2. lib. 5. infrà.

b ¶ *Otras qualesquier*. Vt potequãdo scriptura secundùm formam iuris esset redacta ex depositionibus testium super debito tantùm sine alia solennitate iuris, vel debitum solenniter mediante publico & solenni instrumento tamen amisso, seu igne consumpto, parte vocata, & in contradictorio iudicio solenniter, & secundùm ius dicta testium publicata, talis scriptura sic facta habet executionem. Ange. post glossi. verb. depositionibus. in. l. fin. C. de edict. diui Adrian. tollend. vt suprà dixi. & in. d. l. 1. titu. 2. lib. 5. ordi. infrà. Idem erit dicendum in pacto nudo iuxta cõtractum interpositũ, cùm insit cõtractui. l. iuris gentiũ. §. quinimò. ff. de pact. Tũ etiã, quia censetur vnus & idem cõtractus ex eo, quia insimul, & collectiuè facti sunt. l. hæredes palam. §. vno cõtextu. ff. de testam. l. 3. tit. 1. part. 6. Montalu. in. l. 1. tit. 5. lib. 3. fori legũ. verb. *por escripto*. l. patris & filij. ff. de vulga. & pupilla. l. si quis ex argentarijs. §. similium. ff. de edend. & suprà aperuimus. quicquid Iaso. in. l. lecta. colũ. 8. nu. 15. ff. si certa. pe. in contrarium firmauerit.

c ¶ *Ninguna, ni alguna excepcion, ni defension*. Scilicet non expressam à iure alio, vel non habente rationem naturalem, ad æquitatem minimè continentem, aliàs admittenda erit, si liquidari possit infra terminum decem dierum datum ad opponẽdum aduersus executionem. l. 5. infra eod. ibi, *Saluo si hasta diez dias mostrare la tal paga, o legitima excepcion, &c.* quæ singularis, ac clauis istius materiæ principalissima est. Confirmatur ex his, quæ in materia statuti huic nostræ Regiæ. l. similis adducit Bartholomæ. Socinus consil. 80. 27. numero 30. versicul. Secundus scrupulus est, quia instrumentum est guarentigium. libro. 4. Item non obstante hac legis prohibitione contra instrumentũ poterunt opponi omnes exceptiones, quæ limitant, & restringunt executionem, quemadmodum opponi possunt contra sententiam, & eius executionem. vt est casus in. l. Nensenius. ff. de re iudica. & in. l. fideiussor. §. solùm respondit. ff. de fideiussorib. & in. l. ex diuerso. §. fin. & quę ibi tradant moder. ff. soluto matrimo. tradit Bartol. in. l. prima. C. de iuris & facti ignoran. & in. l. prima. C. si ex falsi in-



falsi instrumen. Marian. Socinus consil. 51. incipiẽ. Præstantissime doctor, & illustrissime iudex. columna tertia. numero. 6. libro primo. ergo & exceptiones huic similes, habentes eandem, vel maiorem rationem sunt admittendæ. Et hoc vult dicere dict. l. 5. infrà ibi (*o legitima excepcion*) Nam hæc est interpretatio sana & quæ à quolibet sapiente reprehẽdi non poterit. Pars verò negans nullam aliam exceptionem fore admittẽdã, tanquam reprehensibilis, & contra gloss. fin. in. c. accepimus. de æta. & quali. & aliena à legum conditoribus non est admittenda, etiam si per dictionem inducentem limitationem, seu restrictionem fuerit loquuta nostra lex. Nam ipsam intelligendam censeo de illegitimis, ac dissimilibus ex plicatis hac in lege gratia frequẽtioris vsus, & quæ inducerẽt altiorẽ indaginẽ. & sic nõ esset possibile eas liquidare infra terminũ à iure statutũ ad eas obijciendas aduersus executionẽ. ex his, quæ notat Iaso. in. l. 4. §. cõdemnatũ. col. 2. nu. 8. de re iudi. ff. & iã prædiximus. Defensiones hic nõ tollũtur, sed modus defendẽdi intra certũ terminũ breuẽ, quãdo quis obligatur per instrumẽtũ guarẽtigiũ declarat, ac subditis, vt celeriùs lites finiatur, salubriori remedio prouidetur. Quod iustũ, sanctum, ac partãti Principis fuit. vt in. 1. glo. apertum est. Hinc est filiũ ingratũ non solũ ex causis deductis in auth. vt cùm de appel. cognosci. §. causas. coll. 8. exhæredari posse à patre, verùm etiã ex alijs similem, seu grauiorem rationẽ cõtinẽtibus, vt asseruimus ad Segur. in rep. l. 1. §. si vir vxori. num. 119. ff. de acquiren. possess. Petr. Gerard. singul. 1. Feli. in capitul. pastoralis. in princip. de resc. Euerard. in locis legalibus. loco. 3. versic. Quinto istud. Ioã. Lup. De donatio. inter vi. & vxor. §. 16. nume. 10. in rubric. Roderi. Suarez in repet. l. 2. fori. foli. 71. col. 1. versi. Tertiò inquãtum est leges. Chassanæ. in consuetudi. Burgundiæ. rub. 7. §. 2. nume. 2. fol. 231. Hippolyt. singula. 78. Ripa in repetit. l. fina. num. 138. C. de reuocand. donatio. communis secundùm Alexand. in authen. non licèt. numer. 4. & ibi Curti. iunior. num. 23. C. de libe. præterit. & secundùm eundem Alexan. in. l. si quis id quod. num. 19. ff. de iur. omni. iudi. Couar. in cap. Rainutius. in prin. num. 17. de testam. Doctissimus Pinellus, ac Lusitaniæ vnicum ferè exemplar. in. l. 1. part. 2. numer. 27. C. de bonis matern. Petr. Plaça nouissimè in tract. de delictis. capitulo primo. numero decimo quinto. cum sequent. Ex quibus locupletari potest noster intellectus ad hanc legem Regiam, maximè cùm sortiatur effectum ex l. 5. infrà in verbis præmemoratis, quæ tendunt contra communem opinionem paulò antè citatam in. l. 1. titulo secundo. in glos. 1. latiùs dicetur libro quinto. infrà. Præterea in terminis huius legis ita declarat Anton. à Canario in tract. de executio. instrumẽtorum. q. 1. & quæstione secunda. & ipse ibi pulchra adducit in materia executionum. Singulariter Philip. Deci. in capit. ex parte. in. 2. column. 2. numero quarto. de offic. delegat. qui ponit triginta fallentias, seu declarationes, quæ pertinent huic legi ad eius declaratio nem. Nolo transcribere, sed supplico, vt omnino, & lynceis, vt aiunt, oculis illa rimentur.

saluo paga del deudor o promission: o pacto d̃ no lo pedir[a]

o excepcion de falsedad[b], o excepcion de vsura[c], o temor, o

a ¶ *Pacto de no lo pedir*. Idem dic habere locũin pollicitatione, nam ex pollicitatione oritur obligatio naturalis, vt notauimus in. l. 3. suprà. Ergo dabimus exceptionem, cùm cui damus actionem & multò fortiùs exceptionem negare non debemus, cùm tendant ad eundem finem. l. inuitus. §. cui damus. & ibi Philipp. Deci. num. 2. ff. de regulis iuris.

b ¶ *Falsedad*. Opposita contra substantiam instrumenti, secùs si contra accessoria ipsius instrumenti obijciatur, nempè contra hypothecam, vel pœnam, vel causa differẽdi negotium. l. satis apertè. in glo. verb. obijcitur. & ibi Bald. C. ad legem Corneli. de falsi. Confirmatur ex latè traditis in exceptione nullitatis à Iaso. in. l. 4. §. condemnatum. num. 9. de re iudicata.

vbi suprà.nu.19.Angel.& Salicet.in dict.authen.
concludunt post antiquos, q debet inseri in cita-
tione tenor libelli,saltem in substantia. Quæ opi
nio non est vera secũdùm Alex.vbi suprà.colũ.6.
num.19.ad fin.& Bologni.colum.14. Pro quo est
glo.in capi. præterea.de dilati.quam ponderat ad
hoc Panormi.ibi.

Quid tamen operetur, si copia libelli mittatur
in citatorio? Vide Bologni. vbi suprà. Hodie ha-
bemus legem.1.de Madrid,quæ inquit,quòd ante
citationem debet libellus dari iudici,& eius copia
mitti in citatione.Quam intelligo in auditoribus
Regijs,in quibus expresse loquitur,& si in alijs iu
dicibus loqueretur, non vitiaretur propterea iudi
cium per supra dicta. In practica autem bonum
esset consilium dictam legem seruari in quibusvis
iudicijs in causis magni ponderis, quanuis contra-
rium semper practicetur.

Sed an post primam citationem,& libelli obla
tionem requiratur alius libellus, in quo actor pe-
tat se mitti in possessionem? Dic quòd non. Bart.
in dict.§.Iulianus.num.20. cum quo magis com-
muniter transeunt scribentes secundùm Bologn.
ibi.num.89. qui bene,ac fusè loquitur. Quod in-
tellige de libello solenni in scriptis, sed bene de-
bet fieri aliqualis petitio, saltim verbalis, vt redi-
gatur in actis per notarium. vt per Imol.in. d.l.si
finita.§.si plures.de quo per Alex.in.l.1.ff.de edẽ
do.doct.in.d.auth.offeratur.C.de litis contesta.

Quæro.14. An requiratur, quòd ad hoc, vt per
ueniatur ad primum decretum,vt actor in iudicio
coram iudice in quolibet termino citationis com
pareat,& rei contumaciam incuset? Respon.quòd
sic.glo.& ibi Bart.num.9.in dict.§.Iulianus. tex.
in.l.properandum.§.& si quidem.C.de iudi. & q
in fine termini debeat accusari.l.3.de Madrid.Est
etiam necesse secundùm Barto.nume.10. quòd a-
ctor licentiatus à iudice recesserit, & quòd hoc re
digatur in actis. De quo latissimè per Alexan. ibi
num.25.&.26. licèt satis confusè. & Bologni. ibi-
dem.col.16.in fin. communiter cum Barto. tran-
sire docto.ait.

Quæro.15. Vtrùm requiratur cognitio de debi
to antequam iudex pronuntiet aliquem mitten-
dum ex primo decreto?Et respon.quòd sic. Tex.
& glo.in.l.2.C.vbi in rem act.& in cap. quoniam
frequenter.§.fin.vt lit.non contest.vbi glo. dicit,
quòd illa causæ cognitio debet esse semiplena. Et
est glos.in.l.cùm proponas. C.de bo.autho.iudi.
possid.Dicendum est,omissis opinionibus, q ad
missionem ex primo decreto in reali,vt missus so
lùm constituatur detentator,non possessor, nul-
la est necessaria cognitio, etiam summaria causæ
principalis, vel saltem sufficiens iuramentum de
calumnia.Sed vt constituatur verus possessor, re-
quiritur cognitio talis summaria cum probatio-
ne semiplena,vel ferè tali.Et idem in actione per-
sonali etiam ad primum decretum. Requiritur ta
men vera probatio ad bonorum venditionem,vel
dationem in solutum secundùm Panormit. in di-
cto.§.in alijs.nume.31.cap.quoniam.vt lit.non cõ
test.Cuius opinio verior videtur.

Quæro.16. Vtrùm actor debeat iurare de ca-
lumnia in ipsa missione facienda, & antequã mit
tatur,etiam si priùs iuramentum præstitisset? Re-
spon.quòd sic.Cin.in.l.cùm proponas. C.de bo-
nis author.iudi.poss.Spec.& Ioan.Andr.in addi-
tio.titu.De primo & secundo decreto.§. penulti.
ad fin.Panor.in dict.c.quoniam.§.fin.col.13.Ale-
xan.in.d.§.Iulianus.nu.37.quasi hæc videatur no
ua instantia,& nouus processus,quia prima expe-
diebatur iure actionis, hæc autem iudicis officio
nobili,vt supra dixi.

Quęro.17. An hoc iuramentum, quod præstat
mittendus in possessionem sufficiat ad totam cau
sam,quando prius non erat præstitum,vide distin
ctionem Panor. post glo.ibi in dict.ca.quoniam.
§.in alijs.col.13.versicu.Circa hoc.Et ad vtrunque
præcedens dictum vide.l.2.titu.8.parti.3.ibi, *Pero*
*antes que el judgador faga hazer la entrega por alguna*
*de las razones suso dichas, deue dezir al demandador,*
*que muestre algun recabdo porque se mouio a emplazar,*
*y fazer demanda contra el demandado, alomenos deue*
*tomar jura del, que el juramento, y demanda que le fizo,*
*no se mouio a fazerla maliciosamente, mas porque tenia*
*que lo podia hazer con derecho.*

Ex qua lege probatur, quòd loco illius summa
riæ cognitionis sufficiat juramentum de calũnia.
Probatur etiam, quòd iterum de calumnia non
est iurandum de necessitate, cùm vnum, aut alte-
rum alternatiuè fieri probat & iubet lex,ad cuius
veritatem

veritatem alteram partem sufficit esse veram. l. si is qui ducēta. §. vtrūm. ff. de reb. dub. Sed propter hoc non discedas ab statutis iuris cōmunis. Quia ex mente illius legis videtur fuisse, quòd iuretur de calumnia, si non fuerat iuratum. Quod colligitur ex illis verbis, *que el emplazamiento, y la demanda. &c.* Quòd autem loco summariæ cognitionis sufficiat iuramentum de calumnia, videtur apertè velle prædicta lex. Cogitabis altiùs super hoc.

Quid autem facere debeat iudex prædictis præcedentibus? Respon. quòd pronuntiare debet per sententiam interloquutoriam actorem mittendum in possessionem rei petitæ, quia agebatur actione reali: si verò in personali, in bonis debitoris pro modo & qualitate debiti declarati. vt in dicta authenti. ei qui iurat. & in dicto. §. in alijs. & in l. secunda. titul. octauo. parti. 3. text. in authen. de exhib. reis. §. quia verò semel. versicul. igitur. collatione quinta. text. hic. Licet olim fieret missio in omnibus bonis debitoris. vt in. l. prima. ff. ex quibus caus. in poss. eatur. gloss. in dicto. §. quia verò semel. nisi in casibus, quos posuit Specula. de contuma. §. quarto. versicul. Sequitur. non tamen exigitur, quòd res præcisè tantum valeat, quantum quantitas, quæ petitur, sed quòd etiam debeat res plùs valere. iuxta gloss. in dicta authenti. ei qui iurat. & gloss. in dicto. §. quia verò semel. verb. secundùm mensuram. ad finem. & gloss. in l. 2. C. de pignor. moder. in. l. creditor. 1. ff. si cert. peta. & sic seruatur de consuetudine. Panormi. d. §. in alijs. nume. 35.

Quæro. 18. Quæ sit practica pronuntiandi tam in primo, quàm in secundo decreto. Est videnda per Panormi. capi. 1. de eo qui mitti. in poss. causa rei seruan. nu. 8. l. 2. titul. 8. part. 3. & ibi nouissimè Grego. Lopez aliqua notatu digna scripsit. Istud verò decretum debet interponi in vltima die peremptorij, & de æquitate poterit expectari in diē sequentem. per text. in capit. consuluit. de offi. de leg. Tenet Bart. in dict. §. Iulianus. nume. 26. opinionem cuius communiorem dicit Alexand. nume. 48. & Bologni. colum. 48. Michael column. 46. Adde Deci. in dict. capitul. consuluit. numer. 20. quòd si tunc non interponatur, debet iterum partem citare, quia aliàs videretur interpositum parte non citata. De quo per docto. in dict. capit. consuluit. Angel. & Imol. in. l. de vnoquoque. ff. de re iudica. Barto. tamen in. l. cùm non eo die. C. quando prouo. non est necesse. Et Paul. in dict. §. Iulianus. dicunt, quòd si reus est contumax, ita, q nunquam compareat, iudex poterit quandocunque velit post peremptorium interponere decretum sine citatione. Et hoc authoritate Hostien. cuius fuit sententia in capitu. cùm dilecti. de dolo & contuma. Et multoties ita practicatur, licet præcedens sit melior opinio.

Executionem verò primi decreti nō solùm potest iudex officiali mandare, sed etiam ipsi parti, vt propria authoritate possessionem ingrediatur. Barto. in dict. §. Iulianus. nume. 21. & idem docto. secundùm Bologni. ibi colum. 43. cum sequent. & Vlcurrum colū. 56. per Alexand. latè in. l. iustè possidet. ff. de acquirend. possess. num. 13. Lex verò Regia. 2. ad fin. titu. 8. part. 3. dicit hanc missionem faciendam per ipsummet iudicem, vel per executorem ab eo deputatum ad hoc. Et non solùm potest interponi illud decretum contra maiores, sed etiam contra minores, ecclesias, vel absentes ex probabili causa, vel necessaria. vt Alex. probat in. d. §. Iulianus. nu. 60. cum seq. & adde. l. 5. de Madrid. Isto ergo decreto sic interposito, & actore in possessionem misso, si reus venit intra terminū statutum de iure communi. de quo per gloss. & docto. in dict. §. Iulianus. per text. & scrib. in. d. §. in alijs, capi. quoniam. & in. l. 6. titu. 8. part. 3. & in hac regia. l. ordinam. cui in foro seculari standum est, recuperat suam possessionem, soluens expensas, & præstans idoneam cautionem de parendo in iudicio, quæ debet esse cum fideiussore, iuxta glo. cum communi in dicto. §. in alijs. verbo. cautionem. & in capit. primo. de sequestra. possess. & fruct. Expressa lex est. 6. tit. 8. part. 3. Et debet soluere expensas, quas pars iurauerit se expendisse, subsequuta iudicis taxatione. vt in. l. sancimus. C. de iudi. notat gloss. & doct. in cap. cùm venissent. de eo qui mit. in poss. causa rei seru. & dict. l. 6. titul. 8. parti. 3.

Si verò intra prædictum tempus non compareat reus, tunc iudex ad partis petitionem procedat ad secundum decretum: & si compareat, audiet illum super proprietate, nō autem super possessione. vt in iuribus suprà citatis.

Item est notandum, q ad secundum decretum est iterum reus citandus. glos. & ibi Bart. nu. 27. in dict. §. Iulianus. Si verò ille non reperiatur, an sint citandi cognati, vel vicini de necessitate? Respon. q non. Quam sententiā vt receptiorē teneas per Alexā. in. l. si finita. §. Iulianus. nu. 52. cum seq. Et ibi Bologni. colū. 52. & Vlcur. colū. 73. Deci. post alios in. c. consultationibus. de offic. delegat. Pan. post glos. ibi in cap. causam quæ. nu. 14. de dol. & contuma. nisi in certis casibus, de quibus per eos, scilicet, quando interponitur contra absentem & minorem. &c. Quòd autem sint citandi, probatur in. l. 1. tit. 7. part. 3. quæ videtur approbare opinionem minùs communem.

Quæro. 19. Vtrùm latitatio requiratur vt ad secūdum decretum perueniatur? Dic requiri. l. Fulcinius. ff. ex quib. caus. in poss. eatur. Licèt ad primum



mum non requiratur secundum communiorem opinionē. vt per Bart. in. d. §. Iulianus. nu. 29. cum seq. & ibi per Alexand. nu. 54. cum seq. vbi etiam subdit, q si missus ex primo decreto non latitat, nec habetur pro latitante, iudex potest dare curatorem bonorum, vt procedat actor via ordinaria. per. l. ab hostibus. ff. ex quib. causis maior. quod est perpetuò mentitenendum secundùm Panor. in capitu. fina. De eo qui mitti. in possess. causa rei seru. nu. 10.

Vigesimò quæro. Qualiter, & intra quod tempus secundum decretum interponatur? Respond. q his peractis, de quibus supra. iudex actorē mitti in possessionem iubet ex secundo decreto, cognito priùs debito, id est, semiplenè probato. secundùm Bar. in. d. §. Iulianus. num. 39. Et ita communiter tenetur. vt per Vlcur. ibi. col. 103.

Sed hodie iure regio nō videtur necessaria ista cognitio, quia ipsamet lex facit missionem. vt in l. hac vnica cautum existit. Et intra quātum tempus debeat interponi secundùm decretum? Dic, reiectis aliorum opinionibus, q iudicis arbitrio relinquitur. glo. in. d. §. Iulianus. & ibi Bart. nu. 39. Quæ opinio est cōmunis secūdùm Ange. Imol. & Alex. ibi. nu. 85. & secundùm Doct. post glo. in. d. ca. consultationibus. de offic. deleg. & dixit cōem Pan. in. d. §. in alijs. nu. 41. Sic etiam & iudex intra annum poterit interponere secūdum decretum. Sed an hodie stante ista lege regia erit verum, vt possit arbitrio suo intra breuius tempus interponere? Dicerem intrepidè q non: quia in hac lege illud tempus videtur traditum pro forma. & adeò breui, vt non fuerit de eius mente, quòd possit ali quo modo præueniri, cùm in reali tantùm detur tempus duorū mensium, in personali verò vnius.

Vigesimoprimò. Vtrùm iudex possit interponere secundum decretum in alia re, quàm in illa, in qua fuit interpositum primū decretum? Tene opinionem Bar. in. l. cùm nullus. §. fin. cum. l. seq. per illum tex. ff. de bonis auth. iudi. possi. vbi concludit, q potest fieri, præterquàm quando sit ex causa, quæ tantùm vnam rem respicit in causa dānī infecti, & in causa noxali. Ex quo infertipse, q si res, in qua est missus creditor, non est sufficiens, poterit per secūdum decretum suppleri in alia re. Et in hac opinione sunt plures, quos refert Alexand. in dicto. §. Iulianus. nume. 78. vbi num. 79. dicit hanc opinionē veram, quum id quādo post secundum decretum veniret reus esset audiendus intra biennium, vt recuperet rem suam, in qua interpositum est secundum decretum, soluendo debitum, & expensas creditori. Barto. in dicto. §. Iulianus. nu. fi. per text. in. l. fi. C. de iure dominij impet. Tu tamen dic, quod vbi res est data in solutum, & sic adiudicatum dominium iudicis authoritate, quòd postea nullo modo auditur secundū gloss. in cap. contingit. de dol. & contum. & nota. glo. fin. in dict. §. in alijs. glo. in. l. 2. vbi in rem act. & in. l. properandum. §. inautem reus. C. de iudi. & est communis opinio secundùm Alexand. in dict. §. Iulianus. num. 122. Bologni. colum. 102. Vlcur. col. 149. Quæ faciūt ad ea quæ notaui in. l. 4. in glos. 1. versic. dubitari præterea solet quantum tempus. titu. 8. lib. isto. 3. pagi. 1072.

Ad dict. l. fina. respondent docto. quòd habeat locum, quando quis non seruato iuris ordine impetrauit dominium aduersarij sui à Principe, aliàs autem si sibi sit adiudicatum per istud secundum decretum, iuris ordine seruato, non habet locum illius iuris dispositio. Et ita est tenendum. Quam opinionem videtur etiam approbare. dict. l. 6. titul. 8. parti. 3. quæ ponit duos modos interponendi secundum decretum. Dicit nanque: Primò vendantur bona, & fiat solutio creditori: & si non reperiatur emptor, dentur bona æstimata in solutum creditori. Et sentit prædicta lex apertè, quòd post venditionem, vel cationem in solutum, nullo modo reus audietur. Et idem vult nostra regia lex. Et addit, quòd si res minùs valeat, quòd petita quantitate reus cogatur soluere.

Notandum tamen est, quòd licèt in illis legibus non fiat mentio aliqua de probatione, quæ in secundo decreto exigitur, vt suprà dictum est, quòd illa nihilominus debet interuenire, sicut iure communi exigitur. Inspicienda tamen sunt verba legis diligenter, quæ ponunt ordinem quo ad primum & secundum decretum perueniatur, & secundum decretum perueniatur, & nihil de probationibus dixit. Neque prætereundum est, q si reus post secundum decretum veniat, dicens se velle probare ex causa falsa fuisse interpositum, quia debitum non suberat, vel quia pro illo debito obstabat exceptio, est audiendus. secundùm Bartol. in dict. l. Fulcinius. §. 2. De quo per Barto. in dict. §. Iulianus. in fin. verbis.

Quæro. 22. in quibus actibus, vel causis interponitur primum, vel secundum decretum? Ad quam quæstionem dicendum est, quòd in omnibus fere causis, ex quibus agere possumus, & sic in omnibus actionibus personalibus, & alijs, de quibus per Speculat. titul. de primo & secundo decret. §. videndum. quasi per totum. per Alexan. remissiue in. d. §. Iulianus. nu. 95.

Quæro. 23. Qualiter missio sit facienda in seruitutibus, Vide docto. in. l. si prias. ff. de noui. ope. nuntiatio.

Quæro. 24. Qualiter etiam in spiritualibus, & beneficialibus. Vide per doctores in cap. contingit. de dolo. & contuma. vbi optimè per Panorm. num. 11. cum seq.

Quæro

Universidad de Deusto
Biblioteca



Quæro.25. Qualiter in criminalibus: Ponit Specula.tit. De accusatore.per totum.docto.in.l. absentem.C.de accusa.in l.absentem.ff.de pœn. De iure regio.in.l.7.titu.8.part.3.&in.l.4.tit.3.lib.2. for.&in.l.9.titu.2.suprà.libr.3. & in pragmati. regum Catholicorum.fol.163.

Dubitatur præterea. 26. in quibus rebus fiat missio? Respon.quòd in actione reali,in re petita, in personali autem actione, fit missio in rebus debitoris pro mensura debiti declarati. Et primò in rebus mobilibus:quæ si nō sint, in immobilibus: & si defuerint mobiles, in iuribus, & actionibus: argumē.text.in.l. à Diuo Pio.§. in venditionem. ff.de re iudica.& est glo. quæ ponit hūc ordinem in auth.de exhi.reis.§.si verò semel.verb.rerum. col.5.text.&glo.in dict.§.in alijs. &ibi Panorm. num.34.l.2.titu.8.part.3. Et illius glos. practicam ponit Salicet.in dict.authen. ei qui iurat. Et Specul.titul. De primo & secūdo decret.§.restat.post princi. De quo latè per Alexand.& Ias. dict.§. in venditione.

Adde etiam,q̄ fit missio in seruis,& vasallis,& iuribus prohibitis alienari invitacius,qui ea possidet:nam hæredi nō paratur præiudicium. Quod est notandum in praxi pro rebus maioratus. Et in rebus,in quibus habet vsumfructum,fit missio ex secundo decreto, vt missus habeat commoditatem, non tamen nocebit hæc missio proprietario. De quibus omnibus & alijs vide Bald. & Salice.in dict.authen.ei qui.Grego.Lopez in.l.2.verbo,*en tantos bienes*,titu.8.part.3.

Quæro.27. an in reali habeat locum missio ex secundo decreto? Glo.in.d.§.Iulianus. dicit quòd non,per rationes adductas. Et idem glo. in.d.§.in alijs. per solum transcursum anni efficitur quis verus possessor in ea,cui est simile in capi.contingit. de dolo & contuma.quæ procedunt ad hoc, vt constituatur missus post annum verus possessor.secundùm cōmunem, quam sequitur Panor. in.d.§.in alijs.col.7.

Sed ad hoc,vt præfiniatur certum tempus à iudice reo vt agat de proprietate,aliàs imponatur ei perpetuum silētium superillare, est necessarium secundum decretum,secundùm Panormi.in.d.§. in alijs.col.18.Imol.in.d.c.cōtingit.de dol. & contuma.Bart.in.d.§.Iulianus.nu.32. Et hanc opinionem testatur esse communem Alexan. num.114. quod ibi latè examinat. Latiùs Bologni.colū. 74. cum sequentib.vbi refert plures tenentes contrarium, tandem concludit prædictam communem esse veram.

Vno tamen casu posset interponi secundū decretum ad effectum transferendi veram possessionem, scilicet,ante lapsum anni, vt sicut potest interponi secundum decretum in personali ante lapsum anni arbitrio iudicis, vt suprà diximus: ita etiam in reali,quo casu secūdum decretum nō est ad cautelam ,sed necessariùm , & maximè posset fieri per nimiam rei cōtumaciam. argum.l. Fulcinius.§.fi.ff.quib.ex cau.in poss.eatur. Ita bene Panormi.in.c.1. de eo qui mitt. in poss.cau. rei seru. num.6.Hoc tenent omnes, & probant secundùm Bologni.vbi supra.colū.60.cuius dictum non haberet locum iure regio per hanc legem, vt suprà fuit tactū in quæstio. Qualiter,& intra quod tempus secundum decretum interponi.&c.

Quæro præterea.28.quis sit effectus primi & secundi decreti? Et effectus primi in fronte ponamus,cuius primus effectus est, quòd talis missus efficitur possessorin actione reali. vt in.l. si quis emptionis.§.pen.C.de præscript.30. anno. Secùs in personali.vt.l.cùm legati. ff. ex quibus caus. in possess.ea.l.3.§.fin.ff.de acqui. possess. Et quòd in reali efficiatur possessor intra annum de iure ciuili licèt reuocabiliter, est communis opinio legistarum in dict.§.Iulianus.& in.d.authen.ei qui. & in dict.§.in alijs. Et ita asserit Bologni.vbi supra.colum.66.in fin. Guido Papa. De primo & secundo decreto.nume.17.

Quòd intra annum tantùm detineat, & nō sit verus possessor,est sententia glo.in dict.§.in alijs. verb.verus.&ibi communis.glos. etiam & communis in cap.contingit.de dol.& contuma. glos. etiam cum communi in ca.pastoralis.§.preterea. de offic.ordina.Bologn.vbi suprà.colū.72.Mich. Vlcur.col.127.Areti.& Vincen.in dict.l.3.§.fina. ff.de acqui.possess.Quæ opinio Canonist.iure regio est probata in.l.6.titul. 8. partī. 3. & in nostra regia lege. Nullam tamen esse differentiam inter vtrunque ius,contendit probare Bologni.vbi supra.colum.67. Has opiniones tetigit. Grego.Lopez,non tamen eas declarauit in.l.secunda. titul. 8.part.3.verb. *metido en tenencia*. Latiùs dixi infrà in glossa secunda.

Sed an sit possessor, an non , effectus est magnus.vt per Alexand.in dicta.l.tertia.§.fina.ff.de acquirend.possessione.

Talis ergo missus non lucratur fructus intra annum, nisi de hoc esset consuetudo.secundùm glo. in authenti. de exhib.reis.§.fi.verb.seruandi causa.colla.5.Quam tamen reprobat Barto.in dict.§. Iulianus.numer.50. quia talis consuetudo vt contra ius diuinum, sapit enim vsurariam prauitatē. Alexand. tamen ibi per bona fundamenta probat opinionem illius glos. post alios per eum relatos numer.106.& sic valet in hoc consuetudo, seu statutum secundùm eum , ea ratione. Quia si iudex potest hoc facere ex nimia contumacia.vt in dicta.l.Fulcinius.§.fina.ergo statutum, vel cōsuetudo poterit idem regulariter operari. ergo missus ex



sus ex primo decreto non lucratur fructus text. singu.in.l.fina.titu.8.part.3. Alios effectus primi decreti posuit Guido Papa in tracta. De primo & secundo decreto .num.17. Alciat. in pract. sua. fol. 62. colum.1.vbi ponit.10. effectus. Vlcur. in l. si finita. §. Iulianus. numero.256.ff.de damno infecto.

Effectus autem secundi decreti est, quòd per illud possunt res vendi ipsius debitoris , & creditoribus satisfieri,vt dixi suprà.

Secundus effectus est , quod possunt res in solutum dari,& tunc si erant debitoris, statim efficitur creditor possessor , & dominus si verò non erat dominus, transfertur in eo vsucapiendi conditio. Communis opinio in.l.prætoris.ff. de damno.infecto.&in.l.3.§.fina.ff. de acquiren. possess.

Tertius effectus , quod missus ex secundo decreto,lucratur fructus.glo.& Bart.in dict.§.Iulianus.& communis in locis præcitatis.

Sciendum est vlterius , quòd si missus ex secundo decreto lucratur fructus,in reali post annum veniens non auditur , nisi super proprietate, & sic fit de reo actor.tex.est communis in dict.§. in alijs , auditur in quam super proprietate vsque ad.30.ann.secundùm omnes in.l.2. C. vbi in rem actio.Bologni.vbi suprà.colū.74.in fin.in dict.§. Iulianus.

Si verò interponatur secundum decretum eo modo,quo suprà aperuimus,scilicet, vt iudex statuat terminū, quo elapso, imponatur ei silētium, tunc etiā super proprietate non audietur.Bartol. & cōmunis in.d.§.Iulianus. Alexā. hanc dicens cōem in.d.l.3.§.fin.ff.de acqui.poss.nu.29.

Si verò missus in possessionem personalem veniat post rerum venditionen,vel dationem in solutum,nō auditur aliquo modo:si autem antequā bona vendantur,auditur reus volens sua bona recuperare,restitutis expensis,& præstita cautione de iudicio sisti.glo.fi. &ibi communis in ca. quoniam contra.§.in alijs.expressa.l.6.tit.8.part.3.in fin.

Quæro.29. Intra quantum tempus audiatur? Dic,quod illi iuri offerendi non præscribitur spatio minori,quā.30.annorū. glo.in.l. cùm notissimi.C.de præsc.30.vel.40.an.§.eo autē.& in.l. pignori.ff.de vsucap.Hanc cōmunem Fatetur Ioā. Imol.in.d.§.in alijs.nu,39. Balb. in tract. de præscrip.4.par.5.princ.col.3.licèt Ioā.Andræ. Anto & Panorm.in.d.§.in alijs.dicant q̄ iuri offerendi debitum ad recipiendum pignus, nō potest præscriptio.opponi etiā triginta annorū. Facit , nam omnis actio spacio. 30. annorum tollitur.l. sicut. &.l.fi.C.de præsc.30.vel.40.anno.l.2. C. de consti.pecu.Et comprobatur ex Tiraquell.d retract. libr.1.§.36.glo.2.nu.36.cum seq. vbi plures decisiones adducit,quæ possunt hic adaptari pro confirmatione istius dicti. & per eundem in tract.de primogeni.q.31.num.1.cum seq.

Præterea q̄ præscribatur ius offerendi triginta an.spatio,probatur ex Angel. Perusi. consil. 55. col.2.num.3.vbi tenet,q̄ ius offerendi pretium in contractu de retrouendendo sine præfinitione tē poris,præscribitur per.30.annos. Ias.in.l. petens. nu.10.C.de pact.& in.l.si mater.C.de instī.& substit. Tiraquell.qui plures concord.ad hoc citat.in tract.de retract.lib.2.§.1.glo.2.nu.7.& Anto.Gomez in tract.de contractibus. cap.2.num.28.vbi refert istam esse veram & cōmunem opinionē.& Balb.de præsc.in.4.par.5.princi.q.3.nu.5.& Hierony.Cagno.in rep.l.2.num.43.C. de pact.inter. empt.& vendi.Et sic pro prædicta cōi opinione.

De alijs effectibus primi, & secundi decreti est videndus Specula.in tit.De primo & secundo decreto.§.iam de effectu.&.§.fin.Bart.in.l.si finita. §.Iulianus.nu.47.Alex.uu.98.Bologni..latè fol. antepenul.columna secunda cum sequentibus & Micha.Vlcu.col.148.ff.de dam.infecto. & Guido Papa in dicto tracta. De primo &secundo decreto. nu.17.&.nu.18.& Alciat.loco precitato.

Quæro.30 . Vtrùm contra minorem indefensum possit deueniri ad secundum decretum? Videtur quòd nō.c.1. de caus. possess.ibi , nec nos contra inauditam partem aliquid possumus diffiniri. Sed minor non fuit citatus, nec defensus, ergo non debet fieri contra eum missio ex causa secundi decreti. Tenet Paul.de Cast.consi.368.nu. 5.lib.1.& in dict.§.Iulianus.numer.11. Sed Barto. in.l.si finita.§.Iulianus.col.1.ff. de damn.infecto. probat posse deueniri absque citatione. Ratio. quia vbicunque secundum decretum concernit ita commoditatem rei,sicut actoris, non requiritur latitatio.Bald.in authen.ei qui.antep.colum. C.de bon.autho.iudi. poss.sed reo minori est vtile,cùm fuerit conuentus,vt non vexetur maioribus expensis,quæ occurrerēt, si expectaretur latitatio,quo fit latitationem non esse necessariam, nec impedimentum,quominus decretum secundum interponi possit aduersus minorem indefensum.Optimè probat Ludoui.Bologni.in.dict. repe.l.finita.§.Iulianus.num.119. Et pragm.42. cap.6.in libr.pragma.regum Catholicorum.ibi, *tornar a elegir via de assentamiento en qualquier estado en que el pleyto estuuiere*. Tamen practica est, quod citatio ad missionem in possessionem bonorum non sufficit.quòd sit ad domum,vel in procuratorem, sed in personam rei , vt hac lege Regia in fine cauetur Idem etiam seruatur in citatione ad faciendam executionem.realemque solutionē ad bonorum , pro quibus fuit petita executio.

Quod est notandum ad.l.4.&.5.titu.8.supràhoc libro.3.&.l.70.Tauri.Nisi esset contumax, ac cõstaret,quod per eum stat quominus in faciẽ citetur vt dixi.in.l.4.titulo.8.supràisto libro tertio-

a ¶*En tenencia de tantos bienes.* Nota q̃ missus ex primo decreto in possessionem bonorũ in actione reali est possessor intra annum reuocabiliter, & post annũ irreuocabiliter missus verò ex primo decreto in actione personali, nec ante annum, nec post annum possessor efficitur, est magis communis opinio secũdũ Alexã. in.l.si finita. §.Iulian⁹. n. 4.Vleur.nu. 15. & Bologni. n.17.& 169.&.181. & magis cõis

que sea puesto el demandador en tenencia de tantos bienes[a] muebles del demandado si le fueren hallados fasta en quantia de la demanda. E si bienes muebles no le fallaren, que sea hecho el assentamiẽto en bienes rayzes: y sea tenido el demãdado de pagar la rebeldia hasta vn mes del dia que el assentamiento fuere hecho, o lo embarga-

sectundum eundem Alex.in.l.3.§.fin.nume.11.& ibi Iaso.num.20.ff.de acq.poss.& dixi communem legistarum suprà hac lege vnic.in gl.1.quæst. 28.Cõtrariã partẽ tenent doct.de quibus p mevbi suprà.q.28.&cõem dicit Bellam.in.c. cõtingit.n. 20.& Pan.n.3.Anto.& Bella.nu.1.1.c. quoniã frequẽter.§.in alijs.vt lit nõ cõt.& Alex.dicit cõem i l.3.§.fi.n.3.& Iaso.nu.21.ff. de acq.poss. Bologni. in.d. §.Iulianus.nu.181.& probat lex ista in istis verbis,*en tenẽcia.*&.l.2.tit.8.part.3. Specula. dicit magis cõmunem in tit.de primo & secũdo decreto.§.lã de effectu.nu.6. Tenẽdo tamẽ si vis priorem,quæ magis cõmunis est,quã quidẽ seruandã esse dixit Negusanti.de Fano in tracta.de pigno. 3.par.mẽbro.2.nu.6.Respõde opinioni cõi canonistarũ posteriori loco adductæ.vt per Alex.in.l. 3.§.genera.nu.11.ff.de acq.poss.'Ex quibus poteris respõdere ad hãc regiã cõstitutionẽ, quod verbũ *tenencia*,si accipiendũ pro possessione.l.1.§.1. dũ dicit.affectionẽ tenendi nõ habẽt. ff. de acquir. poss.& sic appellatione detentationis, venit pos-

sessio.vt ꝓbat.l.6.ibi.*por verdadero tenedor de la cosa.*tit.8.par.3.Et tenendo opinionẽ legistarũ, duo effectus resultãt,de quibus ꝓ Alex. vbi suprà. nu. 11. Ego tñ teneo opi. Canonis. per istã legem, ac legem partitæ.

b ¶*Que sea verdadero possedor.* Et sic lucratur fruct⁹ §.si quis à nõ domino. Insti.d̃ re. diui. c. cõsultatio nibus. de iu. patro. Quib⁹ iurib⁹ constitutum est possessori ratione possessionis acquiri fruct⁹. & ispecie nr̃æ legis hoc dispo nit.l.6.tit.8. part.3.Intellr̃ gas tamẽ quãdo causa propter quã fuit missus in possionẽ, fuit alr̃ qua, secus si nulla, nẽpe ex cotractu nullo,vel sen

re el demãdado que no se haga como dicho es. Y sino viniere a purgar la rebeldia a los dichos plazos, que dende en adelante el que assi fuere assentado que sea verdadero possedor[b]: y no sea tenido de responder [c]al demandado sobre la cosa que tiene: salvo por la propriedad[d]. Pero si el demandador fuere assentado en bienes

tẽtia.Bald.in.l.2.pen.col.C.de serui.& aqua.facit quę ipse Bal.notat in authẽ.& q iurat.n.45. C. de bonis autho.iudi.posi. Bart.expresse notat.in.l. 1.n.6.C.de prẽd.decurio.lib.10.sic dicẽs.Itẽ nota, q̃ vbi cõtract⁹ est nullus,emptor nõ lucratur fruct⁹.& ibi Ang.n.4.Sed aliqui tenẽt cõtrariũ,quos recẽset Doct.del Castill.in.l.17.n.70.in ordinatio Tauri. vbi plures effect⁹ possessionis annotauit. & plures cõnumerat Andr, Tiraquell. d̃ iure primogeitu.in.11.opinioe.17.q.fol.320.col.2.cũ seq:

c ¶*Y no sea tenido de respõder.* Et sic cõuentus nõ tenebitur litem cõtestari,cùm hæc verba impediãt, ac hoc inducãt.l.legis virtus. ff.de legib. Additio.ad Bart.in.l.1.nu.1.C.de bonis vacanti.lib.10.

d ¶*Salvo por la propriedad.*l.6.tit.8.part.3.idẽ disponit.vbi videas Grego.Lopez verb.*señorio.* Ad hoc autem vt sit discrimen inter hunc casum & præcedentem,intellige istum locum quôd reus contumax non est audiẽdus in actione personali, præterquàm in proprietate.nempe debiti, quasi velit dicere.quod onus probãdi, quod incumbebat actori,



ctori,trãsfundit ĩ ipsũ reũ vnde solùm audit in proprietate. facit glos. in.c. quoniã frequenter. vt lit. nõ cont. & in.l. regulariter. ff. de peti. hæred.

de su contendor por demanda personal: y seyendo passado elmes del assentamiento quisiere mas q̃ le sea pagada la quantia de su demanda, que no tener la possession: que entonces que sean vendidos por mandado del juzgador, y de lo que valieren en que sea entregado el demandador de la quantia que puso en sudemanda, y delas costas. E si mas valiere: que sea entregado en lo demas que valiere el demandado, y lo que menos valiere que seatenido el demandado de lo pagar, y el juzgador que lo faga assi cumplir luego. Y el dicho señor Rey don Alonso en Segouia año de veynte y quatro, ordeno que para que el emplazado se pueda dezir rebelde para que lugar aya la dicha ley, se requiere que sea emplazado en persona.

# Titulo. X. De las secrestaciones.

*ADDICION.*

¶*Este titulo se contiene enel titul.12. lib.4. Recopila.*

¶*Ley.1.Que durante los embargos de las heredades: se cojan los fructos en fieldad.*

¶El Rey don Alonso en Segouia. año de mil.cccl.xxxv.

¶El mismo en Alcala el año siguiente.

*ADDICION.*

¶*Esta ley se contiene en la ley a 1.titul.12. lib.4.Recopila.*

a

Porque las lauores de las heredades y el coger de los fructos dellas se embargã muchas vezes por los testamentos y embargos que los juezes fazen por deudas o por maleficios. Porende mandamos, q̃ si durante el tal embargo o testamento fuere tiẽpo del coger delos fructos de las heredades, q̃ los officiales del lugar dõde esto acaesciere hagã coger los fructos, y ponerlos en fieldad[a] a costa delos fructos hasta q̃ sea determinado q̃ en los deue d̃ auer. Y si por esta razon alguno prẽdare o lleuare por fuerça o en otra manera alguna cosa de aq̃l q̃ labrare la heredad: q̃ latorne cõ los daños

*TITVLVS decimus. De sequestrationib⁹*

¶*Lex.1.*

¶*Poner los en fieldad.* Et sic fit sequestrũ quod est rei de qua agit depositio. Hostien. in summa isti⁹ titu. §.1.nempe cùm duo contendunt de aliqua re, ponunt eam in manu, & custodia alicui⁹ probi vĩri, cuius fideĩ cõmittitur, qui quidem ipsam restituere debet ei, qui victoriã negotij obtinuerit, vnà cum fructib⁹ ex ea re durante lite perceptis. vt hic habetur. Clemen. vnic. de sequestr. poss.& fruct. l.1.titul. nono partit. 3. Vel sequestratio est reĩ quæ in controuersia deducitur, consensu litigantium apud tertium depositio. Lucas de Penna in.l. litibus. colum.7.C. de agricol. & censit. lib. 11.l.licet.&.l. ei apud. in princi. &. §. fi.ff.de

fi.ff.depositi.l.sequester.ff.de verbo.significatio. vbi quærit Cepol.num.1.vtrum iste sequester dicatur officialis,& sic comprehẽdatur à statuto loquente de officiali? Et respondet quod non secũdùm Angel.in.l.si fideiussor.§.fin.ff. qui satisdar. cogantur. cõtra gloss. ibi tenentem cõprehendi.Et de materia sequestri est vide glo.& docto.in.l.fideiussor.§.fina. suprà allegat. Bart. Aretin.& doct.in.l.interesse puto.ff.d acqui.pos. Cin.& Curti.in.l.vni.de prohibita sequestra. pecuniæ.Bart.Angel.de Perusi.Imol.& Angel.Aretin°in.l.Imperatores.§.fi.ff.de appel.tex.& Bar. in.d.l.litib°.Bar.in.l.per hãc.C.d erogatio. milit. annonæ.libro.12.Archid.Domini. & Præposi.in cap.qui res.11.q.1.Ioa.Andr.in. reg. Locupletari. de regul. iur. libr. 6.in mercurialibus. Alberi.in dictionar.verb.sequestrari.Imol. in cap. examinata.nu.8.cum seq.de iudic.& in cap.dilectus. & ibi Panor.& doct.de sequestr.possessio. & fruct. Paul.de Castr.cõs.132.col.2.n.3.lib.1.Pro introductione omnino natãdũ est duplicẽ sequestrationẽ esse.Alia.quæ fit partium litigantium conuentione. Alia iudicis potestate. Domini. & Bellamera in cap. quia res.11.quæstio.1. & ibi eas declaran.Et iterum subijcit Bellamera, q̃ sequestratio tripliciter fit.Aut mero officio præsentantis, aut præsidentis, aut petitione sequestri, aut alterius partis.Verbi gratia primo casu, vt si præses videt aliquos ad arma, vel rixam venirẽ, quos potest sua iurisdictione compescere. l.æquissimum. ff. de vsufruct. debet dicere, Recipio rem contentiosam in manu mea,& rem custodiri faciam, & coram me veniatis ius vestrum prosequuturi. Vbi agitur restitutorio iudicio super aliqua re, incumbit iudici, cùm videt subditos ad arma paratos,& sic iudicis officio nobili. Secundò fit sequestratio per officium mercenarium,in seruiẽs causæ,vel liti,tunc si illud est debitum,propter id potest fieri. sequestratio.Exemplum potest desumi, quando aliquis beneficiatus monitus à superiore,non vult seruire beneficio.sed appellat:tunc ipse præsidẽs curare debet,quòd officium debitũ beneficio nõ negligatur,& fructus poterit sequestrare quo ad hoc,vt beneficium officietur.de appell.c. peruenit.Exemplum etiã potest poni de.l.fi.§.super peculio.C.d assert.toll.&.l.3.C.qui. ad libertat.proclamare nõ licet.Ex quibus iuribus videtur,quòd si duo contendunt de beneficio,quorum nullus fuit possessor pacific°,fructus poterunt sequestrari,saltim quousque concertatio sopiatur : maximè vbi possessor vitiosè intrauit possessionẽ, nẽpe contra superioris inhibitionem, vel aliàs, quĩ quidem talis non debet gaudere commodo possessionis.l.si quis liberũ.ff.de proba.l.vis eius. C. eo. de proba. quod facit. l.1.§.apud Iulianum.ff. de posit.cap. cùm contingat. de rescr. cùm dictũbeneficium nõ duos ministros, sed vnũ habere debet.Aut propter qualitatẽ personarũ cõcertantiũ,& tunc si personarũ qualitas talis est,quòd natura facti inducit incompossibilitatẽ, tunc iudex debet prouidere partibus per cautionem, & cautelam sequestrationis. Si autẽ fiat ad petitionem partis sequestrum per iudicẽ, subdistinguendum est.Quia aut petitur sequestratio pendẽte principali negotio, aut pendente appellatione,& hoc dupliciter: aut pẽdẽte appellatiõe à sententia: aut pendente appellatione ab executione sententiæ.Priori casu, aut cõtenditur super re,de qua maior est præsumptio pro reo. vt si peto rem ex aliquo contractu,ius præsumit reũ non ligatum, nisi probetur litigatum, quo casu sequestrationis necessitas conquiescit, & est in isto casu inhibita:nam primò debet debitor conuinci,et finaliter ad solutionem constringi.l.vni.C.de prohib.sequest.pecuni.l.fi.C.de iure fisci.cap.fin.20. quæst.vlti.c.nonne.8.q.3. Idem dicendum est, si res talis est,cuius possessio indifferenter cadit in quẽcunque,nempe si ponas exemplũ,habere fundum,ita cadit in me, sicut in Petro, ago contra ipsum ad fundum, quia Petrus possessor plus habet quàm ego.Insti. de interdict.§.commodum. Verum vbi dicta præsumptio vinceretur aliqua æquitate.vt in cap.cum locum.de sponsa.ca.literas.de resti.spolia.tunc iudicis officio esset sequestratio permissa, si æquitate suadẽte iudici.videf. vt in dictis iuribus.l.si fideiussor.§.fin.ff.qui satisdar.cogant.vbi suspicio,quæ habetur contra reũ, vt prouideatur parti,inducit sequestrationẽ. Vnde cùm intersit iudici ne iudicium sit delusorium. l.vlti.ff.ne quid in loco publi.debet iudex prouidere,vt tã in principali, quàm in fructibus cautela conueniens præstetur in re mobili. vt in dict.l. si fideiussor.Et eadem æquitate idem est in seruitutibus rei mobilis.Si autem procedatur in contumaciam,hoc est dupliciter.Aut in causa,in qua potest procedi ad missionem in possessionẽ, aut non.Si nõ, vt quia agitur de beneficio, in hoc casu non habet locum missio in possessionem. cap. vbi.de eo qui mitt.in pos.cauſ.rei seru. libr.6.hoc casu potest fieri sequestratio. sic loquitur text.in c.olim

q̃ por ello recibiere, y caya en pena d̃ quatro tanto : la meytad para el querelloso : y la otra meytad para la nuestra camara.



c.olim.de reser.nam cùm missio cesset,hoc casu aliud quod erat,sibi simili facta,vel vicin° fieri debuit. Quo fit vt glos.ibi dicens q̃ malè fuit facta sequestratio, minùs rectè loquatur. cum ead. decreta.prosequetur factum sequestrationis, quod minimè faceret,si indebitè facta fuisset. Si verò est causa in qua possit procedi ad missionem in possessionem, tunc cùm illa sit via ordinaria de mittendo in possessionem,illa regulariter seruãda est l.2.in fin.C.vbi in rem actio. Intuitu tamen religionis,vel alia causa iusta, potest iudex ad sequestrationem procedere.c.2.de dol.& contu. Super hoc casu respondendum erit, Cum reus est contumax,sua contumacia de iure est punienda, aut in re,de qua contenditur,aut in persona, vbi in re non potest puniri.c.tuæ vt.lit.non.contest. in re dupliciter,vt præmisimus.Nam vbi missio in possessionem non est possibilis,tunc excommunicatio, aut sequestratio est necessaria. Nec punitio contumaciæ in re vicinior est missioni in possessionem,quàm ipsa sequestratio, quæ se habet ad eam,vt excedens ad excessum, nam contumacia est magis tædiosum,quòd aduersarius sit in possessione,vt ipsum tædio afficiat,quàm si aliter bonus vir esset ad rem custodiẽdam deputatus. l. cũ oportet.C.de bonis quæ lib. Plus tamẽ receditur in re per sequestrationem à cõtumace, quàm immissionem in possessione.Et secundum istas causas seu respectus,vel alios,dici potest,quod quandoque plùs, quandoque minus importat missio in possessionẽ, quàm sequestratio.Et propter aliquem respectum dictum est.vt in cap.2.de dol.& contuma.quòd sequestratio fuit facta intuitu religionis:nam magis competit religioso litiganti, quòd fiat sequestratio, quàm in possessionẽ missio,quæ est afficiendi tædio contumacem, quod cadere non debet in religioso. Et hoc casu etiam vbi posset fieri missio in possessionem, cùm de iure posset fieri sequestratio, regulariter tamen puniendus erit in isto casu per missionem in possessionem.c.quoniam frequenter.§.in alijs.vt lit. nõ contest.

Iudex tamen,cuius officium latissimum est. l. 1.ff.de iur.om.iudic.oportet vt inspiciat, qua via reus contumax magis astringi possit, vt propriã contumaciam agnoscere valeat,& eam purget, & tunc illam metitur iudex, siue de excommunicãdo, siue de in possessionem mittendo, siue sequestrando, cum contumacia quandoque damno litis coerceat.l.cõtumacia.ff.de re iudi.l. diffamari. C.de ingenu.& manu.c.licet.d.probat.multò magis poterit puniri contumax per sequestrationẽ: iudex enim potest pœnali iudicio suam iurisdictionem defendere.l.1.ff.si quis ius dicen. nõ obtemp.Inter pœnalia continetur pœna sequestrationis.Et dato,quod sequestratio sit pœna mitior missione in possessionem.vt in dict.c.2.de dol.& contuma.nam ex missione potest fieri verus possessor.saltem post annum, vel prout cautũ est in l.1.titul.suprà proximo. non sic ex sequestratione,quod tamẽ credebant dicti religiosi.& sic. d.c. legit Innocen.

Est alius casus,si procedatur in negotio appellationis interpositæ à sententia diffinitiua super principali: alius cum petitur sequestratio à petitore appellante aut à possessore.Primo casu, quãdo petitur contra petitorem appellantem, est impossibile,cum nihil possit ab eo separari, qui rem non habet.c.quoties.2.q.6.si autem contra possessorem appellantem petitur fieri sequestratio, regulariter fieri non debet, cùm appellantis status sit integer pendente appellatione.l.1.ff. nihil nouã.appella.pend. Hoc tamen fallit eo casu, quo possessor fructus dilapidat,aut suspectus est de dilapidatione.l.Imperatores.§.fi.ff.de appell. dict. cap.quoties.& cap.fin.de sequestra.poss.& fruct. Ioan.Lup.in rep.c.per vestras.§.18.num.1.fol.65. de dona.inter vir.& vxor. Et vbicunque in causa principali posset procedi ad sequestrationẽ, multò magis in causa appellationis, vbi possessor victus appellat,cùm iam diffinitum sit contra eum. Et hoc facilius est contra ipsum procedẽdum, vt fiat sequestratio.Si aũt procedatin causa appellationis interpositæ ab executione sententiæ, aut res est mobilis,& tũc fructus sequestrandi vt restituanter ei,q̃ obtinuerit,& hoc casu sequestratio est præceptaabsq; distinctione,vtrum possessor esset suspectus,vel nõ.l.ab exequutore.C.quorũ app. non recipi. Nec est mirum, ex quo enim à sententia est appellatũ,scilicet ab executione, magna est præsumptio contra victũ, propter quod iura statuerunt rem,vel fructus à possessore separari, & apud alium deponi,quousque querela debitum finem habeat.

Quærere oportet post prædicta secundo loco. Vtrum violans sequestrum,suo iure priuetur.Respondendum est eum priuandum fore. Rota antiqua decisio.2.sub titul.de sequest.poss.& fruct. Clem.vni.§.nihilominus.eod.titu. Gomess.in regul.Cancellariæ Apostolicæ. De annali possessore.q.5.ad fin.& incurrit in pœnam quadrupli. text. est insignis hic. vers. *E si por esta razon alguno prendare,o leuare por furça.* &c. text.in clem.vnic. de seq.poss.& fruct.

Confirmatur. Nam stante sequestro, pars non potest se intromittere. vt plenè notatur in rub.& in.l.1. de prohibi. sequestra. pecuni. Hieronym. Grat.responsi.36.numer.3.libr.2.responsorũ.Item pendẽte lite nihil est innouandum.vt in tit. vt lit. pend.Item causa semel in curia Romana existens,

Universidad de Deusto
Biblioteca



nunquam exit de cura. nisi summus pontifex remittat ad ordinarium. Bald. in. l. si vt proponis. 1. col. pen. vers. & nota. C. quomodo & quando iud. Et vbi Princeps apposuit manum, inferior non potest se intromittere. c. cùm nostrum. de appell. Bald. & Angel. in. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. Anchar. consil. 58. Circum scriptis. Item authoritate certa, & sub certa forma introductum, eadē, & non diuersa voluntate debet dissolui. c. 1. de regu. iur. Et sic cùm fuerit factum sequestrum iudicis authoritate, ex eius præcepto tātum debet remitti sequestrum. faciens contrariū, infert violentiam, & sic cadit à iure suo. Item nullus in sua causa potest sibi ius dicere. l. vni. C. ne quis in sua causa iudicet, vel ius sib. di.

Sed quæro. 3. Vtrum pœna habeat locū in sequestro facto non seruata solennitate, seu forma ad ipsum requisita? Videtur quòd non, quia huiusmodi sequestrum fuit nullum. argu. c. detrahe. 1. q. 1. c. 1. de his quæ fi. à præla. sine consensu ca. 1. cùm hi. §. si prætor. ff. de transact. tenet. Hierony. Gratus respon. 28. num. 3. libro. 1. responso. ergo non dicitur sequestrum, ac pœna violātis ipsum, verbum sequestrum non habebit locum in isto, cùm fuerit nullum. iuxta plenè tradita in. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Paul. Parisius consi. 41. numer. 23. libro. 1. ibique column. 2. & 3. plura in hac materia tractat. & consili. 107. numero. 70. libro tertio.

Dubitatur præterea &. 4. Vtrùm sequestratio interim quo est facta, impediat possessionem, & sic interrūpat cursum præscriptionis? Et videtur quòd non, quia sequestrum nō fit nisi tantùm vt detur vincenti in contentione suborta, & sic penes sequestrē sit gratia custodiæ tanquam in tenutam. ergo prior possessio nō interrumpitur ex sequestro.

Item sequester fit per Regē, aut eius ministrū, qui neminem spoliat. l. sequester. ff. de verborum significat. l. propriè. & l. licet. ff. depos. Pet. & Cin. & Alberi. in. l. vni. C. de prohi. seq. pecuni. Iacob. de Areti. Bar. Alberi. Imol. & Areti. in. l. interesse puto. ff. de aq. poss. Panorm. Barb. & Feli. in. c. examinata. de iudic. Boeri. in consuet. Bituri. rub. De iurisd. om. iud. §. 4. ad fi. & in. decisio. 172. nu. 1. Est regia. l. 2. titul. 9. part. 3. Et ita tenet alios citando Chassanæus consil. 47. numer. 4. versic. sed quicquid fit. Et est cōmunis secūdùm Ancha. nu. 11. in clemen. vnica. isto tit.

Quæro. 5. Vtrùm quis posit impedire sequestrationem, allegando incontinenti de iure suo. Respon. ꝙ sic in rebus profanis. Voluit omnes in. l. quāuis. & in. l. fi. C. de edict. diui. Adria. toll. Boeri. decis. 172. nu. 2. Adde quæ dicit Curti. iunior in. l. procurator. nu. 4. C. de eedendo.

Quæro. 6. Vtrùm quis possit compelli ad hoc vt suscipiat sequestrum? Per. l. 1. in. fi. ff. vbi pupil. educa. deb. glo. in. l. 2. titu. §. part. 3. tenet posse ex iudicis officio, vt præbeat nudum ministeriū, nō tamen expensas necessarias pro cōseruatione rei sequestratæ. Sed tu dic quòd est Bal. in dict. l. 1. ff. vbi pup. educa. deb. & sequitur Curti. seni. in tracta. de sequestris. q. 2. nu. 1. in. 4. volu. tract. Causa autem legitima nō existente, nullus cogitur acceptare sequestrū. Et ita intelligas Angel. in. l. fi. circa medi. ff. de bon. aut. iud. poss. argu. l. 3. §. 1. ff. de arbit.

Quæro. 7. Vtrùm sequester possit deponere sequestrum. & quo modo? Bald. in rub. in fin. C. de positi. dicit, quod possit deponere officiū ex causa, & iudice interueniēte. Idem Angel & Curti. in nu. 27. C. de prohib. seq. pec. l. vnica.

Quæro. 8. An sequester possit petere aliquam mercedem? Bal. consil. 183. col. 2. lib. 1. expressim dicit, quod sequester ob custodiā pecuniæ apud se depositæ non possit exigere salarium, quia est nudus minister. per. l. medico. §. fin. ff. de aur. & arg. en. lega. quæ nihil mihi huc facere videtur. Sed prò hoc facit text. in. l. Lucius. §. 1. ff. de lega. 2. ex quo Bart. & Bald. notant nudum ministrum nullum commodū sentire, aut sperare debere. Idēq; in sequestro voluerunt Angel. Imol. Roman. & Areti. in. l. interesse. ff. de acq. poss.

Intellige tamen non procedere in sequestro facto ex partium contendentium voluntate, quia nullus alteri cogitur facere beneficium. c. cùm secundùm apostolum. de præbend. c. charitatē. 10. q. 2. Tiraquell. post Bal. in loco ab eo citato tenet istā limita. in libr. 2. de retract. §. gloss. 7. nume. 7. facit. l. planè. 2. §. fina. ff. de lega. 2. l. ab eo. C. de fideicom.

Item etiam secundùm Tiraquell. vbi suprà. nu. 8. limitatur in sequestro facto à iudice, ex quo resultare posset damnum seruanti. Barb. consil. 71. colum. 1. lib. 4. Curti. d. tra. sequestrorū. q. 24. nu. 78. Et est iustum, quòd ratione curæ, & custodiæ quam debet habere circa rem positam in sequestro, habeat aliquā mercedē, prout in tutore seu curatore, qui habere debet decimam partem fructuum. l. 2. tit. 7. lib. 3. fori. & si non supersint fructus, iudex ex officio eis taxabit salarium suo arbitrio, secundum Montalu. ibi. in. glo. verb. *Idiez mo.* Sed iste sequester dicitur fideicommissarius. & valet argumentum de vno ad reliquum. gloss. in. l. tutela. ff. de tutelis. in verb. ad alium. quā singularem reputo, & citat Cifonta. in. l. 31. q. 1. num. 3. in ord. Tauri. Ergo iste sequester poterit recipere salarium ratione curæ, ac custodiæ.

Quæro. 9. sequestrum apud quem fieri debeat, an penes iudicem, vel eius officialem, vel circa tertiam



tiam personam? Istam quæstionem ponit Curti. loco citato. q. 4. num. 38. & tenet quod sic per gl. in. l. senatusconsulto. verb. & deponatur. de offic. præsid. & dicit ordina. Iaso in. l. cum filiofam. nu. 22. ff. de legat. 1. Bald. idem tenet in sua margari. verb. depositarius. versic. 3. dum dicit depositū fieri posse apud iudicē & arbitrū pro obseruatione sententiæ. & allegat tex. in. l. litigatores. §. quid ergo. ff. de arbi. & c. exposita. eo. tit.

Istam sententiam tenent Bal. Cuma. Fulgo. Alexand. Soci. & Iaso. in. si fideiussor. ff. qui satisda. cogātur. Alex. in addi. ad Bart. in. l. planè. ff. quod quisque iur. Quibus omnibus est optimus tex. in. l. si fideiussor. §. vlti. suprà alleg. & l. sed & si. §. planè. ibi, apud officium fuerit depositus. ff. ad exhibend. & probat Tiraquel. de vtroq; retract. lib. 2. §. 4. glo. 7. num. 1. Quod tamen non esset admittē dum à iudice. sed debet nominare tertiū. In tabellione causæ quòd non possit fieri depositum, statutum est ab Imperatore Carolo Hispaniarum olim Rege. in. l. 83. in curijs Segouien. Anni. 1532. & l. 70. Pinciæ anni. 1537. quod est sancitum sanctissimum.

Quæro. 10. Vtrùm sequestratio fructuū possit fieri appellatione pendente? Et est dicendū quòd sic, si timetur de dilapidatione. c. fin. de seq. poss. & fruct. l. Imperatores. §. fi. ff. de app. Specula. de appell. §. nouissimè. Philipp. Frāc. in. c. cum tenea mur. col. 3. de appel. nu. 10. habetur in. l. ab executore. C. quorū app. non recip.

Dubitatur. 11. circa proximam quæstionem, per quem iudicem fiat hæc sequestratio? Respon. quicquid dicat Bart. in dict. l. Imperatores. quòd conclusio est, quòd si petitur antequàm appellatio sit præsentata superiori, & per eum recepta, debet fieri per iudicem à quo, sed si postea, debet fieri per iudicem ad quem. Ita tenent Io. And. & Panor. in dict. capi. fina. de sequestra. poss. Philipp. Franc. in cap. cùm teneamur. columna. 3. de appella. Alexand. in additio. ad Bar. in. d. l. Imperatores. §. fin.

Quæro.6. Literæ, quæ conceduntur pauperibus clericis in forma pauperum, an sint potius iustitiæ, quam gratiæ dicendæ? Et est dicendum quòd dicuntur literæ iustitiæ. Staphil. De literis gratiæ & iustit. titulo. De gratijs expecta. folio vigesimo. numero secundo. Ioann. Andræ. & Domini. in capit. si pauper. de præbend. libro sexto. Quia iustum, & rationabile est clericum beneficiari, ex quo deputauit se seruitijs diuinis, & non habet aliud beneficium. Nam cum sit miles cælestis. capit. degradatio. de poen. libr.6. & gloss. in. l. miles. ff. de re iudi. & quis suis stipendijs militare non tenetur. c. cum secundum apostolum. de præbend. & dignus est operarius mercede. Ex quo infertur, quòd clericus licitè pōt locare operas suas spirituales, vt ex eis recipere valeat victum, & vestitum, si aliunde non habet, hoc est, ex beneficio quo casu locare non poterit. secundum docto. in dict. c. cum secundum. & facit gl. in cap. significatum. eodem titulo.

Istæ literæ dicuntur in forma communi. secundum Panormita. in capitu. postulasti. notab.4. de rescript. quia olim Papa non solebat grauare ordinarios in collatione beneficiorum, nec concedebat literas gratiosas, sed scribebat contra ordinatores, vt ipsi prouiderent illis, quos promouerant ad ordines. capi. episcopus. & cap. non liceat. de præbend. eo quòd ad obtinendum ecclesiasticum beneficium, eos debebant idoneos reputare, quos ad ordines susceperant.

Appellantur etiam in forma. c. cum secundum apostolum. de præbend. quia sunt fundatæ super illo dicto apostoli, Qui altari seruit. & ideo huiusmodi literæ sunt appellatæ de iustitia. Et inquantum non istis, sed alijs potuit cōferre beneficium dicitur de gratia talis concesio literarum. gloss. in capit. relatum. de præbend. Staphil. loco præcitato. numer. 8. fol. 21. Facit quod not. Paul. Castr. in l. vnum ex familia. §. si de falcidia. numero.5. ff. de legat.2. Segur. in repetitio. dict. l. §. sed si fundum. numero.189. gloss. in extrauagant. Sedes. in verb. gratiæ. de præbend. Ioann. 22. quod quatenus vni magis, quàm alio conceditur beneficium in forma pauperum, dicuntur literæ gratiosæ. Rebuff. in practica benefi. pagina. 120. de rescripto in forma communi, & in forma pauperum. numero.6.

Item alio respectu literæ iustitiæ, siue in forma pauperum possunt etiam alijs respectibus dici gratiosæ. Nam cum Papa sit solutus legibus. capitul. proposuit. de concesio. prædend. certè de iure non astringitur tales literas concedere, cum posit remittere impetrantem ad suum

ordina-

ordinarium, ergo in hoc dicitur Papa gratiam concedere. exmẽte Panormita. in capitul. nonnulli. in. 1. notab. per illum textu. de reſcri. Gomeſſ. in addi tio. ad Staphil. de literis gratiæ. folio. 21. litera. C. Adde Caſſad. deciſ. 34. num. 4. in regul. cancella. Hodie promouenturnõ habentes beneficia ad titulum patrimonij. vt in cap. poſtulaſti. de reſcri. qui debet eſſe ſufficiens pro qualitate perſonæ. dicto. cap. cùm ſecundùm apoſtolum. Quem non poſſunt remittere, nec epiſcopo renũtiationem facere. gloſſ. in. c. ſi epiſcopus. de præbend. libr. 6. quia concernit fauorem totius cleri, & honorem, videlicet ne mendicẽt in dedecus totius cleri. ca. diaconi. vlti. 93. diſtinct. ca. ſi diligen-

¶ *Ley. IIII. Que aunque ſe de ſegunda juſsion, con firmezas derogatorias, que no valan, ni ſe ponganlas tales clauſulas.*

¶ El Rey don Iuan. II. en Valladolid. Año de mil. ccc. xlj.

¶ El Rey don Enrique. IIII. en Nieua. Año de. lxiij.

*ADDICION.*

¶ *Eſta ley ſe contiene en la ley. 3 tit. 14. lib. 4. Recopi.*

LA ley ante deſta, porque es juſta: mandamos que ſe guarde en todo, ſegũ que en ella ſe contiene: y demas, que ſi entre partes y priuadas perſonas ouiere contienda o debate, y ſe diere alguna nueſtra prouiſion, o carta ſobre ella: ſe de ſegunda juſsion, o otras qualeſquier nueſtras cartas, y ſobrecartas, con qualeſquier penas y clauſulas, y derogatorias, y firmezas, y abrogaciones, y derogaciones, y diſſpenſaciones generales, o eſpeciales: aunque ſe digan proceder de nueſtro propio motu, y cierta ſciencia, y poderio Real abſoluto: que ſin embargo de todo aquello, toda via es nueſtra merced y voluntad, que la juſticia florezca, y ſea dado, y guardado enteramente a cada vno ſu derecho, y no reciba agrauio, ni perjuyzio alguno en ſu juſticia. Para lo qual ordenamos y mandamos, que ningun nueſtro ſecretario, ni eſcriuano de camara, no ſea oſado de poner, ni ponga en las tales, o ſemejantes cartas exorbitancias, ni clauſulas derogatorias, ni abrogaciones, derogaciones de leyes, ni de fueros, ni de derechos y ordenamientos: ni deſta nueſtra ley, ni de la ley ante deſta, ni ponga en ellas que procedẽ

ti. de for. cõpet. ca. cõtingit. de ſentẽ. excom. Neq; donare vel in aliũ tranſferre etiam poſſunt ſecũdùm Fab. in. §. fi. Inſti. de inoffic. teſta. Vtrùm autẽ hoc ſit verũ, tractaui ꝺ̃ horis recitan. quæſt. 12. Et teneo quòd non. Idem Couarr. libro. 1. variarum. capi. 4. nume. 4. Sylueſt. verbor. clericus. 4. q. decimatertia Et quanuis multi teneãt contrarium, iſta opinio eſt verior ſecundũ Menchaceñ. libro tertio. de ſucceſsi. creatio. §. 22. nu. 47. Quid verò quando dubitatur, an teneatur tale patrimoniũ conferre? Fabian. tenet q̃ non in. l. ſi emancipati. C de colla. Aymon. conſili. 136. Chaſſanæ. in conſuetud. Burgund. rubr. 7 Deſucceſsioni. §. quinto glo. Meileur de lautre. nu. 51. Rebuff. vbi



vbi ſuprà. pagina. 123. A qua tamen opinione recedit Couar. in cap. Rainaldus. §. 2. nu. 7. de teſtamen. & nouiſsimè Menchaceñ. in dict. §. 22. num. 44. verſi. Sed an talia bona. vbi vide. Crederem, quòd cùm non ſit ob cauſam neceſſariam, ſicut eſt dotis, ſed propter voluntariam cõſequendi ſacerdotiũ, & eius honorẽ, quòd cenſetur donatio firma, ſicut ea, quæ fit pro matrimonio carnali, & ſic imputanda in tertio & quinto donantis ſecundùm. l. 29. Tauri. Vtrùm autem in iſtis literis ſit facienda mentio patrimonij, declarat Panorm. in dict. cap. poſtulaſti. nu. 3. vbi tenet, quòd in literis iuſtitiæ, vt ſunt iſtæ, tenetur, non in alijs.

Quæro. 7. Vtrum reſcriptorum ſit talia diuiſio? Dic quòd ſic. Nam quoddam eſt obreptitium, ſubreptitium, falſum, inciuile, & irrationale. In primis videndum eſt quid ſit obreptitium. Obrepere primò ſecũdùm Budæ. eſt latẽter progredi, & fallaciter adire, vt ſerpentes humi repentes ſolent. Vnde euenit, vt quicquid ſenſum fallat, id obrepere dicaẽ. Vt Iuuenal. Satyr. 9. Obrepit nõ intellecta ſenectꝰ. Cicero in Cato. Obrepſit dies, fames, & obliuio, ac cætera id genus. l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. Ex eo fit, vt obrepere, pro fallere, hoc eſt, incautũ aggredi accipiatur. vt Vlpianus de Carboni. edicto ait in. l. 3. §. puberi. ibi, Sed ſi cũ eſſet pubes, quaſi impubes obrepſerit, dicẽdũ eſt eũ nihil egiſſe. Accurſi. obrepſit. exiſtimauit ab Obripio eſſe. Ac preces obreptitias, & ſubreptitias Perottus ab obripiendo, & ſubripiendo dictas eſſe tradit. Obrepere ad magiſtratum dicitur, qui falſa ſpecie, vel probitatis, vel doctrinæ ad magiſtratum aſſumitur, & vt vulgò loquimur, per hypochriſin, vel per abuſum. Budæ. Et obrepere iudici per acta, vel libelli interpellationem, pro eo, quòd eſt falſò ſe inſinuare, & prætextum facere. l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. Oldendorp. de copia verborum. Vnde dicunt obrepimus, cũ tacendo aliquid impetramus, quod exprimere neceſſe erat, expreſſumq;, principem à conceſſione abalienaſſet. Facit. l. ſed ſi hac lege. §. patronũ. ff. de in ius voc. ibi, dum arrogantur per obreptionem. Cùm enim hoc ipſo quòd arrogatur, celat conditionem, ergo incelãdo conſiſtit obreptio. Facit. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cũ debito. ff. mãda. Subrepimus verò, cùm à Principe per falſam rei narrationem aliquid extorquemus, putà reſcriptum, priuilegium, & alia. Hoc Spiegel in ſuo dictionario. Sentẽtiam autem Budæi approbandam eſſe exiſtimamus, quod deducatur obreptitium, à verbo obrepo, non obripio. Et pro hac ſententia eſt text. quem non adducunt doctor. in. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cùm debitor. ff. manda. ibi, ne fortè creditor obrepat. non dicitur, obripiet. Et in hunc ſenſum hoc verbum declarat apud Ambroſium Calepi. in ſuo indice. dictio. Obrepo.

perſonas priuadas va yan llanamente, y ſegun el eſtilo y coſtũbre que de derecho

ni que nos las damos. Mas que las cartas q̃ fueren entre partes, o ſobre negocios de

Sed ſubreptitium, & Obreptitium à practicis ſimul ſolent proferri tanquam idem ſignificantes. Et ſic hodie promiſcuè vtimur. Nam obrepere etiam dicitur, cùm exprimitur falſitas, quia veritarem precibus non adijcit. per. l. ſi autem. §. 1. de nego. geſtis. ibi, Item ſi fundum tuum, vel ciuitatis per obreptionẽ petiero, negotium tuum gerẽs, vel ciuitatis. Ergo bene ſequitur, q̃ in non veri expreſsione cõſiſtit obreptio, vt ibi dicit gloſſ. fortè dicens me habere mandatum, cùm non haberem. Facit. l. magis puto. §. penult. ff. de reb. eorum. ibi, manet actio pupillo, ſi poſtea probari poſsit obreptum eſſe Prætori. l. cùm verò. §. ſubuentum. ff. de fideicommiſ. liber. & probat. l. vn. C. ſi nup. ex reſcri. petantur. vbi quod in principio vocat ſubreptitium, in fine vocat obreptitium. Et huius ſententiæ ſunt Bart. Iaſ. & alij in. l. 2. C. ſi contra ius, vel vtili. Panor. in cap. ſuper liter. de reſcr.

Quæro. 8. Vtrùm obreptitium, vel ſubreptitium impetrans reſcriptum ei proſit in aliquo? Et in primis videtur quòd non. Nam vbi deficit intentio concedentis propter ſubreptionem, deficere debet & eius effectus, cùm actus actiuorum ſecundùm intentionem agentis regulari debeat. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. c. mandatum. de reſcri.

Secundò, mendax precator carere debet impetratis. c. ſedes. de reſcr. l. & ſi legibus. C. ſi cõtra ius vel vtili. publi. ergo iſte impetrando modo prædicto, nihil feciſſe intelligendus eſt, nec commodum reportare debet.

Tertiò, eſt caſus expreſſus in. l. 2. C. de legib. ibi, nec habituro fructum per ſubreptionem elicito. & l. & ſi legibus. C. ſi contra ius, vel vtil. publi. ſuprà alleg. vbi reſcriptum impetratum fradulenter, eſt nullum, & impetrãs punitur. c. & ſi legibꝰ. 25. quæſt. 2.

Confirmatur ex cap. ſuper literis. de reſcr. vbi ſubreptio doloſa vitiat indiſtinctè reſcriptum. & ibi Deci. nu. 1. & num. 3.

Fallit tamẽ in reſcripto ad lites, quod regulariter non eſt nullũ, ſed ope exceptionis, cum per illud non tibuitur ius. c. ſuper literis. de reſcriptis.

l.vniuersa.C.de precib.Imper.offerend. Panorm. in.c.cæterũ.col.2.nu.6.de rescrip.&in.d. cap. super literis.num.5.Innoc.in.c.cùm.m.in fin.de cõstit. Anto.in dict.c.cæterùm.docto.in cap.ad audientiam. 2. de rescript. Cassado.in decisione. 1. sub tit. de rescriptis. Idem probat Sebasti. Vanti. de null. senten. quibus mod. sent.null. repe. pagi.357. num.59. Vnde consultò faciunt, qui quouis rescripto præsentato, statim opponũt de subreptione, vt si deinde probet, acta corruant.

Vtrùm autem hoc procedat in rescripto auocatorio iurisdictionis, vt sit nullum opere exceptionis, an ipso iure propter subreptionem? Et Cassado.vbi suprà.tenet q̃ est nullum ipso iure.& in decis.2.de appellatio. numero sexto.quia reuocatio est odiosa, quoniam fit contumelia iudici, qui sine causa reuocatur. Innocen. Hosti.& Ioan.Andr.in capitulo ex literis.de offi. delega. Felin. in capitul. ad audientiam.2. fallen. 10.de rescriptis.

Dubium est, Vtrùm processus erit nullus, quãdo non fuit opposita exceptio subreptionis aduersus rescriptum ad lites? Et est dicendum quod non dict.c.super literis.&c.constitutus.in fin.de rescr.& Panor.consil.34.col.2.lib.2.&in dict.c.cæterùm.nu.6.q.1.

Item consensus partis iuuat literas ad lites subreptitias, cùm de eius præiudicio tractetur. argu. tex.in ca.quàm periculosum.7.q.1.l.penul. C.de pact. Nicola. Mil. in reperto. verb.gratia. allegat Domini.in.c.ab eo.in fi.de appella.lib.6.quod sequitur Rebuff. in practica beneficiorum. pagina 108.nume.12.cap.plerunq;.vbi Panormit.nu.3.de rescr. inducit illum text. quòd literæ ad lites ipso iure non vitiantur.

Quæro.9. Vtrùm subreptio vitiet literas gratiæ ipso iure? Et dic q̃ vitiãtur ipso iure rescripta gratiæ ad beneficia, quia loco tituli habentur, & per ea ius tribuitur: ideo illis annullatis, & titulus nullus remanet. clemẽ.1.de præbend.ibi, nullius momenti. Faciliùs literæ ad beneficia, quã ad lites redduntur nullæ. Barb.in ca.ad aures.de rescr.vbi dicebat, q̃ impetratio beneficij est nulla, si non exprimatur nobilitas impetrantis. Quod tamen dictum confutat Chassan.in consuet. Burgun. rubric.1.§.5.folio.58. colũ. 3.numer.158. Quod saluari potest ab impugnationibus Chassan. quando nobilitas esset fundamẽtum impetrationis, & causa, in qua Papa secundùm regulas iuris tenebatur se fundare, non aliàs. vt colligitur ex Felin.in dict.capitulo ad aures.columna.1.in princi. Hinc est illud, quod dicit Panorm.in cap.ad audientiam.1.numer.3.col. fi. de rescrip. quòd falsitas citiùs præsumenda est in literis gratiæ, quàm de iustitia.argum.capi. fin. de crim.falsi. Hostien. Cardin. Butrio in capitu. ex parte.de fide instrumen. Domi.in cap.in memoriam.19.distin.colũ.3. Ratio, quia in literis gratiæ versatur maius præiudicium, quàm in literis, quæ emanant ad lites. Et tenet Panormit. istam conc. in cap.ad audientiam.2.num.14.de rescr.vbi assignat rationem differentiæ istius conclusionis. & ibi Felin.col.fin.

Confirmatur. 2. quia gratia ipso facto est nulla propter subreptionem.ca.1.&.2. de fil. presby. lib.6.c.ad audiẽtiã.2.de rescr. Panor.in.c. super literis.col.4.nu.5.eo.tit.non tamẽ ad lites.c. cæterùm.& ibi Panor.eo.tit.ergo bona erit distinctio inter literas gratiæ,& iustitiæ, vel ad lites.

Præterea &.3.confirmatur, quòd literæ ad beneficia propter subreptionem vitientur ipso iure, per cap.ad aures.& cap.constitutus.de rescr.glos. in extrauagan.Sedes.Ioan.22.sub titul. De concess.præbend.verb.literas.l.1.ibi, nihil videri impetrasse.ff.de nata.restituend.latè Paris.consil.31. col.3.nu.22.lib.4,

Suadetur, quia in literis Papæ intelligitur, si impetrans dignus sit.c.cùm adeò. de rescript. si non sit dignus, non intendit Papa illi prouidere, & sic est defectus volũtatis Papæ: nam qui mentitur Papæ, facit se indignũ sua gratia. Bald. in dict.capit. cùm adeò. de resc.

Ampliatur, q̃ etiã processus, & sentẽtia executoris lata rescripti subreptitij ratione, & alia sunt nulla, per text.in cap.cùm nostris.de cõcess. præbend.ibi, factum fuerat obtentu literarum nostrarum, eo quòd per falsi suggestionẽ, & veri suppressionem fuerant impetratæ, cùm Præpositura illa non vacaret de facto, quia talis possessio plus habet facti quàm iuris, haberetur irritũ, & inane.c.si proponente.de rescr.& quicquid occasione literarũ factum fuit.d.ca.constitutus.in fin.

Ratio fundamentalis est, quia executio est accessoria ad gratiam, quæ si fuerit nulla, & accessoria videlicet executio nulla remanebit.l. cũ principalis.ff.de regul.iur.Bart.in.l.Diuus Adrianus. ff.de milit.testam.bonus casus in ca. ex literis. de offi.delega.

Suadetur, nam tunc demũ executor agere poterit officium sibi commissum, cùm ei literæ executoriales fuerint præsentatæ. Rota in nou.decis. 359.numer.7.vbi plura iura ad hoc adducit. Et in antiq.decis.793.num.1. Si ergo fundamentum est vitiosum, ex eo fundari, seu deriuari non poterit effectus executionis.c. cùm Paulus.1. q.1. & primitiua infecta, deriuata absq; dubio destruere videtur. iuxta Philosophi dictum.

Ampliatur in literis absolutionis impetratis per subreptionem, nam vitiantur propter ipsam. vt si fratri minori concedatur, quòd transeat ad aliam religionem laxiorem. c. quod super his. de fide instramento.

Ampliatur idẽ esse in priuilegijs, & beneficijs Principum, vt rescriptũ non faciens mentionem de priuilegio, vel indulto gratioso, nõ valeat, quia est eadem ratio. Et hoc probatur argu.d.l. 1.ff.de natali.resti. Panor.in.c.ad audientiam.de resc. Socin. consil.164. numero secundo. columna prima. libro secundo.& eod.libr.consil.260.numer. 1.columna.2.

Ampliatur, quòd subreptio vitiat rescriptum gratiæ, quamuis quis ignorans tacuerit. Philip. Deci. in capitulo constitutus.numero primo. not. 2. de rescript. Aymon Crauet.consilio.68.in fine. quia

¶ *Ley.V. Que no valan las cartas desaforadas para matar, o prender a alguno, ni tomar los bienes.*

¶El Rey don Alonso en Madrid. Año de mil.ccc.lxxxvj.

*ADDICION.*

¶ *Esta ley se contiene en la ley 4.titul.14.libr.4.Recopil.*



iura in hoc non distinguunt, sed tantùm subreptionem requirunt

Ampliatur etiam si subreptio respiciat factum alienum, videlicet statuta ecclesiæ.per.d.c. cõstitutus. quia non inspicitur culpa impetrantis, quã non habet ignorans.l.ex maleficijs.ff. de actio. & obligatio. sed intentio concedentis.c.ad aures. de rescrip.&c.dudum.2.de electio.

Imõ etiã subreptio vitiat, nisi exprimatur modus, per quem id factum extitit consummatum. glos.in cap.dilectus.de rescript. in glos.1. notab. secundùm Roma.consil.326.colum.penul.versic. Respondeo.

Quæro.10. Vtrùm subreptio, & obreptio reddat legitimationẽ nullã? Sit conclusio. Obreptio, & subreptio reddit ipso iure legitimationem nullam, etiam si subreptio nõ fuisset dolosa, cùm per talem legitimationẽ præiudicetur iuri tertij. l. 1.ff.de natali.resti. Socin.consi.120.col.4. num.6. lib.3.vbi conclusionem istam ex pluribus deducit, & probat post Anto.& alios in ca.per venerabilem.qui fil.sunt legit. Iacob.de Bellouisu in authen. Quibus modis natu..effi. sui.§. & quoniam qui. Eos sequitur Pau. Parisius consi.12.colum.20. num.218.lib.2.

Quæro.11. Obreptio.& subreptio allegata contra rescriptum, à quo sit probanda? Sit conclusio, quòd ab illo, qui talem defectũ, & nullitatem obijcit, obreptio, & subreptio probanda est. In primis constat, quia pro instrumẽto authoritate publici notarij confecto standum est interim quod vitium ab aduersario nõ est obiectum, nec ostensum iudici.l.fin.C.de edicto dini Adrian. tollẽd. ergo cùm præsumptio sit pro præsentante rescriptum, volens ipsum impugnare, obiectiones probare debet.l.2.ff.de probatio.

Secundò, Id quod est fundamentum meæ intentionis, seu defensionis, siue consistat in actu formato, siue tantùm in qualitate, illud allegans. seu obicijens, tenetur probare, siue actor, siue reus sit.l.qui accusare.C.de edend.capitulo primo. de proba. glos.singul.in.l.eum actum.ff.de negot.gestis. sedita est in obijciente exceptionem rescripto, ergo ab eo erit probanda.

Tertiò istan conclusionem tenet Ioan. Andr. in capi.1.de litis contest.libro sexto. Bart. Bald. & ali. in.l.præscriptione.C.si contra ius, vel vtili. public. Panorm. in capit. constitutus. numero quarto. de rescript. & ibi Felin. Paul. Parisi. consil. 124. numer. 20. libro quarto. Pan. in capitul. fina. colum. fi. de præsumptio. Cardin. consilio. 69. Quo ad primum. columna fina. Soci. consilio. 64. Visa bulla. libro. 2. Felin. in cap. ex literis. numero decimo nono. de probatio. Deci. in capitulo por recta. numero tertio. de de confirm, vtili. vel inutil. Paulus Parisius. consilio. 3. numero. 50. verficul. Ad quod insuper. libro quarto.

Quæro. 12. Exceptio subreptionis quando sit obijcienda? Et Compostella. Innocen. in. c. constitutus & Panor. in. c. ad audientiam. col. fin. nu. 15. de rescr. distinguunt in hunc modum.

Quædam est exceptio concernens literas tantùm, vt quia promisisti contra me nó impetrare literas, vel obtinuisti illas ad lites p subreptionẽ, & tunc cùm ista sit exceptiò dilatoria, debet proponi ante litem cõtestatam. ca. inter monasteriũ. de re iudica. Aut exceptio cõcernit gratiã, & literas, quæ sunt ad beneficiũ impetratæ, & tunc põt opponi ante litem cõtestatam. Itẽ in vim peremptoriæ. Nã quatenus subreptio cõcernit gratiã, & sic negotiũ principale, causat peremptoriam exceptionem, qæ potest opponi quandocunque post sententias. l. peremptorias. C. senten. rescindi non posse. ca. finem. de dol. & contu. Et de hac materia vide quæ notat Ioan. Andr. in. c. 1. de lit. cõtest. lib. 6. Rebuff. in consti. regias Galliæ. 2. parte. pagin. 29. numer. 138. q. 10. verficul. Quæro intra quod tempus. &c.

Quæro. 13. Vtrùm literæ sint nullæ in totum ratione obreptionis, vel subreptionis, vel in illo articulo tantum, in quo falsum expressum est? Dic, Vitium si respicit totum rescriptum, tunc totum vitiabitur, vt pote quando manifestum est in construction peccatum. vt in capitulo. ad audientiã. 1. de rescrip. & ibi Bald. & alij per verbum illud, fidem nolumus adhibere. Vel subreptiõ fuit causa obtinendi rescriptum super omnibus, tunc in totum corruet. c. constitutus. vbi glos. & Panor.

mandenlisiar, o matar, o prender algunas personas: o lestomar sus bienes, o desterrar, o desheredar a alguno, o algunas personas, o otra cosa desaguisada. Que las tales cartas no seã cumplidas, fasta que nos las embien mostrar, y proueamos como la nuestra merced fuere. Pero, que si el hecho fuere de tal natura, que tenga en aleue, o en trayción, o en otro caso que haga menciõ en la dicha carta queme rece muerte: mandamos al official, o officiales a quien las dichas cartas se endere

in capitul. super literis. de reser. Carol. Ruin. consil. 70. nume. 11. libro. 5.

Idem si sit contra stylũ. c. quàm grauí. de crimi. fals, & ibi dixi.

Idem est, quãdo exprimitur falsum quia mẽdax precator care re debet impetratis. capitulo sedes. de reser. Quia non est tam odiosus tacens verum, quàm exprimens falsum. Nam ex ignorantia hoc tacere potuit, sed dolus in exprimẽte falsum præsumitur. Panor. in. d. c. Sedes. Lapus Allegatio. 89.

Tamen idem est dicendum, quando dolosa est subreptio, tunc nullum est in totum rescriptum. per dict. c. super literis. de rescrip.

Idem quando connexitas est, vt quia in persona est commissa subreptio, tunc in totum vitiatur rescriptum. c. sedes. & ibi Panor. vltim. notab. de resc. & in dict. c. constitutus. in. 1. glo. & in cap. super literis. num. 5. eo. tit.

Subreptio regulariter in vno articulo aliàs, nó vitiat capitula separata, & diuisa, vt est text. in ca. si eo tempore. de rescript. libr. 6. Et hanc regulam constituit Felin. in ca. sedes. de rescrip. & ibi subijcit limita. & per Riminald. & Iaso. in. l. si ex falsis. C. de transactio. Carol. Ruin. dict. consi. 70. nu. 8. & 11. libr. 5. vbi dicit maximè procedere, quandò vnum capitulum gratiæ tendit ad commodum vnius, & aliud ad vtilitatem alterius, nam vnius factum, alteri nocere non debet. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. Vide Ioã. Bernar. tract. fallen. regul. 348. Instrumenti falsitas.

Quæro. 14. Ioannes laicus impetrauit beneficium, dicens se clericum, Vtrùm literæ sint falsæ? Videtur quòd non, nam destinatione clericus censetur. argum. l. pen. ff. de milit. testam. In oppositũ est, quod ad obtinendum ecclesiasticum beneficium,



ciũ, requiritur quòd sit clericus primæ tonsuræ, quia laicus non est capax iuris spiritualis. capitulo. causam quæ. de præscriptio. Tenet Panorm. in capitulo. cùm adeò. numero tertio. de rescriptis. Ex quo infertur, quòd ingrediens monasterium si decedat ante professionem tacitam, vel expressam, non acquiruntur monasterio, sed venientibus ab intestato ipsius monachi defuncti. Ita habes duas addi. ad Pan. in d. c. cũ adeò. verb. & illud verius. Philipp. Franch. in tracta. De petitorij & possesso. quibus adde Andræ. Tiraquell. de retract. lib. 1. §. 1. gloss. 8. nu. 19. cumaliquibus sequent.

Item in rescriptis debet fieri mentio de qualitate beneficij obtenti, & etiã obtinendi, si sit notabilis qualitas, vt curæ animarum, & residẽtiæ, & de dignitate. tex. & Panor. in. c. ad aures. de reser. nonnunquam etiam de valore. Sed is à quo probandus sit. ibidẽ in additione. De canonicatu & præbenda Panor. in. c. cùm adeò. de rescript.

De numero, vbi est certus numerus Canonicorum. Panor. in ca. super literis. nu. 8. de reser. capi. constitutus. eod. titu.

Quid de clericatu? Et idem est dicendum, quòd debet esse saltem primæ tonsuræ, aliàs est incapax. c. cùm adeò. de rescrip. ca. ex literis. de transactio. Rebuff. de pacifi. possesso. num. 188. versic. Quartò inhabilis. &c.

Finaliter in rescriptis debet fieri mentio de omni clausula, quæ potest mouere Principem. Panor. in. c. cæterùm de rescrip. Felin. in. c. super literis. num. 8. eo. titu. Deci. nu. 9. Socin. cõsi. 251. libr. 2. Bar. in. l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. publi. c. postulasti. de resc. iuncto. capi. si motu. de præb. libr. 6. Quod verũ expresse, & specificè, nõ autem in genere. ca. cum dilecta. & ibi Panorm. notab. 3. de resc. Item etiã de causa impulsiua. proutest casus singul. in. c. postulasti. d resc. per quam superior nõ ita de facili concessisset. vt est. l. 2. ibi, *saluo si no hiziere.* titulo. 11. libro. 1. suprà. vbi omnino vide.

Item de iure ciuili in rescriptis addẽda est clausula illa, (si preces veritate nitantur tex. cum gloss. in l. fin. C. de diuersis resc. c. vniuersa. 25. q. 2. gloss. in cap. ex parte. d resc. Et hęc est communis opinio in locis præcitatis.

Tamen ex consuetudine nostra ætate semper huiusmodi clausulæ censentur appositæ. Barto. in l. à Diuo Pio. col. 2. ff. de re iudi. Alberic. in. l. fi. C. de diuers. resc. Confirmatur, quia huiusmodi clausula est solita apponi, ideo licet omissa fuerit, intelligitur apposita. c. 1. de precar. & in. c. cùm. m. de consti. Din. in regul. Culpa caret. de regul. iur. lib. 6. l. fin. C. de fideiusso. Segur. in repe. l. 3. §. fin. num. 31. vbi latissimè cõprobo. ff. de liber. & posthum. vbi Segu. vsque ad nume. 68. exclusiuè plures decisiones citat in isto proposito, ex quibus longam repetitionem hic facere possemus. Quibus est addendus etiam Couarru. in rubric. de testamentis. 2. part. numero. 14. & Cepol. cautel. 92.

Nota quòd ea, quæ celebrantur. & Bernard. tractat. fallentiæ. regul. 98. vbi dicit locum habere in clausulis præiudicialibus. l. certi. condictio. §. si nummos. ff. si cert. peta. Quid in contractibus? Vide gloss. in l. pen. verb. præcipimus. C. de trãsact. Bald. in. l. 1. C. manu. & vindict.

Itẽ rescriptum redarguitur de falso, cùm habet clausulã insolitam apponi in rescriptis similib⁹. gloss. in cap. ex parte. de resc. text. in cap. quod super his. d̃ fide instru. & in c. quàm graui. de crimi. falsi. l. constitutionibus. ff. ad municipal.

las embien mostrar: y entre tanto que este sobreseyda la execucion hasta que nos mandemos proueer sobre ello, como la nuestra merced fuere: y si por las tales cartas fueren emplazados los juezes y oficiales y otros qua-

Quod etiam est in priuilegijs. gloss. fina. in capitulo causam. 2. de testib. doct. in capitulo quod super his. de fide instru.

Item etiam idem in libello firmat gloss. magn. in. l. diuturna. ff. de legib. not. in capitu. primo. de lib. oblatio. Denique in omnibus contractibus. gloss. in. l. si quis sub conditione. ff. de cond. insti. Notat Barto. numero secundo. in. l. quicunque. C. de apoch. publi. libro. 10. capitulo illo vos. de pigno. Quibus iuribus apertè insinuatur, quòd clausula in cõsueta apponi, apposita in cõtractib⁹, reddit eos suspectos. las. in. l. testamentum. colũ. fin. C. de testam. Cepola de simula. cõtractus. præsumptio. 26. nu. 80. Hippoly. in. l. de minore. nu. 13. ff. de quæstio.

Item quando rescriptum Principis continet clausulam iniquam. l. quoties. C. de precib. Imperat. offerend. & l. nec damnosa. eod. titulo. vt quia diceret, quòd aliquis faceret quicquam iniustè, & in præiudicium tertij, tunc erit obediendum literis tanquam emanatis à Principe & super executione erit supplicandum. capitulo si quando. de resc. Illud enim est, quod in quibusdam istius regni legibus habetur *sean obedeſcidas y no cumplidas.* capitulo cùm apud Thessalonicam. 11. quæstione tertia. Felin. in capitulo quærenti. numero sexto. de offi. delega. Et vide sing. quæstionem per Robert. Marant. in suis disputatio. disputa. 1. scilicet, An ordinarius loci ad mandatum delegati à principe teneatur exequi sententiã ipsius delegati euidenter iniustã, & an possit de facto sibi resistere.

In mandatis aduertendum est, an sint iusta, an iniusta, vel ambigua. In primo casu obediendum est Principi quo ad omnia. In secundo supersederi oportet q̃ ad executionem, & cõsulendus est Papa, seu Princeps, nisi secunda iussione primum mandatum, quod videbatur iniquum, cõfirmet. Tũ quia in principe præsumitur causa iusta. gloss. in l. relegati. ff. de pœn. Felin. in capit. quæ in ecclesiarũ. numero. 63. in fin. de consti. ergo ei obediendum, cùm ex geminatione rescripti constet de eius iusta voluntate. Latè Gomesi. in capitulo primo. num. 196. de constit. libro sexto. Quid si præcipiat peccatum, vel materiam scandali præstet rescriptum? Panor. in capit. cum teneamur. numero secundo. de præbend. tenet obediendum nõ esse. Quia tantùm dispensatio in his, quæ iuris positiui sunt, est ei concessa, & non dissipatio: nec habet potestatem supra ius diuinum ad ipsum dissoluendum. Cle. Ne Romani. de elect. Facit gloss. singu. in l. 2. C. de preci. Imperato. offeren. Roma. consi. 310. Alibi dicam de potestate Papæ & Imperatoris, quæ summa est in terris. Paul. Parisi. consilio. 5. numero. 87. libro quarto. vbi de potestate principis agit.

leſquier, que no ſean tenidos de ſeguir ni pareſcer al tal emplazamiento: ni por ello cayan en pena alguna ellos embiando mostrar ante nos las cartas y el fecho a los plazos en las dichas cartas contenidos.

Quæro. 15. Subreptio quomodo tollatur? Dic quòd tollitur per clausulam motus proprij. capitulo si motu proprio. de prebend. libro. 6. De qua clausula per Celsum in clausula. folio. 11. columna octaua. Gomesi. in capitulo primo. numero. 197. de constitu. libro sexto. Rebuffus in concorda. tracta. in forma mandati apostolici. verb. motu proprio. pagina. 181. vbi ponit plures effectus huius clausulæ. Secundo etiam tollitur per clausulam, Non obstante. capitulo non potest. de præbend. libro sexto. De qua per Chassanæ. in consuetudi. Burgund. folio, 331. columna quarta, numero secundo. Tertiò per clausulam. Si non sit alteri ius quæsitum. ipsa enim tollit omnem subreptionem, quæ à tertio allegari posset, dicente sibi rescriptum præiudiciale: nec est opus alia mentione coloratæ possessionis. Cardi. consi. 93. Nobiles viri. Quia rescriptũ videtur cõcedi sub condictione, si nõ præiudicet alteri in iure quæsito. c. quãuis. de resc. libro. 6. & c. si postq̃. de præb̃. lib. 6. Felin. in. c. super literis. col. 7. nu. 11. de rescri. Quartò ex clausula, Ex certa sciẽtia. tollitur obreptio. gl. in capit. 2. de fil. presbytero. Felin. in capitul. cùm inter. de excep. Baberi. in. §. hæreditas. colum. 6. Instit. de hære. instituen. Hippol. singu. 440. Princeps nõ præsumitur. Latè Paulus Parisi. consilio. 3. numer. 70. libro. 4. columna. 7. versicu. & stante certa scientia. & in consili. 5. numer. 120. eod. libro. 4. in quibus locis citatur prædicta gloss. dict. c. 2. & Innocen. in. c. 2. de confirm. vtil. vel inutil. Ioan. Andræ. in capitul. fina. vt lite penden. & Ioan. Mil. in suo repertorio. ver sicul. scientia. in prin. Quod enim Princeps facit ex certa scientia, credendum est id esse factum pro vero, & scienter, non autem ignoranter. secũdùm Bart. in. l. conficiuntur. ff. de iure codicillo. nec tale factum potest in dubio reuocari, cùm hęc clausula excludat omnem ignorantiam, & errorem. secundùm gloss. in capitulo ad hæc. de resc. & Panorm. & Felin. in capitulo nõnulli. numero. 44. eodem titulo.

Adde Ripam in libro secundo responso. capit. 6. numero. 10. vbi dicit, quòd clausula, Ex certa scientia. non purgat vitium obreptionis, & subreptionis. Quod procedit in his, in quibus non præsumitur Princeps habere scientiam, & tunc nihil operatur ista clausula. Latè Rip. libr. 3. responso. capit. 18. nu. 6.

Quintò idem dicunt quidam in clausula, Ex plenitudine potestatis. cũ tamen operetur sicut motus proprius, secũdùm Alexand. consil. 33. libro quinto. Barba. cõsil. 27. libro. 2. & consil. 13. columna. 8. libro. 3. Hipp. in. l. de vno. nu. 24. ff. d̃ re iudic. Paul. Parisi. consil. 5. nu. 119. lib. 4. & cons. 15. nu. 64. lib. 2. vers. & talis clausula. &c. vbi plura allega. & in cons. 1. n. 68. eo. lib. 2. Quęoperaẽ etiã, vt principi non possit dici, Cur ita facis? secundùm Bald. in prælud. feudo. col. 9. versic. sed pauca.

Sextò clausula, Pro expressis habentes. Felin. in. c. in nostra. corol. 9. de resc. Deci. consi. 341. Viso puncto. col. 1. Rebuf. in concord. Franciæ in forma mandati. in verb. pro expressis. pag. 174. Parisi. cons. 3. nu. 65. lib. 4. Felin. in cap. nonnulli. versic. fallit quartò. nu. 8. de rescript.

Septimò idem dicunt aliqui in clausula, supplentes omnes defectus. de qua consuluit Decius cons. 341. col. 2. Panor. in. c. illa. de electio. Rebuff. in dict. forma mandati apostolici. verb. iuramento. vers. aliquando vidi in rescriptis. vbi probat, q̃ tollit tantùm defectus iuris positiui, non naturalis. Nec incapacitatem personæ tollit. Et ad hoc nonnulla citat ibi, quæ per te videri possunt ibidem. Pau. Parisi. cons. 11. col. 1. nu. 4. lib. 4. & consilio. 3. num. 44. eod. lib. 4.



*¶Ley. VI. Que no se gane carta dela chancilleria contra carta que el Rey aya dado: saluo enxeriendo la primera carta.*

¶El Rey don Alonso en Alcala. Año de mil. ccc. lxxxvj.

*ADDICION.*

*¶Esta ley se contiene en la ley 5. titul. 14. libr. 4. Recopil.*

Establescemos, que si alguno quisiere ganar carta de la nuestra chancilleria contra otra nuestra carta que ayamos mandado dar: y fuere fallado que el impetrãte la deue auer: mandamos que en la segunda carta sea contenido y puesto el tenor d̃ la primera carta todo complidamẽte: y otrosi razon derecha porque deua ser dada segunda carta: y si fuere la primera carta librada por los Alcaldes de la nuestra corte: o por algunos dellos, que los mesmos Alcaldes que dieron la primera, den la segũda si estuuieren en nuestra corte: en otra manera que no sea dada vna carta cõtra otra.

Quæro.16. Qui rescripto falso, vel adulterato vtitur, quæ pœna teneatur? Dic quòd si de falsitate constat, debet degradari. gloss. in capit. ad falsariorum. de cri. fals. gloss. in capit. ex parte. de resc. Et falsarius literarum Papę est excommunicatus. dict. cap. ad falsariorum. vbi si habet beneficia, illis est priuatus. Item multò fortiùs est inhabilis ad habẽdum. argu. c. quemadmodum. de iur. iur. Rebuff. in tracta. de pacificis possessori. numero. 204. Sed est dubiũ, Vtrùm falsans breue, incidat in pœnam dict. capit. ad falsariorum? Glo. in reg. cancell. 25. & Deci. consil. 175. In causa falsitatis. tenent quòd nõ, quia loquitur in bulla, id est, in literis apostolicis, quæ habent plumbum, non autem in breue, nam breuia non plumbãtur, & ideo literæ apostolicæ dici non possunt, ac per consequens secundum prædictos debet extraordinariè puniri. Ita Ludo. Gomess. in tracta. breuium. nu. 2. vbi in numero. 5. probat quòd est rescriptum apostolicum, ac per consequens comprehendit sub se falsantes, vt teneantur pœna dict. capitu. ad falsariorum.

Quæro.17. Qua pœna sit puniendus, qui rescripto inualido vtitur? Dic, quòd si à parte petatur, is in expẽsis damnatur. Spec. de expens. §. iuxta. versi. Et nota. gloss. in capit. fin. de resc. Panormi. in capit. cùm sit generale. de for. compet. & in. capit. de probatio. & sic pronunciabit se non iudicem, & partem iniustè trahẽtem reum in iudicio coram eo condemnabit eadem sententia in expẽsis. gloss. l. 3. §. si rem. delega. 3. gloss. l. non solùm. ff. de rei vendi. docto. in. l. terminato. C. de fruct. & liti. expens. tex. singula. in clem. 1. ibi, si quis autem aliquem contra hæc vexare præsumpserit, in expensis sibi & interesse per iudicem (coram quo vexatio sit hmõi) condemnetur. &c. de rescriptis.

Quæro.18. Quod rescriptum dicatur falsum? Dicendum est illud rescriptum esse falsum, quod nunquam à cancellaria, vel à Principe emanauit, sed priuatus sibi effingit, aut alius. ca. licet. & cap. quàm graui. de crimi. fals. gloss. in capit. in memoriam. 19. dist.

Isti falsarij non censentur absoluti per bullã, in qua fit prouisio beneficij. secũdũ Rebuf. in praxi beneficiorum. titulo. Declaratio nouæ prouisionis. pag. 209. nu. 11. Quod est notandum.

Item talis falsarius amittit beneficiũ. tit. De modis amit. benefici. pag. 471. nu. 43.

Falsitas citiùs præsumitur secundùm eundem ibi. pagi. 110. nu. 25. tit. Differentiæ inter rescriptũ gratiæ, & iustitiæ.

Falsificatur potiùs priuilegiũ, quàm rescriptũ. ibi. pagi. 97. nu. 24. Differentię inter rescripta, priuilegia. bene. & mandata.

Rescriptum in dubio præsumitur verũ. l. si pe-

culium in fin. ff. de pec. legato. gloss. in. l. pen. C. ad legem Corn. de fals. quæ ait, quòd non præsumitur falsitas. notab. secundùm Cassador. decisio. 10. sub titu. De præbend. nu. 4. Et ideo is, qui allegat falsum, vel subreptitium, hoc debet probare. c. accedens. de crimi. fals. l. actor. C. de proba. l. ei qui. ff. eo. Probaui latè suprà in quæstione. 11.

Quæro.19. Irrationabile rescriptum quod dicatur? Dicillud esse, quod est contra rationem, & rationi obuium. tex. in cap. causam. 2. in fin. de testib. Nam potest esse, quòd pars dixerit veritatẽ, & princeps non concedenda concesserit, vt si alicui indulgeat, ne debita sua soluat, [hoc inciuile, & irrationale est. l. 2. C. de precib. Impe. offer. vel post rem venditam, & traditam si quis impetret, quòd ei restituatur, hoc inciuile est. l. inciuile. C. de rei vendi. etiam si duplum offerret. l. nõ est probabilis. C. de resc. vendi. nisi sit minor, vel dolus in sit, aut alia causa. De quo agit Rebuff. in constitutiones Regias Galliæ. 2. parte. pag. 28. nu. 132.

Quæro.20. Vtrùm rescriptum adhuc diuidatur? Et dic quòd sic. Quoddã enim est odiosum, alterum fauorabile, aliud mixtum. Odiosum est, quod in odium aliquorum, vel alicuius datur, vel pœnam, aut odium continet, & hoc restringitur. argu. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. l. pen. ff. de pœn. & isto respectu rescripta sunt stricti iuris, & non amplificanda vltra casum in eis deductum. capit. P. & G. de offi, delega. capit. Rodulphus. & cap. significante. de resc. Gomess. in cap. cùm multis. nu. 65. eo. tit. lib. 6. Hinc infertur, quòd masculi appellatione, non veniet fœmina, vt ibi per Gomess. nu. 66.

Hinc etiam si mandetur, quòd tam priuilegiati, quàm non priuilegiati teneantur soluere regi, vel alteri centum, non comprehenduntur hi, qui priuilegium in corpore iuris clausum habent. per text. iuncta gloss. in. l. 2. §. in legatis. ff. de iudi. quia hoc est odiosum secundùm Rebuff. in tract. de priuileg. schola. priuilegi. 179. tenet Felin. in capi. 1. numer. 10. de rescrip. per text. quem ad hoc dicit singular. in. l. 3. C. de silentiarijs. & decurio. eorum. libro. 12. & secundùm Ias. in. l. 1. nume. 80. C. de sum. Trinita. Roma. consil. 436. versi. Tertia ratio principalis. Paul. de Cast. consil. 146. libr. 1. nume. 1. Ias. in. l. sicut. numer. 10. column. penulti. C. de testa. mili. & in. l. 1. numer. 16. ff. de constitu. princ. Tiraquell. de vtroque retracta. libro. 1. §. 1. gloss. 14. num. 104. fol. 133. colũ. 2. Quod est memoria dignum.

Item hac ratione iurisdictio delegata cùm sit odiosa. vt est glo. processus. in capit. 1. de resc. libr. 6. est stricte intelligendum rescriptum, in quo datur. Barb. in rub. de resc. in clemen. colum. 2. vers. Quo ad primum. Vanti. de nullita. sententia. rub. Quibus



Quibus mod. senten. nulla defen. num. 64. pagin. 359. vbi vide pro intellectu istius illationis.

Item literæ ad lites, non extenduntur ad lites post impetrationem rescripti de nouo ortas. glo. fin. in Clem. Literas. de rescript.

Quæro. 21. Rescriptum fauorabile quod dicendum sit? Dic, quod est continens fauorem: quia nulli, cui sit ius quæsitum nocet, & impetrãti prodest. Et hoc ampliatur. l. placet. ff. de lib. & posth. l. si. de const. princ. cap. cùm dilecti. in si. de dona. Hippolyt. singul. 453.

Hinc est, quòd potestas legitimandi est fauorabilis, & non odiosa, cùm remoueat tantùm impedimentum inductum à iure positiuo, & ideo est extendenda, ac benignè intelligenda, non strictè. text. in capitu. per venerabilem. qui fil. sunt legit. vbi in hac principis cõcessione procedit argumentum à maiori ad minus. quem ibi dicit singul. Panormita. & in capit. ad aures. colum. 4. de resc. & in capit. at si clerici. §. de adulterijs. colum. 5. de iudi. Philipp. Franc. in capit. cui de non sacerdotali. colum. 2. de prębend. in. 6. Barba. in tracta. de prestantia Cardin. 2. part. quęstione. 1. colum. pen. ad idem est gloss. in clementi. vnic. de ofii. vic. verb. sacerdotium. quòd potestas dispensandi non est stricte interpretanda. sing. secundùm Card. ibi. & Panormita. in capit. fina. de simo. & in dicto. §. de adulterijs. Felin. in capitul. g. perpetuus. de fide instrumento. & in dict. capit. final. de simoni. vbi textus eandem opinionem probat. & Feli. in cap. postulasti. numer. 10. colum. 15. versic. limita. 4. de reseri. Deci. consil. 76. colum. final. vbi approbat istam conclusionẽ, & probant etiam adducti per eund. consil. 453. numero. 2. & est communis opinio secundùm Lancelo. Galiaula. in. l. 2. colum. 3. Alciat. numer. 41. ff. de verborum obligatio. Doctor Couarru. in epitome. 4. decretali. 2. part. cap. &. §. 8. numer. 6. vbi plura in hoc videbis deriuata ex eo quod dicimus, quòd potestas legitimandi est fauorabilis. Hanc tamen opinionem intelligendam censeo eo casu, quo non sunt alij legitimi, quibus versetur præiudicium ex tali legitimatione, vel quia dispensatio est, vt non legitimus promoueatur ad sacros ordines. ita Panormita. in dict. capitu. ad aures. numer. 8. & eo non citato tenet Deci. consil. 453. num. 6. & ex eodem Deci. consi. 425. colum. 2. numer. 9. ergo de dispensatione seu potestate, de qua loquitur Panor. est intelligenda conclusio.

Item etiam vt huiusmodi legitimatus habet honores, & præeminentias omnes, quas cæteri legitimi, non tamen quo ad successionem hereditatis, nam isto respectu est odiosa, & si in rescripto non fuerit dictum, non est ampliandum vltra suos fines tale concessum, seu indultum. per prędictã. l. 12. Tauri. & ibi Palacios Rubi. num. 1. ex quo nu. 2. deducitur, quòd legitimatio tantum valet, quantum sonat. Vnde si legitimetur, vt succedat patri, vel matri, non succedet auis, nisi de his facta fuerit mentio in legitimatione. Et prędicta illatio colligitur, quia hoc casu est odiosa, cùm tendat in prędudicium legitimorum successorum patris naturalis, vt supra habitum est. Confirmatur ex Gozad. consi. 29. numer. 5. Parisi. consi. 9. numer. 35. libr. 2. Bald. in. l. cùm filius. ff. de testam. mil. Alex. consil. 94. colum. 4. libr. 1. & consil. 60. colum. 8. lib. 2. vbi potestas legitimãdi censetur commissa absq; præiudicio alterius, cui est ius quæsitum.

Quæro.22. Mixtum rescriptum quod dicatur? Dicendum esse illud, quod partim fauorẽ, partim odium continet. argumento. l. sed si hac. §. fina. ff. de in ius vocand. Et hoc nec restringi, nec ampliari debet: nisi quo ad ea, quæ sunt consequutiua rescripti. l. q procuratorẽ. ff. d procur. l. 2. de iur. omn. iu. vi. l. venia. C. de in ius vocãd. Et in his rescriptis attẽdit cõclusio. Bal. in. l. prędscriptione. in fi. C. si contra ius vel vtili. publi. sicut in cõtractu. l. si voluntate. C. de edend. l. 1. ff. eo. tit. Bart. in. l. certi cõ dictio. numero. 2. ff. si cert. peta. Deci. consil. 136. nume. 1. Et ad iustificandum placitum, seu rescriptum regis sufficit quæcunque occasio. Bal. in ca. ecclesia. penul. col. vt lit. pen. refert Iaso in consil. 144. col. 3. libr. 2.

Quero. 23. Vtrùm rescripta sint iudicibus intimãda, & integrè, ad hoc vt effectum habeant? Sit pars affirmatiua, aliàs nihil valerent. Bald. & Barba. in rubr. de resc. extra Spec. in titul. de resc. præsenta. in princ. versic. objicitur. & sic integræ sunt producendæ literæ apostolicæ. argu. l. inciuile. ff. de legib. l. de his. ff. de trãsact. Et integrũ dr, quod ex oibus suis partibus cõstat, ita q̃ totũ legi posit ad verbum. l. fin. C. de preci. imper. offerend. cap. cõtingit. de fid. instr. Rebuf. in. l. sylua. §. integra. ff. de verb. sign. vbi declarat quid dicatur integrũ.

Quero. 24. Vtrùm data rescripti, vel præsentatio sit consideranda? Sit conclus. Prędsentatio literarum attenditur in literis de iustitia, quo ad hoc, vt iudex ab eo tempore iurisdictionem habeat, non antè: quia tacita inest conditio, si literæ præsentent. c. vt debitus. de appella. Rebuff. in princi. pagi. 113. nume. 53. tit. differentiæ inter resc. gratiæ & iustitiæ. versic. 22. est. &c.

Secunda conclu. In literis gratiæ inspicitur tẽpus datæ: quia in illo instanti est ius quæsitum parti. c. eam te. & cap. constitutus. de resc. & cap. eum qui. de præbend. lib. 6. Rebuffus vbi suprà. capi. si eo tempore. & ibi gloss. de reseri. libr. 6. idem Rebuff. in conc. in forma mand. apostoli. in gloss. datum. pagin. 206. colũ. 1. cle. literas. vbi gloss. verb. post datam. de rescrip. Oldrald. consil. 58.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Item disposítio noua non extenditur ad subiecta,quæ non sunt inesse tempore disposítionis.capit.ad audientiam.de eccl.non ædifi.Domini. cõsil.69.nume.6.Spectamus initium.glosſ.in ca.statutum.verb.canonicis.de resc.lib.6.Feli. in capit. eam te.num.18.de rescri.per quem videbis fallentias.vbi est tex.cum gl.in verb. datam literarum. Hinc est,quòd si impetrans tempore impetrationis erat laicus, quãuis tempore prouisionis sit effectus clericus,nõ valent literæ, quia inspicitur tempus datæ. Calderi. & Imol.in capit.secundo. de instit.adde quæ notat Loaz.in tractat. de matrimo. reg.Angliæ.fol.67.numer.14. vbi latè. Tiraquell. de primogeni.quæstione. 34. numero. 20. Cæsar Lamber. de iure patro.29.articu.7.quæst.princi.1. par.2.libri.

Quæro.25. Quis possit rescripta concedere ? Respon. Primò summus Pontifex. Clement.1.infrà. eo.ibi,apostolicæ sedis.& cap. Rainutius. de testa. & per totum titu. de resc. Et hæc vocantur interdum literæ apostolicæ.cap.nonnulli.§.final.&.c. literis.& capi.fin.isto titu. vel rescriptum apostolicum.in capi.si proponente.eodem titulo. Quando que Papa vocat,scripta nostra.cap.si pro te. de resc.lib.6. Et vocatur commissio rescriptũ illud, per quod causa alicui committitur.capit.sedes. de resc. Barba.in rubri.de resc. dicit quòd Papa possit rescripta concedere.colum.12. versic. quo autẽ ad.3.lib.Clementinarum. Item Imperator concedit rescripta.vt in rub.de diuers.rescrip. & in rub. de precib.impera. offerend. Et interdum vocatur diuina iussio.in authenti.vt diuinæ iussio.subscriptionem habe.colla.8.& ad valorẽ eius requiritur subscriptio principis,vel cancellarij.vt ibidẽ.& in l.sacri affatus.C.de diuersis resc.

Aliquando vocantur rescripta sacri affatus. l. pen.de diu.resc.& sacrum oraculum.l. fina. de diuers.resc.l.& si legibus.C.si cõtra ius. & sacræ formæ,aut iussiones.in rubri.in medio litis non fieri sacras formas.§.1.colla.8.Etiam nominatur imperialis concessio.in.l.si quando.C.de inoffic.testa. & diuina iussio.in.l.vni.C.de mand.prin. vel simpliciter literæ.c.2.de resc.sed solet addi, literæ regis vel Papæ.

Item rex Hispaniæ,& Francię,& quilibet alius princeps non recognoscens superiorem rescripta concedere potest.Barb.in rub.de resc.colũ.12.in Clemen.citat Bar.in.l.4.§.actor.ff.de re iud.& in l.infamẽ.ff.de publi.iudi.l.nõ ambigitur. de legi. &.l.1.§.de qua re.de postul. vbi parum probatur, decisio tamẽ in se est verissima.text. est hic.& per totum tit.infra.& in.l.29.cum seq.titu.18.parti.3.

Item Cancellaria literas cõcedit , siue sit Papæ. vt in cap.ad hæc.de resc.& in cap.porrecta.de cõsti.vtil. vel inutil. Et in Hispania sunt plures cancellariæ,Pinciana videlicet,Granatensis,& nouiter nunc creata Hispalensis.Et quælibet cancellaria nõ concedit literas nisi,in sua prouincia & territorio deputato à Catholicis regibus Castellæ.& de eis est.l.15.titu.4.libr.2.ordinam.quæ omnino sunt obtemperandæ.vt ibi habetur. & ibi.l.19.

Item legatus Papæ,& Collegium Cardinalium rescribit.De primo est tex.in Clemen.1.de rescri. quia etiam statuta in sua legatione condere potest.c.fin.de offi.lega. & ibi Anto. Butri.facit.c.1. de locat. De secundò.argu.capi.ecclesia senatum. 16. qõ.1. Hinc vacante sede ad Collegium Cardinalium appellatur.Bar.in.l.vbi absunt.ff.de tuto. & curat.datis ab his. & potest quem ad famam restituere.Inno.in.c.cùm te.de re iudi. doct. in clemen.ne Romani.de electio.

Item episcopus potest rescriptum concedere, adiuuando ius,non destruendo.cap.2. de constit. libr.6.glosſ.verb.tolli. in clemen. ne Romani. de electio.Item omnes,qui iurisdictionem supremã habent , & aliàs possunt statuta condere, possunt rescripta concedere.Hostien.in sum.de rescrip.§. quis possit.Barbati.idem firmat.col.12.in.d.rubr. de resc.in clemen.

Quæro.26. Quis possit rescriptum impetrare? Sit conclusio. Omnis homo,qui non est prohibitus,poterit rescriptum impetrare.Barba.loco proximè citato.col.3.versicul.quo ad secundùm.Sua detur.Edictum est prohibitorium certarum personarum.capi.1. de resc.libr.6.ergo regulariter est permissorium in casibus non exceptis. argumẽ.l. mutus.§.cùm quæritur.ff.de procura. Hostien.in sum.isto titul.§. quis impetrare.siue sit actor, siue reus.c.cæterùm.cap.ad hæc.capi. cùm contingat. capit.olim.cap.dilectus.& cap.fina.de resc. cap. dispendia.eod.titu.6.

Quęro.27. Quæ personæ sunt prohibitæ rescripta impetrare?Respon.seruus.l.1.C.de precib.imperato.offerend. nisi in casibus ibi à Iaso.traditis.

Quid autem de monacho? Et videtur idem dicendum,quia nõ habet velle,nec nolle,& est mortuus quo ad mundum.capit.placuit.16.qõ.1.Item seruo est æquiparatus. Cum etiã, quia seruos Dei non oportet lites frequentare.capi.sicut. el.1.2.q. 7.c.2.de postul.facit.Clemen.vni.de testam.& in clem.exiui.de verb. significa. quibus est cautum, quòd monachi non possunt esse executores vltimarum voluntatum, ergo multò minus impetrare,maximè rescripta ad lites absque licentia abbatis,guardiani,seu prioris.

Præterea vbi viget paritas rationis & nominis, versari debet æqualitas dispositiõis: sed seruus nõ potest impetrare, & versatur eadem ratio in monacho, ergo idem de ipso erit dicendum. Adduci possunt quæ Tiraquell.not.in tra.de nobili.capi. 26.& hanc sententiam approbat Barb. colum. 12. versi.quid in monacho,vel moniali.in.d.rubr. de rescrip.in clem.



In oppositum facit,nam monachus potest agere etiam sine mandato pro defensione sui monasterij,vel abbatis.Rot.decisio.334.in nouis.si ergo pro defensione alterius poterit agere, à fortiori p̃ sua impetrare rescriptum.

Item,monachus non habet velle, nec potest agere sine licentia abbatis, sed ea stante potest : sed sic est,quòd quãdo expresso statu monachali petit rescriptum ad agendum,iam habet velle ex licentia Papæ concedentis,qui est supra omnes, ergo si fuerit concessum, valebit. quia non poterit. intelligitur Papa denegãte, non aliàs. Præterea si monachus esset spoliatus,poterit petere restitutionẽ,gl.fi.& Panor.nu.13.in.c.cùm dilecta. de resc.

Item si ad sui iuris conseruationem fuisset necessarium rescriptum, vt si esset ei commissum beneficium,nemini dubium est, quòd poterit impetrare,cùm defensio omnibus competat.capi. cùm inter.de exceptio.c.si verò.de senten. excommu. tum etiam,quia ad concessionẽ antecedentis censentur omnia commissa, cũ quibus explicari meliùs potuit.l.2,ff,de iurisd.omni.iudi.sed defensio personæ & rerum vnicuiq; est commissa , ergo ad ista facienda rescriptum impetrare poterit conrra Barba.loco præcitato.

Quid verò de filiofamilias, potest in dubiũ controuerti? Et videtur quòd non,quia seruo æquiparatur.arg.l.placet.ff.de acq. hæredi. Item sine licẽtia patris non potest esse in iudicio.l.fin.§.necessitate.C.de bon.quæ liber.nor. & singu. secundùm Bart.ibi.cui adde Iasin.l.1.§.item acquirimus.nu. 9.ff.de acquir.poss. Ita ergo dicendum erit ad impetrandum esse inhibitum filium cõstitutum sub patris potestate.argu.l.oratio.ff. de sponsa.

In oppositum facit, Edictum de impetrãdo est prohibitorium,id est, quòd nõ expresè prohibiti admittuntur, filiusfamiliàs non est prohibitus impetrare,ergo poterit id facere.Barb,in rubri.de resc.nume.34.Panormit.& Felin.in.c.causam.2. de iudi.singulariter Rota in nouis decisio.175. Cõmissio impetrata.sub titul.de resc.quia non refert per quem preces porrigantur Imperatori. l. vniuersis.C.de preci.imperato.off.Bald.in.1.1.C.qui admitti,Aegidi.de Bellamera. decisio.730. Commissio.Barb.vbi supra. Item quia rescripti impetratio non est actus iudicialis.vt ex Rota nou. vbi supra constat. nam ante præsentationem non habet effectum.capi.vt debitus.de appellat.& etiam post præsentationẽ nõ dicitur de processu. Quod probo. Vbi non est iudicium, ibi non est processus.vt probatur in.l.edita.secundùm communem intellectum.C.de edendo.& iudicium à citatione incipit.vt in.§.fin.Insti.de pœn.tem.litigan.quæ est primus actus iudicialis,de processu dicitur, nõ autem rescriptum,vel libellus præcedens. vt concludit Lanfran.in capit.quoniam contra.verb.citationes.in prin.Ludo.Gomesi.in cap.1. numer. 23.de rescr.lib.6. ergo nimirum si ille, qui non est aptus ad cõparẽdum in iudicio, sit aptus ad impetrandum, maximè quia princeps inhabili rescriptum concedẽdo , illum habilem facit.l. quidam. ff.de re iudic.

Hæreticus rescripta nõ impetrat.l.2. C.de sum. Trini.glo.in cap.super literis.isto titul.facit. cap. quicunque.de hære.libr.6.

Quæro, Vtrùm excommunicatus possit rescriptum impetrare? Respond.secundùm tex. in cap. 1.de resc.lib.6.vbi Gregorius Nonus ait: ipso iure rescriptum , vel processus per ipsum habitus non valet,si ab excommunicato (super alio quàm excommunicationis vel appellationis articulo) fuerit impetratum. Declara tamen hunc text. vt per Barba.in rubr. de resc.in Clem.colum.4.cum.2. sequen.vbi aliquas limitationes subiũgit.ampliat & limitat pluribus Felin.in capi. venerabilem. de exceptio.col.1.nu.2.vsque ad.10.

Hinc impetratio literarum ad beneficia obtenta ab excommunicato nulla erunt.argumẽ. text. in dicto capitul.1. quo nulla censetur impetrãtio rescripti ad lites : igitur maiori ratione nulla erit impetratio literarum ad beneficia. etenim hæc argumentatio probatur ex capit. ad audientiam. 2. de rescr.& in capi.quanuis.de præbend.in.6.Cardina.in clementi.1.§.1.quæstio.3.de religio.domi. etiam si impetrans ipse inscius sit excommunicationis.quod expressim notat Panormita. in capi. penulti.de cleri.excommu.ministrant. docto.in cap.pastoralis.§.verùm.de appella. Quanuis glo. in dict.cap.penul.& in dict.§. verùm.& Cardina. cons.40.Felin.in cap.sicut tuis.colum.2.de simo. Milis in repertori.verb. excommunicatus maiori.& Rota antiq.decisio.280.incipit. Nota glossa. teneant contrarium,imò quòd excommunicatus ignorans se excommunicatum potest impetrare beneficium. Ad euitandas huiusmodi opiniones Romana curia quoties fit collatio beneficij , aut danꝰ literæ ad beneficia , solet apponere clausulã. ipsum à quibusvis excommunicationis suspensionis & interdicti.&c.vbi Papa tanto mouetur affectu in impetrantem,vt omnino ei prouideri velit etiam si sit excõmunicatus, & absoluit eum ab excommunicatione , suspensione , & ab aliis censuris,tam à iure,quàm ab hnmine latis : aliàs rescriptum impetratum ab excommunicato non valeret.per dict.cap.1.de resc.lib. 6. quã refert Rebuffus in Praxi beneficial. titul. de clausulis mandatorum.num.9.pagin.102.& in rub.de excom.non vitand.

vitand.in concordata. Couarru.in capit.fin.1.par. §.7.num.3.de sententia excommu. lib.6. Vtrùm autem excomm.possit impetrare pro alio? Videtur quòd sic,si non opponatur.Felin.c. dilectus filius.nume.13.de rescr.

Quæro.28. Vtrùm literæ apostolicæ possint impetrari absque speciali mandato? Sit conclusio. Literæ iustitiæ debent impetrari ab eo, qui habet mandatum,aliàs non valebunt.capit. nonnulli.§. final.de resc.Rota noua decisio. 430. Fuit dubitatũ.sub tit.de cõmissio.Amplia & limita per Feli. in dict.§.fin.num.36. ferè per discursum.20. colũ. Barba.in rub.de rescr.in clem.fol.25. colum.3.ver sicul.prohibetur etiam quis impetrare. Secùs autem in literis gratiæ,& ad beneficia.Barba. vbi suprà.& ita practicatur, quòd ad dispensationẽ obtinendam in gradibus à iure prohibitis ad contrahendum vel huiusmodi sine mandato solet impetrari, quia est mera gratia & liberalitas Papæ.

Quæro.29. Contra quem rescriptum impetrari possit? Sit conclusio, quòd contra quemlibet, dummodo is,contra quem impetratur,sit in iurisdictione cõcedentis.cap.pen. de offi.vica. Hosti. in sum.huius titul.§. contra quem.

Dubitatur.30. loco, Vtrùm citatio sit necessaria in impetratione rescripti? Bald.in rub.de resc. dicit quòd in impetratione rescripti, si magnum contineat partis præiudicium, citandum aduersarium. Et eum sequitur Barba.consil. 43.Præclare. colum.18.libr.1.

In oppositum est tenendum, quòd pars nullo modo est citanda in impetratione rescripti,sed in approbatione,& verificatione sic.Bertrand. cõsil. 149.incip.Illud est.in fin.libr.1.probatur in.l.3.§. causa cognita.ff.de bonor.possess.& in.l.libertus. ff.de in ius vocand.& in.l.nam ita. ff. de adoptio. intelligendo ibi,impetrare,pro obtinere,quia nõ debet quis effectũ rescripti obtinere, nisi iudices comprobent.quicquid gloss.ibi & docto. notauerint.& in.l.final.ff.de natal.restit.& Barba.fol. 26. cel.4.versi.quo ad vltimum.in dict.rubr.Deci.in cap.cæterùm.nu.11.isto titul.

Quæro.31. Quæ requirantur in rescripti impetratione? Respond.plura, quæ sunt videnda per Rebuffum in constitu.regias Galliæ.2. part.pagi. 10.quæst.7.

Quæro.32. Quibus rescripta dirigi debent? Respondeo, quòd literæ gratiæ, quibus Papa cõfert sacerdotia,dirigunturillis, quibus ipse prouidet. cap.ad aures.de rescr.vt Paulus episcopus.&c. Dilecto filio.N.&c.

Si verò aliquem ad conferẽdum grauare velit, illi suum dirigit mandatum,seu rescriptum.ca. eã te.&.c.mãdatum.de resc.&.c.fi.de præb.in. 6. Et postea executoriales literas dirigit alicui in dignitate constituto.per.c.statutum.isto titul.lib.6. Si autem loquamur de literis iustitiæ Papæ,vel legati,& istæ diriguntur Archiepiscopis, & alijs prælatis,seu vicarijs,aut eorum officialibus.capi.2. &.3. de rescri.& alijs habentibus dignitatem, personatum, vel canonicis secularibus cathedralium ecclesiarum.dict.capit.statutum.in princip.eo. titulo.libro.6.

Causas matrimoniales episcopis Papa dirigere solet.c.causam matrimonij.de offic.delega. Et de iure potest etiam alijs habẽtibus dignitatem.c. 1. & ibi Panor.de consang.& affinit.Sed absque Papæ delegatione inferior ab episcopo cognoscere non potest.capit.accedentibus.de excess. prælat.

Literæ verò regis si sint iustitiæ,causæ cognitionem desiderantes,iudicibus tantum dirigi solent. Si vocat in eis aliquem particularem,cum ipso alloquitur.Partes autem huius regiæ prouisiõis, seu supplicationis, vnusquisque poterit videre, si ad stylum se conuerterit,ideo ampliùs in eo referendo non immorabor.

Quæro.33.Super quibus rebus rescriptum possit impetrari? Respond. super omnibus,tam spiritualibus,quàm prophanis.cap.2, & per totum.de rescript.Rebuffus vbi supra.pag.14.quæst.9.

Etiam super rebus corporalibus, & incorporalibus.capit.querelam.de electio.capit. dispendia. de rescri.libro.6.Item super ecclesijs & beneficijs. capit.2.& capit.ad aures.capit.cùm adeò.capit.in nostra.cap.capitulum.de rescri.Quod est verum, vt rescripta in spiritualibus causis, & super conferendis beneficijs,à Papa dentur, vt viris ecclesiasticis,capit.mandatum.de rescript.§.1. de mandat apostolic. in concorda. siue in causa appellationis.capit.primo. & per totum.de appellat. Nam cùm est appellatum ad Papam,ipse causam committit in partibus,vt in rubri. de causis. in concordat. Franc. Siue etiam in prima instantia, in causis tamen maioribus:quia in alijs Papa causam cõmittere non solet.vt habetur in dict.rubr.de causis. Quod est verum, quando impetratur ab eo, qui super his potestatem habet, aliàs non valet, quia non potest in messem alienam falcem immittere.cap.nouit.de iudic.

Regulariter super omnibus rebus rescripta impetrari possunt,distinctione tamen habita, vt Papa, vel ecclesiastici viri super rebus spiritualibus concedant, temporales verò super temporalibus rebus.Rescriptum contra ius nõ valet.l.rescripta. C.de preci.impe.offeren.l.fina.C.si contra ius.c. rescripta.25.q.secunda.gloss.in verb. noscatur. in c.1.eo.titu.libro.6.facit.l.25.cum.4.sequentibus. titu.4.libro.2.suprà. Et idem expressè habetur in hac.l.prima.ibi,*que sean contra ley,o fuero, o derecho, que la tal carta sea obedescida, y no cũplida.*&.l.2.&.3. cum seq.



cum seq.eod.titul.&.l.28.&.l.29.titul.4.lib.2.ordinam.supra.

Nec contra ius diuinum,quia inferior legem superioris non tollit.Clemen.ne Romani. de elect. capit.cùm inferior.de ma.& obediē.capit.noli.9. distinct.Siue contra ius naturale,quod est immutabile.§.sed naturalia.Institu.de iure natu. §.fina. 9.distinct.

Idem si esset contra concilia generalia.capi.ex parte.de ca.mona.nam sicut sancti euangelij quatuor libros,sic sancta concilia suscipere, & venerari oportet.capit.sicut.& per totum.15.distinct.

Si verò sit contra ius gentium, etiam dicitur vires non obtinere,vt pote si dominium rei meę aufert.gloss.in.l.quoties.C.de prec.impe. offer. Iason. in.l.fin.C.si contra ius.Panor.in capit. quæ in ecclesiarum.de constitu. & Anto. Burgensis in rub. de emptio.& vendi.colum. penulti.

Falliteo casu, quo princeps vellet auferre dominium rei meæ ex certa scientia, & plenitudine potestatis.probat Dueñ.in tracta.fallentia. regu. 43.limita.5.Faciunt quæ dixi supra.quæst.15.

Item si sit rescriptum contra ius ciuile, non valet.cap.imperiali.25.quæstio.2.l.non dubium. C. de legib.Petr.Ferrari.in pra. in forma. oppositio. contra instrumentum.in verb.cõtra ius.l.29. titu. 4.& tex.est hic.vbi idem habetur si sit contra ius consuetudinarium. & idem dic municipale, non facta illius iuris mentione.Bald.in.l.fina. C.si cõtra ius.& Matth.Afflictis in consti.Neapoli.libr. 12.rub.vt bannito liceat infra duos menses redire. nota.3.nume.7.

Quid autem erit in rescripto impetrato contra iuris pendentiam, & de litis pendentia nulla facta mentione? Dic quod non valet. Quia princeps in dubio non intelligitur rescriptum suum concedere in præiudicium alicuius.l.12. titulo. 4. libro. 2. ordina. hoc videtur probare,& est.l.38. tit.18.parti.3.tex.in capit.inter monasterium.& ibi Panormita.4.not.de re iudic.vbi rescriptum est ipso iure nullum, nisi in eo fiat mentio de vero statu cause,& sic de processu pendente.& singul.Iason.l. supplicare.nume.2.C.vt lit.pendẽ.limita secundum Aymo.consil.182.nume.4.

Ratio harum decisionum est, quia talia rescripta censentur concessa præter principis intentionem,propter multas,& varias occupationes, quæ obliuionis causam solent inducere.cap.cæterùm. de rescr.ca.ex parte.1.de offi.deleg.non enim præsumitur voluisse iura tot vigilijs excogitata subuertere vno rescripto.l.si quando. C. de inoff. testamen.c.ecclesia.de electio.

Vel quia præsumuntur impetrata per importunitatem,quæ aliàs non concederentur.l.1.C.de peti.bon.subla.lib.10.Rebuffus in tract.de rescriptis.tomo.2.consti.regi.Galliæ.arti.2.gloss.3.vbi aliqua bona scripsit.& est tex.hic. ibi, *Porque acaesce,que por importunidad de algunos nos otorgamos y libramos algunas cartas, o alualaes contra derecho, o contraley,o fuero &c.* gloss.in capit.1.de constit.libr.6. quia non præsumitur princeps spiritualis, seu temporalis aliquid concessisse contra ius, & ideo talis dispositio est inualida,ratione voluntatis, & non potestatis.Bald. & Ias.in dicta.l.rescripta.text.in capit.mandatum.de rescript.Rebuffus, qui est videndus pro declaratione istius dicti in constitu. reg.tom.2.in princip.pagina.15.numer.72. versic. limitatur quando.& quæ diximus suprà in princ. istius glossæ.

Quæro.34. Vtrùm impetrans falsum, vel tacens verum,præsumatur, quòd dolo fecerit? Respon. quòd non,imò ex simplicitate, vel ignorantia.gl.in.c.super literis.de resc.verb.priori modo. singu.secundùm Barba.rub.de rescr. fol.28. col.3. versi.vtrùm autem.in clemẽtinis.& Hipp. in rep. rub.ff.de fideiusso.nu.52.vi.tamẽ Barb.vbi supra.

Quæro.35. Quanto tempore duret rescriptum? Dic q; rescriptum non restrictum ad certum tempus, est perpetuum.l.falso.C. de diuers. rescript. nota.secundùm Barba.in rubri.de rescri.in clem. col.pen.versic.quanto autem tempore.glo.1.in.c. si autem.de rescri.vbi dicit,quòd semper valet rescriptum,dummodò aliud non sit impetratum viuente mãdatore,& eo mortuo si præcessit citatio. c.licet.de off.deleg.vbi gl.verb.reintegra.& capi. meminimus.de app. Paul.Cast in.d.l.falso. nu.3.

Quæro.36. Quid in rescriptis gratiosis? Respon. q; sunt perpetua,nec morte mandantis expirant, etiam si ea gratia non fuerit in vita concedentis reducta ad vsum.c.si super gratia.de offi.delega.lib. 6.reg.decet.de regu.iur.eod. lib.6.c.si cui. de præben.eod.lib.tex.in authen. de referendarijs sacri palatij.§.præterea.ibi:non vt quę sunt auferamus eis concessa, nec enim hoc imperialis maiestatis proprium est.tenet Philip.Franc.in.d.c.si cui.nu. 2.& in cap.licet canon.§.is etiam.nu.2.versic. Tertiò nota.& in.c.cùm ex eo.nu. 4. de elect.libr. 6. Petr.Anch.in cap.super literis.num.5.de resc.Iason in dict.l.falso.col.1.num.1.Guid.Papa decisi.491. Prælatus.Martin.Nauar.in capit.placuit.numer. 161.pagin. 315. cum sequen. de pœnitentia. distin. 6. vbi tenet, quòd licentia eligendi confessorem, nõ expirat morte prælati concessoris. & ibi respõdet ad contraria.Pro eo est sententia Innocent.in cap.quod translationẽ.de offi.legat.qui expressè firmat indulgentias durare mortuo concedente. Angelus Clauas.in summa.verbo.indulgentia.§. septimo. & Archiepiscopus Florenti.1.parte suæ sum.titulo.decimo, capit.3.§.3.paulò antè finem idem firmant.

Item

Item confirmatur. Licentia concessa alicui vt posit esse in scholis, vel alia huiusmodi, non expirat morte concedentis. Innocen. in capitu. cùm ad hoc. de cleric. non residenti. & ibi tenent Panormita. & Collecta. & Guiliel. à Montelaudu no in Clementi. final. de electio. & idem probat Sylu. verb. gratia. q. 2. q gratia sit perpetua. Feli. in cap. à nobis. 1. colũ. pen. & fin. de sent. excom.

Item etiam licentia concessa alicui, vt posit à quolibet antistite ordinari, nam nõ expirat, si re integra decedat concedens. secundùm Guiliel. in dict. clem. fin. de electio. vbi Cardi. quæst. 5. nu. 9. Bonifa. q. 10. nu. 43. post Ioan. Imolẽs. col. 2. nu. 3.

Idem est dicendũ in supplemẽto lecturę, quod datur licẽtiandis in vniuersitate Salmantina, non obstante constitutione ipsius, quæ requirit lecturã quinquennalem postquàm iam fuit formatus, vel formari potuit Bachalaureus, & sic decem annos requirit. quia in breui tempore non præsumitur quis doctus. nam sapiens à natura nullus. Postremò ampliantur prædicta, quòd rescripta sint perpetua modo declarato, procedere etiam si simplici verbo sint concessa, & non bullata. Archi. Ioan. Andr. & Franch. in proœ. 6. §. vniuersitati. num. 2. idem Franch. in cap. si apostolica. de præbend. lib. 6. Rota decisi. 881. in antiq. Imol. in clemen. dudum. de sepultu. num. 5. Rip. in rubric. de constit. nume. 48. & libr. 2. respons. capit. 11. tenet quòd de essentia gratiæ non est, quòd tradatur in scriptis. Vide tamen in hoc, vtrùm gratia habeat effectum literis non confectis, per Rebuff. in practi. beneficio. pag. 317. num. 50. vbi citat Domini. consi. 128. colum. 3. tenentem quòd non. Intellige tamen, quòd rescripta sunt perpetua, quando simpliciter sunt concessa absque præfinitione temporis. Et sic intelligas dicta in hac quæstione. Si tamen limitatum esset tempus, non valeret eo tempore elapso. per regulam. Limitata causa, limitatum producit suum effectum. &, Concessa ad tẽpus, post tempus prohibita censentur. Segu. in repeti. l. si ex legati causa. nu. 53. (vbi iura in hoc loquentia adduxi). ff. de verbo. obligatio.

Limita. 2. nisi in priuilegio esset concessa facultas aliquid faciendi, nam tollitur decennio. gloss. & Ias. num. 1. in. l. falso. C. de diuersis resc. vbi alia Ias. citat.

Limita. 3. nisi secundum rescriptum esset impetratum, nam tollitur, seu anno circunducitur primus. tex. in. c. si autem. de resc. secundum intellectum glo. ibi. & Feli. nu. 3. col. 2.

Quæro. 37. Vtrùm secundum rescriptum contrarium primo, debeat facere expressam mentionem de primo, ad hoc, vt tollat primũ? Dic quòd debet facere mentionem de primo, & de clausulis in primo contentis. cap. 2. de dol. & contu. notabil. secundùm Barba. in dict. rubri. fol. 29. col. 2. versi. quid autem si in primo. & si facit mentionẽ est nullum ipso iure secundùm Barba. dum tamẽ habeat clausulam decreti irritantis. Pan. & Deci. in capit. cæterum. col. 3. nu. 6. de resc. Si tamen nõ contineat relationem prædictam, cùm constet de intentione principis, valet ope exceptionis, aliàs gesta per rescriptum primum ante oppositionem valent. Deci. vbi suprà col. 4. nu. 8. & Barba. vbi suprà. & in hoc casu intelligit. capit. Cæterùm. & capit. ex parte. de rescript. secundùm Goffred. in summa. cùm non continet seriem facti. capitul. dilectus. suprà eod. ca. cùm pro causa. de sententia excommunicatio.

Quæro. 38. Quando rescriptum regis, vel Papæ est dubium, vtrùm sit intelligendum secundum supplicationem principi porrectam? Respond. q sic. argumẽ. §. præterea. Instit. de inutil. stipula. & l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interro. actio. Et ita in specie notat Imol. in. l. iudex. col. 7. versi. sed hic insurgit dubium. ff. de re iud. Bal. per text. ibi in. c. inter dilectos. §. cæterùm. de fide instru. Pan. in. c. 2. de treuga & pace. facit. l. 1. vbi Ias. nu. 7. C. d diuersis resc. & idẽ Ias. in. l. causas. colũ. 2. n. 5. C. de transactio. Quod est sing. pro intellectu rescripti, vel priuilegij, nã recurrendum est ad formam petitionis, vel supplicationis. Et idem erit pro petitionibus porrectis in curijs principi, & Regi nostro Philippo. Quanuis Barba. in rub. c. de resc. in clemen. colum. penulti. visum fuerit conclusioni rescripti, & non petitioni inhærendum esse. Quod intelligo, quando est clara principis responsio, non aliàs.

Quæro. 39. Vtrùm formæ omissio, quæ apposita est in rescripto, vitiet actum? Ludoui. Gozadi. post alios consil. 73. numer. 2. respondet, quòd sic. per capi. cùm dilecta. de rescrip. & l. diligenter. ff. manda. forma omissa, actus corruit. vt sunt iura vulgaria.

Vlteriùs &. 40. loco pro perfecta absolutione istius materię, quæro effectus rescriptorum, et vtilitates quæ sint? Respon. 23. ponit Rebuffus in constitutio. Regijs Galliæ in prin. pagi. 29. quæstione 11. vsq; ad pag. 35. Quos vide, quia sunt necessarij.

Quero. 41. Rescripta quomodo impugnari debeant? Et qualiter iudicandum sit his rescriptis, declarat Rebuffus vbi supra quæst. 12. et quæstio. 3. pagi. 35. vsque ad. 38. Et nepos de Montalbano in tracta. de exceptioni. arti. 1. vt quia est surreptitiũ obreptitium, impetratum tacita veritate, et expressa falsitate. Et sic de singulis defectibus in particulari, quos viderit obstare, obijciat contra iudicem, et rescriptum. Alia in hac materia vi. in peregrina verb. rescriptum. & per Alberi. & Bertachi. eodem verbo. in suis indicibus.

¶ Lex



¶ Lex. VII.

a ¶ Que las cartas. Cõcord. l. prima. titulo octauo. li. 1. suprà. vbi in glo. 1. & in glo. 2. de hoc actum est.

¶ Ley. VII. Que no valen las cartas que se dan para mostrar los testamentos delos defunctos.

¶ El Rey don Enrique. IIII. En Nieua Año de 1xij.

ADDICION.

¶ Esta ley se contiene en la. l. 1. titul. 9. libr. 4. Recopilla.

QRdenamos y mãdamos que las cartas[a] que fueré ganadas d la nuestra chãcilleria, ò de otros qualesquier juezes en q̃ se cõtiene, que qualquiera pueda ser apremiado para mostrar a las ordenes dela sancta trinidad: ò de sancta Olalla: o a otras ordenes qualesquier o a sus procuradores los testamẽtos de los defunctos para q̃ puedan pedir y demandar las mandas inciertas, o que son mandadas a personas inciertas: o para pedir lo que montaua la mayor manda que se contenia en el testamento, o demanda todos los bienes del defuncto: mandamos que las tales cartas no valã y nos las reuocamos.

¶ Ley. VIII. Aprobacion y entendimiento de la ley ante desta.

¶ El Rey y Reyna en Madrigal. Año de mil e cccl xxxvi.

ADDICION.

¶ Esta ley se contiene en la ley. 2. titul. 9. libr. 1. Recopilationis. Y acerca desta ley, vea se la ley. 3. titul. 9. libro. 1. Recopila. a donde se prohibe que los ministros de la Trinidad y la merced y los los commissarios de la Sancta Cruzada, no lleuen quintos delos que mueren abintestato, dexando hijos, o parientes, dentro del quarto grado, sin embargo de los priuilegios que tengan.

¶ Lex. VIII.

YNos aprouamos y confirmamos la dicha ley, y mandamos que aunq̃ los dichos frayles de las dichas ordenes de la Trinidad, o dela merced o sus procuradores mostraren los tales priuilegios, que aquellos se entiẽdan, quãdo los tales bienes de los defunctos perteneſcieren a la nuestra camara y fisco y no en otra manera. E assi declaramos e interpretamos los dichos priuilegios: y mandamos otrosi q̃[b] si el defuncto dispusiere y ordenare en su vida que las tales ordenes sean excluses: que aun en tal caso no ayan lugar los dichos priuilegios. E mandamos que los conseruadores de las dichas ordenes, no se entremetã en dar cartas ni proceder cõtra lo susodicho: y que los nuestros Escriuanos no den fe, ni se entremetan en las tales causas: ni los legos sean osados de ser Procuradores, contra lo contenido en esta nuestra ley.

b ¶ Y mãdamos otrosi que. Sẽper excludũtur à testatoribus ex communi observantia.

Ley

¶ *Lex. IX.*

a ¶ *Apremiados.* Concor. l.2.tit.8.libr. 1. supra. vbi concord. ad duxi.

¶ *Lex. X.*

b ¶ *Contra su Voluntad.* Concord.l.25.titul.3.libr.4. infrà. &.l.5. titul.11. libro. quinto. Pulcher text. in capit.nullus. ibi, aut rapere præsumat, aut regis beneficio æstimet postulãdam. & ibi gloss. dat rationem istius conclusionis. 36.q.2. nempe, quia matrimonia debent esse libera.l. Titia. ff. de verb.obli. capi. requisiuit. & capit. gemma. de sponsali. Latiùs suo loco agam infra titulo.1.libro. 5. & declarat Michac.libr. 3. de succesi. creatio.§.26. nu.55.

¶ *Lex. XI.*

c ¶ *Leon que Toledo.* Notare gnũ Legionẽ se in Castella na Republica prærogatiua nominationis præ alijs potiri, vt hic habetur, & meritò.

¶ *Ley. IX. Que no se den cartas del Rey para que los pueblos seã apremiados para oyr sermones de los questores.*

¶ El Rey don Iuan. II. en Soria. Año de mil cccc xviij.

¶ El Rey don Alonso en Alcala. Año de mil cccl xxxvj.

*ADDICION.*

¶ *Esta ley se contiene en la ley 4. titul. 9. libr. 1. Recopil.*

MAndamos, q̃ los demandadores assi de las vltramarinas como de otras demandas qualesquier que ganan nuestras cartas, o de la nuestra Chãcilleria para que las gentes y pueblos sean apremiados[a] para oyr sus sermones de las dichas demandas, que las tales cartas no valan: y nos las reuocamos. E si las tales cartas parecieren, mandamos que sean obedescidas y no cumplidas: y que las tales cartas sean embiadas a nos para que nos las veamos y fagamos lo q̃ cumple a nuestro seruicio.

¶ *Ley. X. Que no vala carta del Rey, que donzella, o biuda case contra su voluntad.*

¶ Idem.

*ADDICION.*

¶ *Esta ley se contiene en la ley. 10. titul. 1. lib. 5. Recopilationis.*

SI acaesciere q̃ por importunidad nos mandaremos dar alguna carta, o mandamiento para que alguna donzella, o biuda, o otra qualquier aya de casar con alguno contra su voluntad[b] y sin su consentimiento: mandamos que la tal carta no vala, y el que por ella fuere emplazado, que no sea tenido de parescer ante nos: y que por no parescer no caya, ni incurra en pena alguna.

¶ *Ley. XI. Que en las cartas se ponga primero Leon que Toledo.*

*ADDICION.*

¶ *Esta ley se contiene en la ley. 11. titul. 14. libr. 4. Recopilationis.*

MAndamos q̃ en las cartas que emanaren de nos y de la nuestra chãcilleria, o de los nuestros Alcaldes: que se põga primero Leon que Toledo[c]. Pero que en las cartas que fueren à Toledo que põgan primero a Toledo que a Leon: y en las cartas que fueren a todas las ciudades villas y lugares de nuestro señorio: que pongan primero a Leon que a Toledo.



Ninguno gane cartas de nos en perjuyzio de aquellos que prosiguen su justicia: segun se contiene en el titulo de la chancilleria.

No se den cartas de commissiones en el nuestro consejo para pleytos de appellacion: en el dicho titulo de la chancilleria.

Cartas que mandaremos dar para sobreseer pleytos pendientes no sean cumplidas: en el dicho titulo de la chancilleria.

Las cartas de los nuestros Oydores sean cumplidas: en el dicho titulo de la chancilleria.

Las cartas de la nuestra chancilleria ninguno las embargue: en el dicho titulo de la chancilleria.

Las alualaes de justicia no valan en el dicho titulo de la chancilleria.

Cartas en blanco no se den en perjuyzio de otro: segun se contiene en este libro en el titulo de la chancilleria:

Que las cartas que dierẽ en perjuyzio de los pleytos pendientes en la chancilleria: o en otra parte alguna no valan: segun se contiene en el titulo de la chancilleria.

# Titulo. XIII.

## De las prescripciones.

*ADDICION.*

¶ *Este titulo se contiene en el titul. 15. libr. 4. Recopil.*

¶ *Ley. I. Que el que posee la cosa por año y dia que no respondasobre la possession.*

¶ El Rey don Alonso en Alcala. Era de mil. ccc. lxxxvj.

*ADDICION.*

¶ *Esta ley se contiene en la ley 3. titul. 15. libr. 4. Recopil.*

ESTablecemos que el que tuuiere, o posseyere[a] casa, o viña o heredad por año y dia en paz y en faz de aquel que gela demanda entrando y saliendo el demandador en la teniendo la, y posseyẽ-

¶ TITVLVS XIII. *De præscriptio.*

¶ *Lex prima.*

a ¶ *El que tuuiere, o posseyere.* Ad inducendam præscriptionem, requiritur titulus, bona fides, ac possessio rei præscribendæ pacifica per cursum vnius anni & diei. vt hac. l. clarè probatur. Ad literam idem disponit. l.1. titu.11. libr.2. for. legũ. vbi Mõtaluus p interpretatione harum legum est consulendus. Habuit ortũ ac deriuationẽ à l.1. titu.9. Regis Alphonsi in ordinationibus Compluti editis Anno ab orbe restaurato Incarnationis Chri ac Domini nostri. 1386. & sic habes hic præscriptionẽ vnius anni. Est etiã alia præscriptio vni⁹ anni in l.3. titulo vndecimo. libro. 5. infrà eodem. scilicet casu, quo quis fidẽ suam

Universidad de Deusto
Biblioteca



suam astringit de præsentando aliquem in iudicio sub certa pœna, qui si inciderit in pœnã, eiq; à tẽpore, quo incurrit in illã, nõ fuerit petita per cursum vnius integri anni, ab ea liberat. Din. in tract. de præscriptio. plures præscriptiones vnius anni cõnumerat. §. præscriptio est vnius anni. in. 5. vol. tract. secundũ impressionẽ Lugdunensem Anni. 1544. qui omnino est vidẽdus pro dote istius materiæ, quia Grandis in exiguo regnat corpore virtus. vt inquit Vergilius. ac Hosti. in summa ☞ præscriptio. §. quot sint eius species. & Goffred. de Trano. eo tit. nu. 5. vers. Species præscriptionum multæ sunt. Item est alia, quando maritus legitimæ ætatis soluto intra biennium matrimonio, habet annum ad excipiendum de dote cauta, non numerata, postea verò lapso anno non est audiendus, hæredes quoque eius debent queri intra annum à die mortis. l. fina. & authen. Quod locum. C. de dote caut. non numerat. Ioan. Oldendorpi. in tracta. de vsucapio. & præscriptio. tit. de exceptio. lapsu temporis competentibus. num. 3. Aliæ sunt videndæ per Montalu. in. l. 7. in glo. 1. titu. 11. libr. 2. for. leg. Intelligas legem istam loquiin præscriptione rerum immobilium, vt ex ea constat, quæ iure communi contra priuatum non poterant præscribi minori tempore decem annorum inter præsentes, & vigintiinter absentes. in princip. Insti. de vsucap. &. l. 18. tit. 29. part. 3. Intellige tamen legem istam in locis illis tantùm habere locum, vbi seruatur forus ille, de quo in hac lege, aliàs seruandum erit ius commune, ne domini immaturè suis rebus defraudentur. ex ratione tex. in d. prin. Insti. de vsucapio. tum etiam, quia præstaretur occasio delinquendi, subtrahendo rem proximi sub prætextu tituli habiti fortè ab aliquo procuratore corrupto, & inimico domini rei, qui in hoc vellet colludere cum emptore. argu. l. qui fundum. §. procurator. ff. pro empto. l. 11. titul. 29. partita. 3. in maximum enim detrimentum ipsius domini, & sic sub specie agni lupum gererent, ac ipsi furtum tacitè committerent, seque sub clypeo legis defenderẽt. Nec ista lex oberit huic sententiæ, si perpenderis originale loco præcitato Regis Alphonsi, nam tantùm voluit consuetudinem illam, quæ prę se ferebat præscriptionem rei immobilis per possessionẽ vnius anni & diei procedere, dum tamẽ haberet titulum, ac bonã fidẽ, & sic est interpretatio illlius fori, vbi vsus eum admisit, non tamen quicquam noui disponit. Nec quidem Reges Catholicos voluisse est præsumendum tot leges iuris communis, partitarũ, & alias de præscriptione tractantes tollere, & sic meritò in praxi non est recepta, vbi talis forus non est in vsu, cùm sit quædam potiùs interpretatio, quàm noua dispositio, vt ex originali, à quo fuit deprompta, apparet, vt dixi. Ita etiam reperi tenuisse optimum practicum, illustremq; doctorẽ Couar. in rep. regul. Possessor. 2. part. §. 11. vers. Cæterùm in hac materia. nu. 7. de regul. iur. lib. 6. Et ita intelligendum censeo in contrarium per hanc legem id, quod annotatur à præclaro præceptore Antoni. Gomez in. l. 45. num. 102. vers. Hodie tamen in nostro regno. in ordina. Tauri. qui vult le gẽ istam habere vim nouæ dispositionis in regno, & sic alia iura corrigere, nempe in locis, vbi est forus, habere fateamur vim approbatiuam, ac interpretatiuam per præmissa. Quinetiam ista lex quatenus declarat legem fori, non est simpliciter intelligenda quantum ad proprietatem, & possessionem plenè procedere, sed tantùm quo ad possessionem, salua tamen maneat proprietas apud antiquum dominum, qui eam in iudicio petere poterit. gloss. in. l. 1. verb. todo. in prin. titul. 11. lib. 2. for. leg. & Couar. eo non citato vbi suprà per. l. 242. styli idẽ firmat. Sed tamẽ aduerte, nã lex styli hoc dicit, quãdo nõ adest titulus, cæterùm cùm adest vnà cum bona fide, & lapsu anni eum defendẽdum existimat in vera possessione, ac proprietate per præscriptionẽ anni & diei. ibi enim in fine dicit, *Empero si este que tiene la cosa mostrare que la compro, o otro titulo derecho, y mostrare que la tuuo año y dia en paz, y en paz, el demandado no sera tenido de responder sobre la possessyon, ni sobre la propriedad q̃ es en el señorio de la cosa.* Et sic potiùs cõfirmat opinionem Anto. Gomez illa declaratio legis styli, vt nostra lex sit seruanda. Tum etiam, quia leges in hoc libro positæ, statim cùm primùm fuerunt in manũ hominũ, habuerũt, & habent vim legis dispositiuam circa casus in posterum occurrentes vniuersaliter in toto regno Castellæ, quãuis antè essent leges fori. Nec est credendum ad vnũ tantùm locũ, vbi esset consuetudo. voluisse reges catholicos eã referre. Neq; est præsumẽdũ de iniusto titulo, cũ bona fides semper præsumatur, vbi præcessit causa legitima, & iusta præsumẽdi iustũ, vt hic. Nec tẽporis modicitas posita à legislatore ad rem ipsam præscribendã, quicquã facit, nisi hãc legẽ dixeris vsu receptã minimè fore, vt Couar. loco citato fatetur. Constat præterea legẽ istã nouã dispositionẽ induxisse, dũ dicit, *Establecemos.* Nã verbũ istud, statuimus, ius nouũ inducit. gl. in cle. literas. de rescrip. Faciunt, quæ de verbo, decernimus, tradit Deci. in cap. 2. nume. 35. de iudi. Tum etiam, quia lex ista cùm agat de præscriptione cum titulo & bona fide cum transcursu anni & diei, voluit dare plenum titulum quo ad proprietatem, & veram rei possessionem præscribenti. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ag. vel emphyt. peta. l. quæritur. ff. de stat homi. l. domum. ff. de cont. emp. cùm ista præscriptio sit principalior, & de qua communiter solet



solet intelligi. Comprobatur ex his, quæ in materia præscriptionis notat Ioan Corasi. in. l. seruitutes. columna decima. numero decimotertio. ff. de seruitu. Si igitur in potentiori significato lex ista accipiatur, vt est accipienda, erit fatendum, quòd loquitur de præscriptione plena, quę proprietatem, ac possessionem rei denotat. Et sic videtur intellectum Montalui, & Couar. perdict. l. styli reiçiendum esse.

dola[a] cõ titulo y buena fe: que no responda por ello.

a ¶ *Posseyendola.* Nam sine possessione præscriptio non procedit. l. sine possessione. ff. de vsucapioni. l. naturaliter. &. l. si is quis pro emptore. eo. titul. l. 3. §. Labeo. ff. de acquiren. possessio. capitulo sanctorum. & capitulo illud. de præscript. regul. Sine possessione præscriptio non procedit. de regul. iuris. libro sexto. l. 1. titulo vndecimo. libro secundo. foro legum.

Sed inquirendum est, vtrùm ciuilis sola possessio sit sufficiens ad inducendam præscriptionem, seu vsucapionem veri dominij? Responderi oportet sufficere. l. qui fundum. in princip. ff. pro emp. vbi post desertionem fundi factam à seruis, coniungitur possessio defuncti cum possessione hæredis ad præscribendum, sed hæres, prout glossa ibi fatetur, habebat solam ciuilem, igitur ibi est text. insignis, quòd sola ciuilis causa potest præscriptionem. citat ad hoc text. illum Barto. in l. 1. §. per seruum qui in fuga. ff. de acquiren. possessio. l. seruum & filij. §. fina. ff. de furt. l. locum. §. proprietarius. ff. de vsufruct. vbi nudus proprietarius, qui tantum ciuiliter possidet. vt in. l. sciendum. §. 1. ff. qui satisd. coga. etiam si sciat alium esse vsufructuarium, & sic naturaliter possidere. l. naturaliter. ff. de acquiren. possessio. tamen ex sola ciuili præscribere nulli est dubium ibi. cui est similis text. in. l. si quis fundum. §. sed & Pomponius. ff. de acquiren. possessio. Facit præterea. Nã præscriptio sine ciuili possessione non procedit. glo. in. l. prima. verb. præscriptionem. C. de seru. fugit. cui est similis in. l. 2. verb. possidentibus. C. de præsc. 30. vel. 40. ann. Alia est gloss. in. §. sed ali quando verb. seruum fugitiuum. Insti. de vsucapio. gloss. quæ loquitur in spiritualibus, & dicit, quod ad acquisitionem iurium spiritualium requiritur ciuilis possessio. in capitulo causam quæ. verb. detinere. de præscr. Istam conclusionem tenet Din. in regu. sine possessione. numero vigesimonono. de regul. iur. in. 6. & ibi Philip. Franch. numero secundo. Paulus de Castro in. l. 1. §. per seruum nume. 2. post Bar. ibi. ff. de acquiren. possessio. vbi Imola. Socin. columna tertia. numero octauo. Alexan. singulariter. numero quinto. & Iaso. numero vigesimosecundo. qui numero trigesimosecundo hanc communem, & tenẽdam opinionem dicit. & in. §. rursus. numero. 43. & Ludouic. Gomess. numero vigesimo. Institu. de actio. Balb. in tracta. præscriptio. 3. part. princip. vltimę partis ipsius. quæstione tertia. & dicit communẽ Couarru. in regul. possessor. in prin. 2. partis. numero septimo. versic. Est igitur. de regul. iur. libro sexto. Ex quibus infertur. quòd possessio naturalis absque ciuili non est capax ad inducendam veri dominij præscriptionem. Barto. in. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquirend. possessio. Din. & Franc. in dict. regul. Sine possessione. numero secundo. Bart. in. l. Celsus. columna tertia. numero duodecimo. & ibi Francis. Balb. in repe. in. 2. part. numero decimo. ff. de vsucapioni. Socinus in dict. §. ex contrario. numero decimo. Dixit communem & Iaso. numero trigesimotertio. Francisc. Balb. de præscriptio. in vlti. partita tertia. principal. quæstione tertia. Couarru. loco proximè citato. numero septimo. Quo fit, quòd sola ciuilis possessio (quæ est illa, quæ causatur ex titulo. & bona fide. vt declarat Curti. iunior in. l. prima. numero vigesimonono. C. de seru. fugiti.) est causa potens, ac efficax ad acquisitionem fructuum. gloss. in. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquirend. possessio. quam recipiunt Bartol. Imol. & Alexand. numero vigesimoquarto. Socinus. numero decimoquinto. & Iaso. numero. 34. qui communem esse fatetur, & eam limitat, & intelligit post Socin. ibi. est text. in. l. qui scit. §. in alieno. ff. de vsur. vbi vnus tertius coluit fundum, seminauit, & fructus collegit, & sic habebat naturalem possessionem. vt est opinio gloss. notandæ in. l. si quis. verb. finiatur. C. fini. regund. Bart. in. l. de ætate. numero vndecimo. ff. de mino. Philipp. Deci. consil. 57. numero duodecimo. & consilio. 62. numero primo. & Bald. in dict. l. si quis. numer. 4. Suarez in repetitio. l. post rem iudicatã. Ampliatio. 2. ff. de re iudicat. Alius bonæ fidei possessor existens extra fundum, dicitur ciuilem possessionem habere. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. possess. tamen est compertum facere fructus suos, igitur consequens erit fatendum ibi probari, quòd sola ciuilis possessio est causa acquisitionis fructuum. Segur. vbi dixi in rep. l. 1. §. si vir vxori. nume. 89. ff. de acqui. possessio. ex perceptione fructuum probatur ex Bald. in authen. Quas actiones. nu. 16. C. de sacro sanct. eccles. Et est notandũ, quòd bonæ fidei possessor pro cultura, & cura facit fructus suos. text. in. §. si quis à non domino. vbi gloss. 1. & 2. Insti. de re. diuisio. gloss. in. §. & si rem. verb. cùm fructibus. Insti. de offi. iudi. & in. l. certum. cùm gloss. in

Universidad de Deusto
Biblioteca



verb.bonæ fidei.C.de rei vendi.gloss.in cap.grauis.de restitu.spoliat.in verb.fructus.Communis opinio idem tenet secundùm Segur.in rep.dict.l.1.§.si vir vxori.numer.95.ff.de acqui.possess.l.29.titulo.28.part. Quæ conclusio procedit etiam in beneficialibus caulis.Panormita.in cap.in literis.num.20.&in cap.grauis.num.5.de restit.spoli. & in cap.dilecto.num.12.de præbend.Fernand.Gomez Ariasin.l.63.nume.34.Tauri. Facit text.in cap.consultationibus.de iur.patro.&.l.9.titul.15.part.1.vbi institutus ad præsentationem putatiui patroni,qui erat in quasi possessione iuris patronatus,nõ remouetur eo excluso à iure præsentandi,quippe cùm præsentare sint fructus iuris patronatus.vt ibi est tex.&glo.in cap. cùm Bertholdus.de sent.& re iudi.& in ca.ex literis. de iur. patro.Chassanæ.in consuetud.Burgund.rub.6.§.4. fol.mihi.216.colum.3. Igitur possidens domum, aliamue rem immobilem, non tenebitur ad fructuum restitutionem in casu nostræ legis. Et sic sit sensus, quòd talis possessio anni cum titulo, & bona fide defendat possessorẽ quominus non teneatur ad restitutionem fructuum durãte anno perceptorum,& sic pro eis nõ tenetur respondere vero domino.Sed tamen quanuis is sensus sit verus, & practicetur,tamen ista. l. ad rei proprietatẽ direxit verba,non ad accessiones,seu fructus,ibi, *teniendo la,y posseyendo la con titulo,e buena fe,q̃ no responda por ella.*

Cùm autem hîc agatur de possessione, quæ est principale fundamentum ad inducendam præscriptionem,quærendum erit, quid sit possessio, & quotuplex. Ad primum dico quod possessio est corporalis rei,vel quasi animo,aut corpore,aut vtroq; facta retentio,iuris adminiculis cõcurrẽte.

Dico possessio,ad denotandũ genus, nẽpe q̃ intelligatur tã d̃ naturali, quã d̃ ciuili , cũ sit duplex possessio, naturalis,& ciuilis, vt statim dicemus.

Corporalis rei,ex eo designauimus, vt annotaremus differentiã inter iura corporalia , quæ non possidẽtur,sed quasi,cùm incorporea sint.text.& glos.in ca.conquestus.de foro cõpe.c.cùm ecclesia sutrina.de causa possess.glo.in.l.2.C.cõmunia prædio.vbi intelligit legem illam,dum dicit,possedit,id est,quasi possedit.& glos.in cap. quisquis clericus.84. distinct. quæ ait incorporalia possideri,scilicet,impropriè.nam verba secũdùm subiectam materiam debent restringi de habilitate. gloss.l.1.C.de sacr.sanct. eccles. Iaf.l.1. §. nuntio. nu.5. ff. noui oper.nuntiat.Plures definitiones refert Ripa in rub.De causa poss. & Alciat.in rep.l. quinq; pedũ præscriptione.C.fini.regund.& dixi latius in dicta rubric. de causa poss. in lectura, quam publicè legimus anno. 1553. Et quòd ciuilis possessio non possit acquiri absq; actu corporeo,defendit contra cõmunem Soci.in.l.clã possidere.5.qui ad nundinas.col.4.nu.13.ff. de acqui. possess.vbi vide Iaf.nu.37.& est pro ea.l.6.titul.3. part.3.quæ expressa,ac formalis est aduersus opinionem communem.

Ad secundum,Quotuplex sit possessio? In hoc dubio opiniones sunt ad inuicem pugnantes, quarum prior est, quæ tenet , duas esse species possessionis, naturalis, & ciuilis. gloss. in.l.1.ff. de acquirend. possession. quam latè prosequitur Dinus in regula. sine possessione. de regul. iur. libro sexto. quam confirmat, & communiter admissam dixit Ioannes Crottus. in repetitione.dictę.l.primę.numero trigesimonono.versiculo. Istis sic præmissis. Et Hermanoctius Detus numero quinquagesimoseptimo. versiculo. super secunda quæstione Bartol. qui pro ea adducit decem fundamenta quæ videantur.Non tamen licet transcribere,cum sint apud omnes vulgariter in repeti.diuersorum doctorum Dixit cõmunem Ripa in rubr. De causa poss. & propriet. l.secunda.titulo trigesimo. partita tertia.Est communis secundùm Imolã. numero decimotertio. Iasonem & Zasium.numero decimoquinto. Aretinum. numero decimooctauo. & Alexandrum numero quinquagesimotertio. qui hanc sequitur,& appellat communem in dicta. l. prima. & communiter tenetur secundùm Balb.de præscriptio.in.3.part.3.princ.quæstione duodecima numero primo.

Contrariam partem.imò quòd sit vnica possessio,licèt varios producat effectus,videtur ex mente iuris,quam tenent Azo & Placenti.quos refert Bart.& Hormanoctius Detus in dicta.l.prima.ff. de acquirend.possessio.& gloss.in.l.licet.C.de acquirend.possess.vbi Socin.& Zasi.qui ex relatione Socin. ab eo citati dicit communiter tenere modernos. Collectarius communem dicit in capitulo cùm dilectus.numero sexto. de causa possess. sequitur Ripa.in.l. prima.numero vigesimooctauo.qui plenè procedit in ea.Et Petrus de Vexutio.Et nouissimè reperio, quòd has duas communes contrarias ponit Menchaceñ.libro tertio. de succesio.creatio.§.21.numero.108. versic.Possesio enim. Non recedas à posita in capite quæstionis,nempe quòd sint duæ species,naturalis,& ciuilis.Non tamen triplicem naturalem, ciuilem & corporalem,prout Bart.in dict.l.1. numero septimo.dixit.& Angel.in.l. si quis vi. §. differentia.ff. de acquirend. possessio. Quorum opinio communiter reprobatur secundùm Balb. de præscriptio.in.3.parte tertiæ princ.q.2.numero secũdo.De præscriptione anni & diei habetur similis consti.lib.7.fororum Aragonum,titul.de præsc. in.1.&seq.constitutionibus.





¶*Lex. II.*

a ¶*Empeños.*Concord.Pauli Iurisconsulti responsum in.l.pignori.ff.de vsucapioni.Pignori(nanq; inquit)rem acceptam vsu non capimus, quia pro alieno prorsus possidemus.l.nec creditores. C.de pigno. actio. l.1.tit.11.libr.2.for.legum. Adde.l.29.titu.29.parti.3. &.l. 39. titul. 13.part.5.

¶*Ley. II. Que el que tuuo la heredad arrendada,o empeños. &c.no se pueda defender por tiempo.*

*ADDICION.*

¶*Esta ley se contiene en la ley*

Hinc deducitur,q̃ de positarius,qa habet rem nomine alterius,non possidet naturaliter,nec ciuiliter,ac proinde eam præscribere non potest. Facit.l.licet.§.rei depositæ.ff.depositi.l.officium.ff.de rei vendi.glo.in.l.rem quæ nobis. ff. de acq.possessio.c.si diligenti.de præsc.dict.l.1.titul.11.lib.2.for.leg.tex.est hîc.ibi, *o en encomienda.*

Subinfertur ex eadem ratione precariò rem habens minimè vsucapere , seu præscribere posse. text.singul.in capi.cùm personæ.ibi,licèt ordinariorum intentio de iure communi fundetur, tamen quia de priuilegio,quod saltem causam præscribendi præbet, faciunt fidem in libertatis , vel exemptionis possessione non violenta,non clandestina,nec concessa precariò , de qua fidem coram eisdem fecerit,non turbentur.de priuileg. libro sexto.capitulo olim.1.de resti.spoliat. Licèt enim ista sit iusta causa possidendi,nõ tamen præstat titulum præscribendi,ne ille,qui precariò cõcessit,ex liberalitate sua damnum cõsequi videatur contra naturam cõtractus.capit.fin.de precar. vbi precarium tãtum durat, quantum patitur qui concessit.Rem precariò possidens,nõ dicitur possidere,sed cõcedẽs.l.certè.§.is q rogabit.ff.precar. Præterea precario possidẽs,habet scientiam,quòd res illa ad alium pertineat , cum ad eum ex iusto titulo ad inducendam præscriptionem sciat sibi non pertinere.l.final. C. vnde vi.ergo habet expressam malam fidem, ac ex eo cùm careat bona fide,vllo tempore ex titulo illo præscribere poterit.capitu.final.de præscriptio.l.malè agitur.C. de præscrip. trigint. vel. 40. annorum.Paul.per text.ibi in.l.nec fructuarium.C.de vsufructu. Alexand. io. l. Pomponius. §. si is qui colum.1.nu. 4.ff.de acquirend.possessio.tex.in.l.interdum.§. qui alienam.ff.eod.tit.maximè,quia interim quo nomine concedentis possidet, caret possessione ciuili,quæ est penes concedentem,sine qua naturaliter possidens poterit rem præscribere. gloss. magna in.l.1.C.de seru.fug.vbi Iaf.num.45.Simi. in dict.l.malè agitur.verb.possidentibus. &in. §. sed aliquando.Iaff. de vsucapio.Felin. in capitu. si diligenti.numero.60.de præsc.Iaso.in.l.prima. numero.49.& numero.50.ff.de acquiren.possess. ergo absq; ea caret titulo,& bona fide, vt iam diximus,ideoq; præscribere non poterit.

*4.titul.15.lib.4.Recopila.*

Si alguno tuuo o posseyo alguna heredad y otra cosa a empeños a : o

Idem dicẽdum est in inquilinis,quia rem locatam non suo nomine,sed locantis, & ad eius commodum tantùm possidẽt. l. si id quod.§.& per colonos.ff.de acquiren.poss.ibi, & per colonos,& inquilinos , aut seruos nostros possidemus.& ibi Bart.ita tenet glo.sing.in.c. clerici.16.quæst.3.text.& ibi Montalu.in.l.1. titulo. 11.libr.2.for.leg.l.22.ibi, *Empero si algund ome tuuiesse arrendada,o alogada de otro alguna casa,o viña,o otra heredad porque la vuiesse de dar cada año a tiempo cierto señalada renta,o loguero,maguer fuesse tenedor de aq̃lla renta treynta años non la podria ganar por esse tiempo nin aun por otro mayor. E esto es, porq̃ non es tenedor della por si,mas en nombre de quien la tiene arrendada, o alogada.*titul.29.part.3. vbi Grego. Lopez. verb. *la tiene arrendada.*l.5.titulo.3.ead.partit.3.gloss.in l.2.verb.debeant.C.de præsc.30.vel.40.ann.glo. in.l.non solùm.§.quod vulgo.verb.non possidere. ff. de vsucapio. glossa. in dicta.l. certè.§.is qui rogauit.ff.precario.& glossa.in.l.2.§.1.ff. pro hæred.Balb.de præscriptio.in.3.part.vlti.princ.quæstione.3.num.2.Et ideo dicitur , quòd conductor non potest referre quæstionem dominij locatori. capitulo inter dilectos. vbi Felin. numero. 23. de fide instru. Vide tamen Matthæ. de Afflictis decisio.14.nu.8.Creditor autem quanuis dicatur habere possessionem rei pignori datæ , est quo ad aliqua,cæterùm debitor possidet quo ad præscriptionem,vel ea,quæ dominium , aut ius dominij concernunt.Bart.numer.3.in.l. cùm notissimi.in princ.vbi hanc veritatem esse dixit. C. de præsc. triginta vel.40.an.& ibi Alberi.& cõmuniter docto.nã quo ad dominiũ representat imaginẽ debitoris creditor.vt.d.l.cùm notissimi.igitur præscribere absq; eius facto nõ poterit.Alex.vbi alijin.l. 3.§.ex contrario.num.16.ff.de acq.poss. Quo fit, quòd quanuis possideat , vt dixi , quo ad aliqua, non tamen quo ad acquisitionem fructus,eosque computare tenetur in sortẽ debitori , extenuãtq; capitale.l.1.&.l.2.C.de pign.actio.l.1.C. de remi. pign.Latè Anto.Negusant.in tracta. de pigno.5. membro.5.partis princ.nu.1.l.21.titulo.13.part.5. De hoc latius alibi.

nõne separatus de medio filiorũ, qui secũdum carnẽ frater fuerat natus, secundùm animã factus est seruus? Quid Timotheo nocuisse creditur, q̃ fuit ex patre gentili. Aut quid nocuit Abrahę, q̃ patrẽ habuit Tharam luterorũ deorum cultorem? nonne separatus à genere suo, positus est in caput fidelium, vt iam non diceretur filius peccatorum, sed pater sanctorum? nec potuerunt eius gloriam sordidare paterni errores. Stãnum de argento egreditur, sed non est argentum: itaq; argẽtum colatum seruatur, stannum autem foras expellitur. Melius est de contemptibili genere clarum fieri, quàm de claro genere contemptibilem nasci. Qui enim de claro genere clarus nascitur, gloria claritudinis eius, non est eius solius, sed cõis videtur. Qui autem de contemptibili genere clarus egreditur, tota gloria claritudinis eius solius est. Qui verò de contemptibili genere contẽptibilis nascitur, turpitudo contẽptibilitatis solius eius non est, sed etiã generis. Qui autẽ de claro genere contẽptibilis nascitur, omnis turpitudo est eius solius. Ideo melius est, vt in te gloriẽtur parentes, quam tu in parentibus glorieris. Ita Chrysosto. super Matth. c. 4. Et Cassiado. in quadã epistola dicit. Nobilitas à me procedens, est mihi cordi plus quàm quæ patrũ procedit nobilitate: quia in quo desinit cuiusque nobilitas, tunc auorum nobilitate congruèr indiget. Et lib. 3. epistolarum ait. Sicut indigna posteritas laudes antiqui generis abnegat: ita præclara de patribus egregiè dicta confirmat: iuxta illud, Præconia veterum præsens docuit vena virtutum. Laudabilis enim vena suam seruat originem, & fideliter posteris tradit, quæ in se gloriosa transmissione promeruit. Ouidius etiam cecinit.

*Si modò non census, nec clarum nomen auorum,*
*Sed probitas magnos, ingeniumque facit.*

Hinc dici solet q̃ magis est meũ, quod virtute mihi quæritur, quàm q̃ per anteces sores meos. gl. in. l. si quid in bello captæ. verb. erat. ff. de captiu. & postlimini. reuers. citat. l. 3. ff. de interdi. & relegat. Est etiam tex. in. c. venerabilis. ibi, Nos igitur attendentes, q̃ non generis, sed virtutum nobilitas, vitæq; honestas. de præben. Faciunt quæ tradit Alexand. consil. 209. Ponderatis his, quæ in themate. col. 2. num. 8. lib. 6. & Andræ. Tiraquell. De nobilita. cap. 20. num. 14. 15. & 16.

Si tamen nobilitas generis insit cum nobilitate morum, ac virtutum, præferẽda erit virtuti tantùm, & sic nobilis talis erit præferẽdus ignobili. glo. in. c. constitutis. 2. verb. impotentiam. de appella. quam sequitur Hosti. Ioan. Andr. Panor. & alij. Idem Hosti. & Henri. in ca. pen. de præbend. Tiraquell. loco proximè citato. num. 17. Et sic nobiles in assequutione magistratuũ, & in alijs pluribus habẽt prærogatiuas, ac cæteris ignobilibus sunt præferendi, ac præponendi. vt colligit Tiraquell. de nobilitat. ca. 20 nu. 1. cum. 187. sequent. Chassan. in catalogo gloriæ mundi. 8. part. cõsidera. 27. Et ratione nobilitatis plura præsumuntur, ac permittuntur, quæ aliàs non permitterentur in alijs, seu admitterentur. vt in. c. 1. de dona. vbi præsumitur ex nobili liberalitas, & donatio. Quod latè probat Ioan. Lup. in repet. rubric. de donatio. inter vir. & vxor. §. 9. Item habetur ratio nobilitatis in beneficijs consequendis. c. de multa. ibi, Circa sublimes, & literatas personas, quæ maioribus sunt beneficijs honorandæ. de præbend. extrauagant. execrabilis. Ioan. 22. & ibi glo. verb. generis claritatẽ. de præbend. Felin. in. c. cùm adeo. col. 4 nu. 6. de rescrip. Vtrùm autem valeat statutum, q̃ quis non admittatur ad Canonicatum, nisi sit nobilis genere? vt extat Toleti in ecclesia cathedrali, & Lugduni in cathedrali ecclesia sancti Ioannis, & in plerisque partibus Germaniæ. prout refert Bonus de Curtili. in tracta. de nobilitate. par. 3. col. 25. nume. 179. versic. Quod infero ad ducale statutũ. vbi nihil decisum reliquit. In. 4. verò parte. col. 6. num. 33. vbi per text. in capit. venerabilis. de præbend. tenet partem negatiuam, & ei adhærendum putat, subijciendo dict. text. in capi. venerabilis. nullam cauillationem, seu interpretationem contrariam recipere posse. Quanuis contrarium, imò quòd valeat, videatur tenere Ludo. Roma. singul. 485. Heri fui interrogatus. quatenus dicit aduersus talem consuetudinem, seu statutum Episcopum dispensare minimè posse, & sic præmittere est visus quòd validũ sit. Contrariam sententiam, imò q̃ non valeat, expressè tenet Panor. in dict. c. venerabilis. col. 2. num. 4. Philipp. Deci. in cap. cùm adeò. col. fi. num. 4. de rescript. Roch. Curti. in ca. fi. de consuetu. fol. 20. versi. Sextò infertur. Et videtur eam facere cõmunem Andræ. Tiraquell. de nobilitate. cap. 20. num. 18. dum dicit. vbi & hoc notant glos. Hostien. Panormita. & alij.

Diuersam, ac pugnantem sententiã, imò quòd validum sit tale statutum, seu consuetudo non recipiens ad Canonicatum, nisi nobilis sit instituendus, est ex mente Romani dict. singul. 485. Et Felin. in suo dicto eum refert, & sequitur in ca. super eo. col. 3. nu. 5. versi. Secũda qualitas est nobilitas. de testib. Deci. in. c. at si clerici. §. de adulterijs. col. 5. versic. Quarta conclusio. nu. 10. de iudi. Ioan. de Selua in tract. de beneficio. 3. part. quæst. 7. nume. 13. & Ioan. Rayne. de nobilita. in. 7. quæstio. principal. Qui eandem consuetudinem præsupponit valere. Et cum hac visus est transire Tiraquel. vbi suprà. de nobilitat. capi. 20. nu. 19. cum eam posteriori loco subiectam reliquerit, nec ab ea expresè recesserit.



Sit igitur conclusio. Nobiles, data paritate morum, & scientiæ, cæteris alijs concurrentibus sunt præferendi. ex mente Felin. in dict. cap. super eo. de testi. Et Selua de beneficio. quæst. 7. in. 3. part. nume. 13. Quia cùm duo sunt æquales in scientia, ille est præhonorandus, qui est de meliori sanguine. Bald. in. l. nemini. C. de aduo. diuers. iudic. Aut datur scientia, & prælatio virtutum in ignobili, & tunc non valet statutum tale, quanuis esset de nouo ad fidem Christi conuersus. vt eleganter declarat Montal. in. l. 2. verb. *Tornadizo*. titulo. 3. libro. 4. foro legum. capit. eam te. de rescript. & ibi Panor. notat, q̃ cõuersi ad fidem ex gente Iudæorum possunt habere dignitates ecclesiasticas, ex eo, quia magis laudandi sunt, quòd conuersi sint, quàm vituperandi, quòd Iudæi fuerint. Ludouic. Gomesi. in ca. statutum. nu. 86. de rescript. lib. 6. vbi agit de intellectu cap. constituit. & ibi glos. l. 17. quæst. 4. Ioan. Crott. in repet. rub. ff. noui. op. nuntia. col. 2. num. 3. Otalora de nobili. capi. 7. secundæ partis tertiæ principal. num. 1. Propter excellentiam, & virtutẽ alicuius personæ plura permittũtur in fauorẽ eiusdem. vt tradit Iacob. Petr. de Ptolomæis in repe. l. admonendi. nu. 102. versi. si autem disponeret consuetudo. ff. de iureiuran. l. ad bestias. ibi, sed si eius roboris, vel artificij sint, vt dignius populo Romano exhiberi possint, principem consulere debet. ff. de pœn. casus est mirabilis secundùm Bartholo. Cæpoll. in. l. si cõtra. num. 18. C. de vsucapio. pro empto. Roma. singul. 717. Potestas vnius loci. Hippolyt. in. l. edictum. nu. 15. ff. de quæstio. & in practi. Causa. criminal. §. opportunè. num. 6. Boeri. in consuetudi. Bituricensi. rubr. de consuetudi. matrimo. §. 24. versicul. sed an iudex. Ferdi. Gomez Arias in. l. 39. numer. 27. & in. l. 77. num. 16. Tauri. Alciat. libr. 3. iuris parergon capitul. 12. & quæ tradit Cæpoll. in consil. 36. num. 13. inter consil. criminali. Robert. Maranta. in speculo aduocat. 6. part. §. tertius & vltimus actus. nume. 60. pagin. 661. Iaso in. l. iubemus. col. fin. numer. 10. versic. istam conclusionem firmo ex decem. C. de iudic.

Item nobilis occidendo alium, non debet puniri pœna mortis, sed leuiori pœna, hoc est, deportationis. l. 3. §. legis. & l. penul. ff. ad legem Cornel. de Sicar. Antoni. Gomez de delict. cap. 3. num. 2. qui adducendo prædicta iura & tex. in. l. 15. titulo. 8. part. 7. loquitur in illustribus. De iure tamen & consuetudine huius regni, etiam nobilis pro homicidio pœna mortis, quanuis non sit proditorię seu aleuosè commissum, est puniendus. l. 1. & 2. titu. 17. lib. 4. for. leg. l. 4. titu. 13. lib. 8. infrà. Gregori. Lopez in dict. l. 15. verb. *Cauallero, o otro fidalgo*. tit. 8. part. 7.

Quæritur quis dicatur miles? Miles dicitur à mille, id est, vnus electus inter mille. l. 1. §. miles. ff. de testam. mili. l. 1. & l. 2. titul. 21. part. 2. de qua dictione in sacris habetur Iob. 25. Nunquid est numerus militũ eius? & Luc. 3. Interrogabant Ioannem baptistam milites dicentes. Quid faciemus nos? Et ait illis, Neminem concutiatis, nec calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris. & 23. illudebant Christo milites accedentes, & acetum offerentes. & Ioan. 19. Milites plectentes coronam. & Apost. 2. Timoth. 2. Labora sicut bonus miles Christi.

Aduertendum tamen est circa hoc, nẽ pè quotuplex sit militia? & quot sint genera? & an militia sit dignitas? & quæ sint militum priuilegia? ac illustrium personarum: omnes has quæstiones in progressu huius glos. elucidabimus. Ad primũ dicendũ est, q̃ triplex reperitur militia. Quædam est equestris, & est eorum, quæ bella gerunt secularia. de quibus est. l. 1. cũ seq. ff. de milita. testam. ac. ff. de re milita. l. 1. tit. 21. part. 2. ibi. *Caualleria fue llamada antiguamente la compaña de los nobles omes, q̃ fueron puestos para defender las tierras, y por esso le pusieron nome en latin*, Militia, *que quiere tanto dezir, como compañas de omes duros y fuertes, y escogidos para sufrir trabajo y mal, trabajando, y lazereando por pro de todos comunalmente*. Ad idem dict. l. 1. §. miles. ff. de milit. testa. vbi miles dicitur à malo, quod arcere milites solent, vel à malitia, id est, duritia, quã pro nobis sustinent, vel à mille, quia eligitur vnus ex mille. vt in præmemoratis locis habetur. Et ad hoc vt sit verus miles armatæ militiæ, sunt necessaria quinq;. Primò, quòd iuret non euitare mortem pro republica. Secundò, q̃ cingatur ei ensis. Tertiò, q̃ signetur ei stigmate in brachio. Quartò, quòd scribatur in matricula militum. Quintò, quòd examinetur, si est idoneus ad militiam glo. in. l. milites. ff. ex quib. causis maior. quam dixit singul. Panormi. in ca. in nostra. colum. 2. num. 8. de procurato. Amade. de Castello in tracta. syndicatus. verb. magnificum & generosum militem. num. 37. Alexand. in. l. Centurio. num. 3. col. 2. ff. de vulga. & pupilla. Petr. Antibolus in tract. de muneribus. §. 4. num. 6. Gregor. Lopez in. l. 49. titul. 5. par. 5. verb. *Cauallero*.

Ex quibus infertur, quòd etiam verè milites creati à principe, qui in curia, nec in seruitio regis morã agunt, sed in suis ciuitatibus, oppidis, seu ruribus, non gaudent priuilegijs concessis militibus. Probatur ex. d. l. 49. ibi, *fueras ende si tales dineros fueßen de cauallero, que estuuieße en la corte del Rey o en otro lugar en su seruicio*. ti. 5. par. 5. ad idẽ tex. in. l. ne quidã. C. de testa. nulli. vbi Bal. sic ait. Item nota ex hac lege, quòd milites gaudentes, nõ gaudent priuilegio militantium. glo. in. l. Scriniarios, verb.

Universidad de Deusto
Biblioteca



verò. Nullatenus. eod. titul. C. de testam. mili. Andræ. Barb. in. l. placet. in additio. ad Bald. colum. 1 verb. militibus gaudentibus. C. de sacrosanct. eccles. Et sic in militibus nostri temporis, quòd non habeant aliquod priuilegium immunitatis, & habeantur loco pagani, & priuatæ cõditionis, egregiè probat Petrus Antibolus in tract. de muneribus. §. 4. versi. de militibus autem. Francis. de Areti. probat in consilio. 12. colum. 1. in princip. Paris de Puteo in tracta. de re milita. libr. 7. §. nobilis à progenitoribus. numero octauo. vbi subijcit hæc verba. Vnde quod dicitur de militibus in titulo de re militari. & in titulo de testamen. militis. intelligitur de illis militibus, qui antiquitùs habebant illa insignia, de quibus in leg. penultima. ff. ex quib. cau. maior. & qui vacabant armis, & hodiernis temporibus intelligitur de armigeris nostri temporis, quia illa priuilegia militaria hodie dantur militibus, qui sunt in matricula, & vacant armis, non de illis, qui stant in domibus inermes, & in delicijs, secundùm Raphael. in. l. 1. C. de testamen. milit. & Bald. in. l. fina. C. qui bon. ced. poss. quia armigeri præsentis seculi successerunt in vicem illorũ militum antiquorum, quod etiam patet, quia à castris remissus post annum non habet priuilegia armatæ militiæ. l. sed & milites. & l. sequen. de excusat tuto. l. nullus. C. de veteran. l per id tẽpus. C. de decurioni. l. sancimus. C. quib. non obst. longi temp. præsc. l. fi. C. de rest. mili. facit. l. semper. §. negotiatores. ibi, quandiu in actu sunt. de iur. immuni. sed milites nostri temporis non sunt de his, nec assistunt seruitio reipublicæ, imò quam plures in perniciem ipsius, ac pagano rum hominum. igitur priuilegijs causa militiæ equestri seu pedestri concessæ gaudere minimè debent, maximè cùm aliqui nullum titulum, seu priuilegium à principe concessum ad hoc, vt milites sint, habeant, & nisi ostenderint, tributarij iudicandi sunt: nec debent ferocire, & superbire, vt communiter isti, qui veri milites non existunt, solent facere, maximè aduersus miseros, ac pauperes agricultores. Veri milites è conuerso sunt pacifici, humiles, misericordes, & defensores prædictorum. Nam vbi non seruata est forma necessaria ad inducẽdam militiam, seu nobilitatem, non est habendus pro milite, seu nobili. argũ. l. si quis fabricensium. C. de fabricensi. libr. 11. l. generaliter. C. de episcop. & cleri. l. nominationum. C. de appell. quo fit quòd possunt torqueri. Ita Iacob. de Bellouiso in practic. iudiciaria. titu. de quæstioni. §. nunc restat videre de quæstionibus. colũ. 3. versi. sed quid de militibus nostri temporis. num. 14. Et quòd minimè competãt eis priuilegia, nisi tantùm militibus Rhodijs, qui pro repub. Christiana militant, qui veri milites sunt, & militum priuilegia, ac multò maiora eis competere debẽt, probat Lancellot. Polit. in tractat. substitu. de compendiosa substitutio. num. 9. versic. Sed circa hoc etiam illud, Idem quod prædiximus, nõ gaudere priuilegijs milites nostri temporis, concluſum reliquit Alexand. in dict. l. Centurio. colũ. 5. nu. 20. vbi adducit quinque rationes pro hac parte. ff. de vulgar. & pupilla. & Lancelo. Galiaul. ibi. col. 5. nu. 17. qui vocat eos milites deauratos, sola cauda aurea gloriantes, & per plateas elati incedentes, qui non vacant rei militari pro republica, sed conterunt tempus eorum more pauonum in palatijs, intenduntq; mercãtijs, & negotijs, magis quàm armis, quod an sit verum, nostra ætate vnusquisq; popularis erit locupletissimus testis, ac notorietas facti id indicat. Angel. cõsil. 179. Visis prædictis instrumentis. col. 3. versi. venio ad decisionem quarti. Specul. de procur. §. 1. versic. Item quid est miles. Bonus de Curtil. in tract. de nobilitat. 3. part. nu. 162. versic. ex cuius prima limitatione. Et in illis militibus creatis à principe, quos deauratos vocamus, est cõmunis opinio secundùm Deci. in rubr. de testam. milit. nu. 3. & cõmuniter tenetur secundùm Rip. in. l. Centurio. nu. 10. ff. de vulgar. Aut loquitur de militibus salariatis, qui quanuis nõ sint in exercitio belli, tñ sunt præuenti, ac parati pro republica mortem subire, & isti gaudent prædictis priuilegijs cõcessis ratione militiæ. secũdùm Deci. & Rip. locis paulò antè præmemoratis. Sit conclus. 1. Milites creati à principe non gaudent priuilegijs cõcessis ratione militiæ, ac exercitij, nisi sint in castris pro defensione reipublicæ.

Ita procedunt omnia suprà adducta. & voluit pragm. regia *sobre los brocados y sedas de Madrid.* ann. 1551. ca. 6. ibi. *mandamos que esto se entienda estando actualmente en la guerra, y no en justas ni torneos.* Secunda conclusio sit. Milites nostri temporis creati à rege, vel ab alio, qui habet suam commissionẽ. nempè à prorege Aragonum, Valentiæ, seu Nauarræ secundùm formam & ritum hodiernum, omissis ceremonijs antiquis, quæ non sunt in vsu, gaudent priuilegijs omnibus concessis ratione militiæ si sunt in bello, vel parati ad illud: sin autem nec in actu, nec in habitu sunt præparati, sed in iuribus, vel ciuitatibus, habebunt priuilegia concessa nulitibus ratione dignitatis, & nobilitatis, vt cp non possint torqueri, vel alia huiusmodi. Egregiè probat Deci. in rub. C. de testamen. milicol. 1. nu. 3. Et ita resolue quæ tradit Rom. consili. 506. In re præsenti. & Antibol. & alij, de quibus vbi suprà. & Gregori. Lopez in dict. l. 49. titulo. 5 part. 5. & in. l. 23. tit. 21. part. 7. glos. 1. facit. l. 8. infrà eod. titul.

Quæro, quot sint militum genera? Respondetria



tria secundùm Budẽ. in. l. prima. §. primo. ff. depo sit. post Serui. in. 8. æneidos. Clarius ac resolutiùs tradit Corasi. in. l. precibus. columna tertia. num. 12. C. de impube. & alijs. quidam legitimi, alij euocati, reliqui tumultuarij. Legitimi dicebantur, qui militiæ sacramento adscripti militabãt, nec enim quod ad Budæ. & Serui. est addendum, nisi militari sacramento miles adscriptus foret, hostem gladio petere, aut militare fas erat, proinde in eum tam grauiter animaduertebatur, qui hostem militiæ sacramento non adscriptus occidisset, aut qui classico reuocatus, tardiùs paruisset, quàm qui ciuem aut socium iniuria occidisset. Quapropter magnoperè laudauit Cyrus militem, qui cùm hostem interfecturus gladium eduxisset, classico receptui audito ictum cohibuit, & hostem dimisit. Cæterùm hoc sacramentum initio milites sua spõte mutuò præstabant, se fugæ atque formidinis causa non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli petendi, feriendi vè hostis, aut ciuis seruandi causa. Verùm Lucio Flacco, & C. Varrone consulibus à voluntario ad legitimum iusiurandum milites adacti fuere, autor est Sext. Iuli. Front. libr. Stratagemat. 4. c. 1. quod quidẽ Imperator primo præstabat, suo deinde ordine Legati, mox Tribuni, postea Centuriones, exinde Decuriones, demum Præfecti castrorũ, postremò milites: quòd singulis annis & calendis Ianuarijs denuò præstare tenebantur, quo sacramento miles, qui lege Iulia de adulterijs fuerat damnatus, soluebatur, vsq; adeò infamis erat. l. quod ait prætor. §. miles. ff. de his qui not. infam.

Euocati autem milites hi dicebantur, qui ex prouincijs, socijsq; ciuitatibus æquo iure, & fœdere iunctis non Latini nominis militiæ munere fungebantur, qui non milites, sed pro militibus habiti sunt.

Tumultuarij verò illi dicebantur, qui aduentu hostium repentino, cùm in discrimine extremo res foret, per trepidationem, & metũ raptim militiæ adscribebantur, quod ex Ciceronis verbis. 5. in Marcum Anto. Philippica facilè est colligere. Quamobrem inquit P. C. legatorum mentionem nullam censeo faciendam, rem administrandam arbitror sine vlla mora, & confestim gerendam censeo, tumultum decerni, iustitiam iudici, saga sumi dico oportere, delectum habere sublatis vacationibus in vrbe & in Italia, præter Galliam totam. Quo satis appareat omnia in tumultu præpropere administrari, tuncque duntaxat tumultuarios milites deligi, cum bellum vrgẽs, & quasi muris imminens solennes actus non admittit. inde immeditatam orationẽ tumultuariã dicimus.

Sunt præterea & stationarij milites, quorum Paulus Iurisconsul. aliquando meminit in. l. limitarchæ. ff. de seruis fugiti. quos Budæus, milites præsidiarios interpretatur, quos etiam nos vulgò ordinarios appellamus: qui in locis hostium finitimis stationes agitare solent ad repentinos hostium incursus intẽti: quiq; ad prouinciæ quietem aluntur, hos interdum Imperator limitaneos vocauit. l. in nomine Domini. §. sicut ergo prædictum est. C. de offi. præfect. præt. Aphricæ. Quandoq; verò Riparenses. l. contra publicam. C. de re mili. lib. 12. & ita illic accipiendos esse Alciat. existimauit, proijs, inquam, militibus, qui in Imperij limitibus exsudabant pro republica aduersus Barbaros, puta in ripis Danubij ad tuendas Pannonias aduersus Sarmatas: & in ripis Euphratis aduersus Parthos.

Dubitatur quare qui non sunt milites, Pagani vocabulo solent à iureconsultis nuncupari? Respond. ex eo quòd solebant olim soli milites in castris, & ciuitatibus commorari, Paganos verò, hoc est, rusticos ruri ad illius culturam relinquebantur. Proinde peculiare verbum sumpserunt Iureconsulti, vt omnem, qui miles non esset, Pagani verbo significarent. glo. in. §. illis. Instit. de milita. testam. Alexã. in. l. Centurio. col. 8. ff. de vulga. & pupilla. Idq; Vlpianus & Paulus de militum testamentis tractantes non semel confirmauerunt. l. 3. & l. idemque. & l. quod dicitur. ff. de testam. milit. Cur autem qui vrbani sunt, & non militant, Pagani dicantur, Reddenda erit talis ratio. Quòd Romã, vt Dionysi. Halicar. lib. antiquitatum Romæ. 4. scribit, in tribus quatuor diuisa fuerit, quas pagos vocitabant, in quibus habitantes pagani dicebantur, qui in nullam aliam habitationem transferri poterant. Propriè tũ rusticus, paganus est, à pago, quod est villa, sic dictus. Vnde qui non populi, sed montanorum, agrestium, & rusticorum dies festus erat, Paganalia dictus est.

Planè militẽ à Pagano insignijs & priuilegijs legumlatores distinxerunt. vt per Corasi. in. l. precibus. nu. 19. C. de impuber. & alijs substi. & in hac lege constat. & in. l. 4. tit. 2. infrà eod. lib. 4. vbi priuilegia militum, nobilium ac illustrium personarum explicabuntur. Et hæc de militia seculari, de qua ista lex loquitur, dixisse sufficiat.

Alia. 2. est militia cælestis, & hæc est clericorũ. capit. Christianis cum glo. verb. cælestem. 11. q. 1. & in capit. reprehensibile. 23. q. 8. ex quo liquet à militibus seculi ad milites Christi argumentum sumi. Vnde inferri solet, q sicut non valet donatio facta concubinæ per militem seculi: ita etiam inualida erit facta per militem Christi. glos. Bart. & cõmuniter docto. in. l. affectionis. ff. de donat. dixi latiùs in. l. 1. in glos. 1. col. 98. versic. Clericus tamen donare concubinæ. titul. 3. lib. 1. suprà. Infertur. 2.

fertur. 2. q̃ sicut miles seculi non tenetur cedere bonis: ita nec etiam miles Christi. ex glos. in. l. milites. ff. de re iudi. de quo in cap. Odoardus. de solu. diximus in prædict. glossi. 1. colum. 107. versic. ex quib⁹ aliud emanat. Deducitur tertiò, quòd sicut pro sententiæ executione non sunt capienda stipendia militum: ita etiam non sunt capienda stipendia clericorum, & sic militum Christi. glossi. in l. stipendia. C. de exec. rei iudica. Infertur. 4. ad glo. decisionem in. l. 2. §. miles. in verb. Sacramento. ff. de his qui not. infami. dicentem, quòd sicut infamia priuat aliquem militia seculi, ita etiã priuat eum militia cælesti. & illam glos. sequitur Panor. in. c. querelam. de iureiur. dicta fuerunt ex vi huius argumẽti in. d. l. 1. in glo. 1. colũ. 107. & 108. titul. 3. lib. 1. suprà. & eo ipso, q̃ assumpsit sacerdotium, de ignobili efficitur nobilis sacerdos. Ioan. And. in cap. eò libentius. de seru. non ordi. Chassan. in catalogo gloriæ mundi. in. 8. part. consider. 26. Tiraquell. de nobilitate. c. 9. text. omniũ insignis. in. l. 2. C. vt nemo priuat. tit. prædijs suis. vel alien. imp. imò probat, q̃ clericus est plusq̃ nobilis. vt aduertimus in. l. 1. in glo. 1. col. 110. versiculo. Est & aliud. tit. 3. lib. 1. suprà.

Ad vnum in hoc aduertendum est, q̃ in omnibus non valet argumẽtum de milite seculi, ad militem Christi. Sunt enim pleraque, quæ militibus seculi congruunt, quæ non congruunt militibus Christi, vnde hæc argumentatio non est semper assumenda. Ita Panormi. in capi. 1. notab. 3. de cleri. ægrotant. Quantum autem ad ipsum actũ præliandi, qui conuenit militibus seculi, miles Christi omnino secernitur à milite seculi. Non enim se debet prælijs immiscere, etiam contra infideles vt probatur in. c. ex multa. de vot. Imò Panor. dicit in ca. fi. nota. 1. de cleri. coniugat. q̃ si quis clericus in minoribus cõstitutus promouetur ad secularem militiam, & facit actum contrarium clericatui, vt quia exercet fæua, seu iuit ad bellũ, immediatè perdit priuilegiũ clericale, quia ista sunt contraria. Vnde ex quo elegit contrariam vitam, fuit à prima ipso facto exclusus. & ita etiam sentit Innocen. in capi. 1. de apostа. Excluditur enim clericus à priuilegio suæ clericaturæ, & sic à priuilegio fori ecclesiastici, si sponte probetur ad bellum iuisse militandi causa, secùs si tantũ quis efficeretur miles seculi, sed non exerceret fæua, nec alium actum prorsus contrarium clericatui, nec etiam iuraret se non euitaturum mortem pro republi. prout diximus communiter q̃ milites iurare solent: quia istis concurrentibus, nõ exueretur priuilegio clericali. secundùm Panor. in capi. fin. nu. 1. de cleri. coniugat. Et secundũ hoc est explicanda & intelligẽda glos. in cap. qualiter. de cleri. non residentib. quæ simpliciter sentit, q̃ clericus si efficiatur miles, perdit beneficium. Nam intelligitur, si immiscеat se fæuis, vel eat ad bellum militandi animo. Panor. in dict. c. qualiter. Quanuis doct. in ca. ex tuæ. eod. tit. sentiant simpliciter cũ opinione prædictæ glossæ. & secundùm Imol. in ca. qualiter. nu. 4. transeunt communiter doct. cum opi. glo. ibi. de cleri. non resid. & ibi Ioan. de Anani. nu. 4. dicit eam glos. notabilem esse.

Tertia est militia legalis, nempè aduocatorum, qui pro rep. militare dicũtur. l. aduocati. C. de aduocat. diuers. iudi. Has tres militias ponit glo. ordina. in. l. pen. ff. de testam. milit. & de aduocatis vide quæ dixi in. l. 1. tit. 19. libr. 2. suprà. Postremò addi etiam potest alia militia animæ, de qua dicitur, Militia est vita hominis super terram. c. 1. versic. & quia. de consecr. distinct. 5.

Quæritur vtrùm descendens ex nobili genere, sit præsumendus nobilis, & virtutis studiosus, sicut è conuerso? Respondendum est q̃ sic: nam ex bono, bonũ regulariter gignitur. iuxta illud, Arbor bona non potest malos fructus facere: nec arbor mala fructũ bonos facere. Matthæi. 7. Alciat. in tract. de præscriptiõi. regul. 1. præsumptio. 48. nu. 1. Ioan. Neuizan. plura refert, quæ ex parentum origine præsumuntur in filios traduci in libro. 2. Syluæ nuptialis. nu. 115. versic. dicunt bene natam. Andræ. Tiraquell. in leg. 7. de iure mariti. in princ. fo. 104. col. 2. cum seq. Fortuni. in repe. l. Gallus. in princ. col. 50. ff. de libe. & posth. Qui omnes adducunt tex. in. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædili. edict. vbi Vlpia. ait. Qui mancipia vendunt, nationem cuiusq; in vẽditione pronunciare debent. Plerunque enim natio serui aut prouocat, aut detinet emptorem. Idcirco interest nostra scire nationem. Præsumptum etenim est quosdã seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamatæ: quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. Andræ. Tiraquel. de nobilita. c. 20. nu. 21. versic. Cuius rei rationem. Et sic nobilitas prouenies ex sanguine antecessorum illustrior est, quàm noua causata ex priuilegio principis, prout est inter filios de algo, & illos, qui dicuntur milites armatæ militiæ, dum tamen vnà cùm nobilitate parẽtum isti nobiles antiqui non sint degeneres à maiorum nobilitate, aliàs nobilis virtute tantùm est præferendus ei nam vbi non est virtus, non datur nobilitas. Qui ex genere nobili venit, præsumptione dicitur nobilis. Cyn. in. l. prouidendum. C. de postuland. Tiraquel. vbi suprà. capitulo vigesimo. numero vigesimoprimo. qua cessante, apertè omnino nobilis non est dicendus. vt latè probat Andr. Tiraquel. de nobilitate, capitulo. 22. numero primo. Præstãtior ergo est nobilitas, quæ contingit ex claro sanguine vel genere iuncta simul virtute. l. secũda. ti-



tu. 21. par. 1. Otalora de nobilitate. 2. part. c. 3. nu. 9. Quæritur vlteriùs, vtrùm militia sit dignitas? Videtur q̃ nõ, quippe cũ libertus posit esse miles. l. libertinæ conditionis. C. de liber. & eorum libe. & tamen hi dignitatem habere minimè possunt. l. omnes. C. de meta. lib. 12. ideò militia & dignitas ponuntur tãquam diuersa. l. fin. C. qui milita. poss. vel non. eod. libro. 12. ibi, dignitatem habere quemadmodũ fuerit passus militiam. Ex quibus verbis colligitur satis militiam sub dignitatis vocabulo non comprehendi, aliàs irrisoria esset ibi similitudo, cùm potiùs identitas diceretur. Sed nullũ simile est idem. l. quod Nerua. ff. de posit. ergo econuerso nullum idem dici poterit esse simile. argu. l. si idem. cũibi notat. C. de codicillis. Quòd non sit dignitas militia, voluit glo. in. l. vni C. de equest. digni. lib. 12. Bart. in. l. ex eo tẽpore. col. 1. nu. 3. ff. de testam. mili. & in. l. 1. nu. 83. versic. quartò infertur. C. de digni. lib. 12. Iaso. in. l. 1. quis in conscribendo. col. 1. num. 3. C. de pact. per tex. ibi, dum dicit, militiæ, vel dignitatis. propter alter natiuam, quæ cadit inter diuersa. vt per gloss. in rubric. ff. fiager vel emph. peta. Bonus de Curtili. in tracta. de nobilitat. 3. part. numero. 148. Ioann. de Anani. in additioni. ad Signor. de Homodeis. in tract. vtrùm præferendus sit doctor an miles. nu. 57. versic. sed militia non est. Amade. de Castello. in tract. de Syndicatu nu. 38. versic. an autem militia sit dignitas. & cum Bart. est opinio magis communis secũdùm Bonum de Curtili. vbi suprà nu. 149. quanuis Ioan. Raynandus doctor Gallus antiquus in suo comprehensorio feudali sub titu. de nobilitate. teneat nobilitatem dignitatem esse. ex l. præclarã. C. de primiceri. libr. 12. ibi, præclaram nobilemq; militiam spectabilium. C. de primiceri. lib. 12. Qui tex. nõ obstat, quia loquitur in militibus Romanis. argumento sumpto ex verbis illius legis, ibi, cùm nihil reip. vtilitatis. Ponderãdo verba illa reipublicæ. quæ simpliciter prolata, sumũtur pro repub. Romana tantùm. l. eum qui vectigal. in fi. iunct. gl. ff. de verb. signi. sicuti cùm dicitur, ius ciuile nullo alio adiecto intelligiturnẽ pè Romanorum. §. sed ius quidem ciuile. Insti. de iure natur. gent. & ciuil. quos quidem, vt prædicti tur, solos nobiles iura disponunt, & communiter concluditur, vnde malè concluditur ad reliquos prouinciarum, cùm ex separatis non bene infertur. l. Papinianus ex ul. ff. d- mino. l. fi. ff. de noxali. & iura loquentia in casibus particularibus, propter aliquam specialitatem non sunt trahenda in consequentiam. l. 4. & ibi not. ff. de fidei com. liberta. Nec etiam obstat tex. quem ipse citat in. l. inter alias. ibi, militari dignitate fruantur. C. de palatinis sacra. largitio. lib. 12. quia etiam loquitur de militia Romana, quam, vt prædixi, solam nobilitatem, & dignitatem conr. exãm habere testantur docto. vbi suprà per tex. iuncta. glos. in. l. vn. C. de eq. est. digni. lib. 12. Quòd autem in quãtum voluit ibi lex, primicerios scholæ societatis sacrarum largitionũ & tres primicerios tribuni prætoriani scriniorum militari dignitate frui, intellexerit de militia Romana, quæ, vt dictum est, secum habet dignitatem annexam, probatur ex eo: quia nulla legitur apertè militia per Imperatorem dignitate dotata præter militiam Romanam, de qua in dict. l. vni. C. de equest. dig. lib. 12. Quo fit, vt simpliciter de militia facta mentione per ipsum, intelligatur de illa. argum. tex. in. l. 2. ff. de liber. & posthu. vbi indefinita locutio, quę non potest referri nisi ad vnum, æquipollet singulari, & particulari locutioni. Et hanc partem tenet Alberi. in. l. milites. nu. 1. C. locat. & Alexan. in. l. diem functo. col. 4. nu. 14. versic. tamen puto veram esse opinionem. ff. de offi. assessorum. vbi alios plures allegat. & Tiraquell. de nobilitat. ca. 8. nu. 5. ac latissimè hãc opinionem communem, q̃ non sit dignitas. ostendit. Tandem refert Matthæ. de Affict. in consti. Siciliæ incipien. Constitutione præsenti in. 1. nota. dicentem, q̃ licèt simplex militia non connumeretur inter gradus dignitatis, ea tamen, quæ cum præpositura est, vt sunt Capitanei equestres, vel pedites, dignitatem habent. Potest etiam verificari in præpositis ciuitatum, qui nobilitantur à rege cum administratione officij, prout in exemplo sunt *los regidores, o veynte y quatros* ad vitam: quia negari non potest, quin præeminentiam, & dignitatem habeant respectu inferiorum, quos paganos appellare soliti sumus. Plura tamen iura suadent militiam esse dignitatẽ. De quibus per Tiraquell. de nobilita. c. 8. in princ. nu. 1. & lib. 8. fororũ Aragonum de creatio. milit. consti. Item q̃ si aliquis. ibi, promouerit aliquem minimè dignum ad militiæ dignitatem. Et statim in titul. sequen. de conditione infantionatus. cõsti. Nullus infantio. ibi, Cum his, qui eos promouerunt ad militarem dignitatem. Clericus etiam dicitur esse in dignitate. vt dixi in. l. 1. titu. 3. lib. 1. suprà in gl. 1. pagi. 110. versi. Quare his etiam. Sed intellige largè, prout est quædam præeminẽtia respectu inferiorum, non autem propriè, vel in his militibus, qui quin administratione officij creantur. vt diximus.

Dubitari etiam solet, qui sint milites, qui priuilegijs militaribus gaudere debeant. Ideo vltra iam dicta in hac glo. adde. l. licet. C. locat. vbi Alberic. col. 2. dicit, & nota quod sequitur, specificat enim qui sunt milites, qui gaudent priuilegijs militum, quod fortè alibi non sic clarè reperietur. Quot autem sint eorũ priuilegia, & vtrùm renuntiari possint, inferiùs suis locis opportunè dicetur.

Est

Est tamen dubium, vtrùm filij naturales gaudere ac frui debeant nobilitate parentũ? Respõd. Filij naturales alicuius nobilis, non sunt nobiles, nec eis arma parentum deferre licet. Barto. in. l. 1. col. 4. C. de dignita. lib. 12. per text. in. l. cùm legitimè. ff. de stat. homi. & in. l. liberis. iunct. gl. ff. de Senatori. Florian. in. l. qui testamentum. insti. ff. de probat. Bonus de Curtili. in tracta. de nobilitat. 4. part. col. 1. versi. si autem de nobilitate. nume. 3. Andræ. Tiraquell. de nobilitate capi. 14. num. 10. qui plura expendit in probatione huius quæstionis. Quæ apud eum videnda sunt in hac specie, & pro eius dote. glo. verb. liberi. in clem. vni. de bap. quæ dicit, q̃ appellatione liberorum, quo ad honores & commoda non veniũt naturales. Quam sequitur Ias. in. l. fi. nu. 13. C. de verb. signifi. Alex. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. col. 11. versic. si autem est constitutio iuris ciuilis. ff. ad Trebellian. Quo fit, q̃ emphyteusis concessa pro se & filijs, non intelligitur concessa pro naturalibus. Bartol. & communiter doct. secundùm Rip. ibi in dicto. §. si quis rogatus. num. 62.

Infertur. 2. q̃ ius retrahendi rem cõcessum con sanguineo propinquiore per leges huius regni. infrà libr. 5. tit. 7. l. 6. cum similibus. locum non habeat in naturalibus, quos Bastardos appellamus. per dictam glo. in Clem. vni. de baptis. & est glos. in verb. filijs. in extrauagant. Execrabilis. Ioann. Papæ. 22. sub tit. de præbend. Ioan. Imol. in dict. §. si quis rogatus. col. 5. versi. si autem constitutio iuris ciuilis. vbi dicit, q̃ immunitas concessa doctori, & eius filijs, non trahitur ad naturales tantùm. quia secundùm eum in exorbitantibus, seu priuilegijs non veniunt prædicti filij naturales. ergo nec in casu legis Regiæ (*del tanto por tanto*) præallegata, cùm sit contra ius commune. vt habetur in. l. dudum. & ibi per Ign. C. de contrahẽd. empt. Item quòd Bastardi nõ possint rem patrimonialem retrahere, Andr. Tiraquell. istam partem amplectitur, omissis alijs, qui contrarium volebant, dicendo, q̃ erat nomẽ naturæ, & non iuris, ideoq; admittendos fore. Tamen ipse optimè probat oppositam sententiam, de qua per nos suprà libro. 1. de vtroq; retract. §. 1. glo. 8. num. 4. cum sequent. Masueri. in pract. de retract. numer. 12. vbi plûs dicit, q̃ filij legitimi bastardorum non admittuntur ad retractum rerum venditarum à consanguineis ipsorum bastardorum, quem sequitur Tiraquell. vbi suprà num. 7. per tex. in. l. fina. cum ibi nota. C. de naturali. liber. Et in effectu etiam hãc tenet Couar. lib. 4. Decretali. 2. part. ca. 8. §. 10. nu. 3. vbi defendit, legitimatum rescripto principis ad ius retractus ex vi legis Regiæ admittẽdum esse. contra Tiraquell. vbi suprà numer. 12. & Deci. consil. 275. dub. 3. Et q̃ illegitimi repellendi sint à prædicto iure retractus, est tenendum, quicquid Cifontan. in. l. 70. Taur. q. 5. ac. notauerit pro bastardo. & Montalu. in. l. 13. verbo. cambiar. col. 13. in princi. versi. Item quæro, vtrùm filla, quæ dicta sunt. titul. 10. lib. 3. foro leg. Nicolaus Boeri. de retract. §. 1. in final. verbis. & Bagoil. in sua disputatio. retractus. nihil tamen ad hoc isti duo posteriores allegantes.

Hinc etiam est, q̃ ius patronatus non transit ad illegitimos, etiã si sint naturales. Dixi in. l. 1. verb. *deuan succeder*. versi. Pulchra etiam est quæstio, vtrum illegitimè natis. tit. 6. lib. 1. suprà. pagin. 236. Cessio tamen fieri potest filio naturali per patrẽ, q̃ est nomẽ naturæ. Rebuff. in repe. auth. habita. priuileg. 177. C. ne fili. pro patre. quod est notandum pro ampli. & intellectu. l. 25. lib. pragma.

Contrariam tamen sententiam, imò q̃ filius naturalis natus ex patre nobili, debeat gaudere nobilitate parentum, quemadmodum gaudet natus ex legitimo matrimonio, seruãdum est in nostro regno. l. 1. titul. 11. part. 7. Cuius verba notandissima in derogationem iuris cõmunis sunt hæc. *E fijo dalgo es aquel, que es nascido de padre que es fijo de algo, quier lo sea la madre quier non, solo q̃ sea su muger velada, o amiga, que tenga conoscida mẽte por suya. Porq̃ antiguamẽte la nobleza ouo comiẽço en los varones, y por ende la heredaron los fijos dalgo, y nõ les empece, magner la madre no sea fija dalgo.* Et ibi Grego. Lopez verb. *amiga*. Otalora de nobilitate. 2. parte tertiæ principal. c. 3. nume. 3. versi. notum est etiam. Ioan. Orosci. in. l. cùm legitimè. num. 20. ff. de statu. homin. In contrarium est. l. 3. titu. 15. part. 4. ibi, *Daño muy grãde viene a los fijos por non ser legitimos. Primeramẽte, que non hã las honras de los padres, nin de los abuelos.* Ex qua constat illegitimos iura honorifica minimè consequi nec à patre, nec ab auo. Altera verò l. prælleg. ad patris nobilitatem admittit. Quæ iure regni difficilè contrariũ iudicari necesse est. Nisi dixeris, dictam. l. tertia. per. l. prima. fore intelligendam ex mente Gregor. Lopez in dicta. l. tertia. verb. *honras*. vbi verba sua sunt. vide. l. fin. titulo decimotertio. ead. part. & limita vt in. l. prima. titulo. 11. part. 7. quasi velit dicere ad iura nobilitatis admitti. vt in dict. l. prima. habetur, à cæteris verò honoribus eum repellimus per dict. l. tertia. Et est etiam hæc concordia Ioann. Oroscij in dict. l. cùm legitimè. colũ. 2. ad. fi. ff. de statu. hom. facit. l. Tauri. 12. vbi quo ad quædam gaudet priuilegio legitimationis, quo ad reliqua prohibetur. & lib. pragma. folio. 139. colũ. 2. ibi, *Pero es la mi merced, que los caualleros que yo hize y arme.* Si tamen tales filij essent nati ex damnato, aut punibili coitu, etiam si legitimentur à principe, non gaudent. nec consequuntur patris nobilitatem. l. 9. in pragmaticis extraordi. anni. 1544. cuius verba sunt. *Sabed*



*Sabed que à nos es fecha relacion, que a causa de algunas legitimaciones, que mandamos despachar de personas nascidas de dañado e punible ayuntamiento, nascen algunos pleytos, diziendo estos legitimados, que la hora que son legitimados, son hijos dalgo, y que son exemptos de todos pechos, ser vicios, e contribuciones, lo que no eran antes que fuessen legitimados. E porque nuestra merced y voluntad nunca fue, ni es, que las dichas legitimaciones se estiendan, ni entiendan a las hidalguias, ni por ellas se escusen de qualesquier pechos, y contribuciones a que eran obligados, y deuian antes que fuessen legitimados, siendo como dicho es de dañado y punible ayuntamiento nascido de parte del padre, o madre.* l. 7. tit. 22. lib. 4. foro leg. ibi, *y el fijo que assi fuere recebido a ya honra de fidalgo, si su padre fuere fidalgo, y esto se entiende de los hijos naturales facit.* l. 12. ibi, *pero en todas las otras.* in. legibus Tauri. Quæ loquitur in naturalibus. & ibi de legitimatione agitur latè per Ioan. Lupum, cæterosque interpretes.

a ¶ *Puedan traer paños de oro.* De vestibus. quæ possunt vti homines huius regni, cautum est in pragma. Regum Chatolicorum. l. 142. & l. 143. cum seq. fol. 112. & hodie seruatur pragmatica sanctio edita à Carolo Cæsare olim Hispaniæ rege. ãno. 1551. in ciuitate Tauri. cum declarationibus sibi subiectis ab eodem Cæsare in oppido de Madrid. anno. 1552. De iure communi habes. l. 1. cum. 4. sequen. C. de holobrizis & auratis. lib. 11. & addendus est Tiraquell. in. legib. cõnubial. l. 17. fol. 45. colum. 1. vbi sunt aliqua loca tàm rubri. quàm. l. temperent. dict. titul. C. de holober. & holober. emendata.

Per vestes autẽ multoties distingui solet persona, vtrũ sit nobilis. vel vilis. l. 5. titu. 5. par. 2. Vestis enim primum depellendi frigoris causa reperta est, postea ad ornatum, & corporis dignitatem haberi cœpta est. secundùm Ciceronem de oratore. Et Chrysosto. super epistolã Pauli ad Roman. homilia. 24. inquit, Non est vestibus ornanda caro, ne ornatu illam perdas. nam & molliorem inde faciẽs, & bonam ipsius valetudinem corrumpes, dum nimia mollitie dissoluis. Per abusum tamen potius ad pompam ornatus, quàm ad necessitatem vestes nimiùm excreuerunt, adeò quòd li cèt scientia præclarissima sit in viro, nullus tamen apud vulgus & optimates in doctos defertur honor sine vestiũ ornamẽto. Vnde prouenit illud metricũ. Vir bene vestitus, pro vestibus esse peritus Creditur à mile, quãuis idiota sit ille: Si careat

dã traher paños ð oro[a], odorados en las vestiduras, y en las ð

veste, nec sit vestitus honestè, Nulli[9] est laudis, q̃uis sciat omne quod audit. Refert Specula. de aduocato. §. sequit videre de vestibus talis enim prima facie præsumitur, qualẽ eũ indicãt vestes esse. c. in audientia. &. c. contingit. 2. de sentẽ. excõ. l. item apud Labeonẽ. §. si quis virgines. ff. de iniur. l. diuus. & l. sed si accepto. ff. de iure fisc. c. si iudex laicus. §. idẽ esse censem[9]. & illic gl. verb. reputare. de sent. excõm. lib. 6. l. 18. tit. 9. part. 7. l. 3. tit. 9. part. 1. l. 13. 14. 15. & 16. tit. 3. lib. 1. suprà. Senec. vxori Neronis dixit Induete delicatè charissima, nõ propter te, sed propter honorẽ Imperij. Resumpsit Specu. vbi suprà. §. sequit. n. 1. Ioã Fab. in procœmi. Insti. verb. Augustus. nu. 8. Dicit tamẽ Seneca, q̃ quẽadmodũ stultus est, qui equũ empturus nõ eũ inspicit, sed sellã eius, & frænas: sic stultissimus est, qui ex veste hominẽ æstimat. Tradit etiã Lucas de Pena in. l. 2. C. de vestib. holober lib. 11. In vestib[9] autẽ debẽt differe nobiles, & doctores à cæteris inferiorib[9]. arg. l. plenũ. §. equitij. ff. de vsu & habita. l. si quid. §. sufficiẽter. ff. de vsu fruct. vbi Vlpian[9] ait. Sufficienter autẽ alere, & vestire debet secundũ ordinẽ & dignitatẽ mancipiorũ. vbi Bald. dicit. Nota quę dicũtur sufficiẽtia vestimẽta. Quod facit pro vestimẽtis monachorũ Et tene mẽti. Probatur etiã per hũc tex. q̃ Abbas debet esse meli[9] vestitus, quã monachus, q̃ dignior monachus meli[9], quã cõuersus: & magister in Theologia meli[9] quã quilibet sacerdos, q̃ sit in ter fratres. Hactenus Bald. verba. facit.

Est notãdũ, q̃ nõ licèt priuatis viris deferre vestes aureas, sericas, vel auro phtigiatas, sunt enim prĩcipibus, regib[9], & magnis dominis relinquẽdæ. l. 1. & l. 2. & Ioã. de Platea vtrobiq3. C. de vestibus holoberijs & deauratis lib. 11. Constat etiã ex ista lege, cũ in signũ priuilegij nobilibus, ac doctorib[9] sit cõcessum à principẽ. ibi, *E porq̃ los caualleros deuen ser esmerados entre los escuderos en sus traeres.* Igit in cõtrariũ est ius cõe, quãuis malè de cõsuetudine seruetur.

Est tm̃ dubiũ, vtrũ næ vestes solũ viris cẽseantur prohibitæ deferri, vel etiã veniãt mulieres? Videtur q̃ possint, ex eo, quia solũ prohibentur viri, & non mulieres. dict. l. 1. & gloss. l. 2. C. de holober. lib. 11. & in pragm. Caroli Cæsaris. capitul. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicitur, *queninguna persona*. igitur cũ prohibeat portare certas vestes, vel ornamenta, cõprehendet solum viros, nõ fœminas. l. tẽperent. inverb. virilia. C. de vestib. holober. lib. 11. & l. vnic. C. nulli licere in freq. equestribus sell. eod. lib. 11. & sic mulier est melioris cõditionis, quã mascul. secundũ. Plat. in. d. l. 1. igitur non cõprehenduntur fœminæ sub hac prohibitiõe cũ sit materia odiosa ac pœnalis.

Sed tamen contrarium est dicẽdum per dictam pragma. Quæ etiam in fœminis expressè loquitur in ca. 8. incipient. *Item que en las ropas enteras de seda de las mugeres*. Item etiam. quia pragma. loquitur per verbum comprehendens tam masculos, quàm fœminas, dum dicit, *qualquiera persona*. quæ etiam cum sit in materia indifferenti, vtrumque sexum comprehendit eius prohibitio, quanuis si materia sit pœnalis, fœminas. glos. in clement. 1. verb. homines. de electio. & in cap. si quis suaden te. 17. quæst. 4. in gl. 1. Deci. in. l. fœminæ. nu. 88. ff. de regu. iur. vbi tradit statutum prohibitorium poenale cõprehendere foeminas. Hinc est, quòd foeminæ contrahenti binas nuptias est imponenda poena. l. 3. tit. 1. lib. 5. infrà. & l. 6. tit. 15. lib. 8. infrà. latiùs in dict. l. 3. explicatũ est. Probatur etiam per Philipp. nostrũ regem, in curijs habitis apud Aragones in oppido de Monçon. anni. 1553. vbi sunt leges prohibentes deferre vestes in certa forma in prædicto regno Aragonum. Quæmadmodum est pragma. apud Castellanos, de qua suprà. & est. l. 146. lib. pragmat. quæ in terminis loquendo, affirmat hanc rationem.

Dubitatur, vtrùm lex prohibẽs vestes istas deferre, intelligẽda sit etiam si intra domum eas aliquis deferat, & sic capi possint cum poenæ executione. de qua in pragmatica regia? Videtur quòd sic: nam generalis est prohibitio, dicendo, *en las ropas y vestidos que truxere*. Ergo extra domũ, siue domi publicè deferat, venit cõtra legis præceptum. & sic indistinctè erit vtroq; casu deferens puniendus. l. prospexit. ff. qui & à quib. cap. si Romanorũ. 19. dist. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstand. Secundò ista prohibitio est propter publicam vtilitatem introducta, ne quis de pauperetur ex nimio sumptu, qui cõtingere solet ex vestibus pretiosis, & excessiuis tam in principali, quàm in ministerijs & officialibus, quod experientia hisce in regnis iam docuit, & refrenanda erit tam incauta, & excessiua impensa. cùm interfit reipublicæ, ne quis re sua male vtatur. §. sed & maior. vers. expedit enim reipub. Institu. de ijs, qui sui vel alie. iur. sunt. Sed impensa infructuosa, ac ineffrenata ita contingit, si fiat ad vsum domi, quemadmodum si ad publicum extra domum. igitur. &c. Facit procœm. dictę prag. ibi. *Y para euitar fraudes. &c* inferius. c. 16. ibi, *que traxeren qualesquier ropas*. &. c. 17. ibi, *dende el dia que fuere pregonada y publicada, q̃ por cada vez que lo hizieren, o mandaren hazer, cayan, e incurran en pena*. Igitur omnino prohibentur non solùm deferri, sed etiam fieri huiusmodi vestes, ac prohinde nullo modo possunt ad vsum fieri.

Tum etiam, quia hæc delatio solis constitutis in nobilitate, & dignitate sunt concessæ specialiter, & in priuilegium deferri, vt iam suprà habitum est. Et in constitu. vniuers. Salmantinæ. 24. ibi, præter Regum. Ducum, & Comitũ filios. Cõtrarium faciens facit in præiudicium legis, ac honorem priuilegiatorum, ergo poterit prohiberi, tanquam qui iuri & insignijs sibi non competentibus vti minimè veretur. argum. l. eos. §. fin. ff. de falsi. ca. dilecta. iunct. glos. fin. de excessib. prælatorum. intantum, quod lex prohibens portare vestes deauratas, vel de serico, vel alterius rei, non poterit præmissa ratione portare fictas, & contrafactas. Quicquid Bart. teneat in. l. 1. §. hoc interdum. ff. de font. non comprehendi sub poena statuti, sed quòd debeat intelligi de veris, naturalibus, & non fictis. tex. est pro hac sententia contra Bart. in. l. vellera. C. d vesti. holobe. & deaura. lib. 11. tenet Ludoui. Roman. in. l. 1. col. fin. nu. 16. ff. quod quisq; iur. & in. l. si verò. §. de viro. fallẽt. 42. nu. 73. ff. solut. matrimo. & pro hac opinione Roma. est tex. in dict. pragma. *de las sedas*. ca. 2. ibi, *Item que en las calças, y muslos no pueda echar, ni traher telillas de oro, ni plata finas, ni falsas. &c*. Sequitur ergo ex prædictis, quòd vtens vestibus inhibitis in prædicta pragm. cuiuscunq; statutus, seu cõditionis, & præeminentiæ sit, siue, priuatim domi, siuè extra, erit poena prædictæ legis puniendus.

Facit in contrarium. l. 143. ibi. *e que a otras aueys tomado las sayas e ropas en sus casas, diziendo que las auiã vestido e traydo fuera de sus casas guarnecidas cõ la seda que era vedada, aũque no se las hallauades vestidas*. verba etiã similia habentur in. l. seq. 144. lib. pragmat. regũ catholicorũ. igitur ex vsu extra domum potuerũt auferri domi, & non aliàs. Sed verba illa sunt enũciatiua, & narratiua, in quib⁹ dispõẽs nõ se fundauit ad cõstituẽdã in hoc decisionẽ, nec nihil disposuit, ideoq; nõ obstat rationib⁹ prẽmissis.

Præterea domus vniuscuiusq; causa quietudinis, & tutissimi refugij potius, quàm molestiæ debet esse. l. pleriq; ff. de in ius voc. l. 2. tit. 7. part. 3. sed si vestium delatio esset prohibita domi, daretur occasio inquietudinis, ac molestiæ nempè, q̃ quis perscrutaretur ab istis officialibus, qui magis desiderãt & intendũt circa prædã, quã circa legũ obseruationẽ. Sed illa lex intelligitur in causis ciuilibus, secus in criminalibus, vt est ista, ppter inobedientiam.

Præterea aut pragm. considerat sumptus, aut ne vilis persona ita incedat ornata, quemadmodum



dũt clericos, qualis cõstat esse præscripta practica.

